NONI MARCELLI

COMPENDIOSA DOCTRINA.

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

LVCIANVS MVELLER.

PARS II.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
A. MDCCCLXXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

V.

INCIPIT 421 M.

DE DIFFERENTIA SIMILIVM SIGNIFICATIONVM.

CVPIDO et AMOR idem significare videntur. set est diversitas. c u p i d o enim inconsideratae est necessitatis, a m o r iudicii. Plautus Bacchidibus:

Cupidon técumst saevus ánne Amor?

idem in Curculione discrevit et vim eiusdem diversitatis expressit dicens:

quod Vénu' Cupidoque ímperat suadétque Amor.

---

13 Plautus Bacchidibus ‖ 16 I, 1, 3.

V. *Absoluto iam capite laboriosissimo res ad eos redit libros, quibus in prima et secunda parte operis usi sumus, h. e. ad Lugdunensem, Harleianum, Guelferbitanum, Bambergensem.* — **10. 11** *post illud* Significationum *add. L, H, Bamb. litteris capitalibus ea quae sunt:* per litteras id est per C litteram. — *omittit Vatic. 3418, in quo est* de differentiis. — *in G inscr. haec:* Incipit de differentiis verborum. *eadem alii libri, ut Ottobon. 1699; 1725; Vatic. 1554. quae ab interpolatore posita (nam plures per medium aevum ferebantur hoc titulo vel simili syllogae) non potest dubitari. — bonis fontibus in hoc capite, quod apte iungitur quarto, usum Nonium perinde atque in sequente neque tamen sui dissimilem recte notat Mercerus. conferendi maxime Ciceronis libri de philosophia, Festus, Gellius, Servius. nam qui extant de differentiis verborum tractatus cum interdum clara iactent nomina, ut puta Suetonii ac Frontonis, plerumque tenuissimi ac levissimi. — porro attendendum ad ea, quae ad Suetonii quas ferunt differentias verborum adscripta sunt a Reifferscheidio. — potuere multa disputari et de quinta sextaque parte operis Noniani et de XII, quae inscribitur* de doctorum indagine. *quae tamen aliis persequenda relinquimus, pauca proposuisse contenti.* — 12 Cupido et amor; *cf. Serv. Daniel. ad Aen. IV, 194; quem eodem quo Non. fonte videri usum recte notat Goetzius.* — set *M;* et *v.* — 15 cupidon *et Serv.* — tecumst saevus (*vel* tecum saevust) *M;* tecum saevis *C;* te cum sicut *Servii cd. F; cf. Ovid. Am. I, 6, 34; 37:* solus eram, si non saevus adesset amor; ergo Amor et modicum circa mea tempora vinum mecumst. — *Pius:* Cupido te conficit; *hinc Ritschelius:* Cupidon te confecit. *quod tamen Nonii verbis videtur excludi; nec melius Bothius:* te configit. — 16 *f.* discrevit haec et vim eius diversitatis expressit. — 18 quo *recte cdd. Pl.;* quem *Serv.* — cupido *cdd. Pl.* — imperat *etiam Plauti et Servii libri; sed recte Pylades* imperant; *cf. v. 6.* — suadet *Serv. cd.; ap. Pl. B m. 1.*

Afranius in Omine:

amabit sápiens, cupient céteri.

cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus. Vergilius:

quae lucis miseris tam dira cupido?

cum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore:

Cupido, quántus es!

Naevius Gymnastico:

edepól Cupido, tám pauxillus cúm sis, nimi' multúm vales.

Inter AMARE et DILIGERE hoc interest, quod amare vim habet maiorem, diligere autem est levius amare. Cicero ad Brutum: sic igitur facies et me aut amabis aut, quod contentus sum, diliges. — et lib. VIIII: Lucius Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. — idem ad Dolabellam: quis erat qui putaret || ad eum amorem,

---

19 Afranius Omine || 22 Aen. VI, 721 || 24 V, 2, 13 || 26 Naevius Gymnastico II || 29 Cicero ad Brutum || 31 Cic. ad Brut. lib. IX (I, 1, 1); cf. comm. || 1 Cicero ad Dolabellam (Epist. IX, 14, 5).

---

19 omne *pr. L.* — in Omine. *apud Serv. haec:* Afranius neraria alius est amor alius cupido amant sapientes cupient ceteri. *in quibus* Cinerario *pro* neraria *Vossius; post* cupido *haustum:* idem in Omine *suspicatur Ribbeckius.* — 20 amabit H_1; *Ald.; qui primus hoc exempl. addidit; Appulei Apolog. cap. XII;* ambit *L*, H_2, *G;* amant sapientes *cd. Serv.* — 24 mercatorem *L.* — 25 occupido *B ap. Pl.* (cupido *rell.*); *recte Camerar.:* o Cupido. — quamtus *pr. L.* — 26 Nevius *C.* — 27 etepol *L.* — tam pauxillus cum sis *M; et ita, exc. quod* pausillus *scribit, Havetus;* cum tam pausillus (pauxillus H_1; paulillus, *tum* paucillus, *pr. L;* pusillus *Ald.*) sis *C.* — cum tam sis pauxillus *Bothius.* — 28. 29 *cf. Isid. Differ. 17; apud quem praeter Cic. exemplum primum ac tertium fertur alterum ex eiusdem ad Brutum epistulis:* vale et nos ama vel si id nimis est dilige; *quae verba expulit Baiterus, retinuit F. C. G. Muellerus. sane dolendum, quod nondum extat Differentiarum editio arte facta et cui possis credere. — recte adnotarunt plerique aliquando et* diligere *vim habere maiorem quam* amare, *cum illud sit rationis, hoc appetitus, idque ipsius Ciceronis quibusdam comprobari exemplis. — cet. operae pretium est conferre Augustini de civ. dei lib. XIV cap. 7.* — habem L_1. — Cic.; *cf. 264, 6 sq. ibique comment.* — 30 mea ut *H.* — quod *cdd. h. l. (om. L);* quid *id. 264; ubi nos:* qui; *ed. a. 1476:* quo; *sed potest tolerari illud* quod; *cf. Kueneri gramm. lat. II, 212.* — contus *G.* — 31 lib. VIIII. *ap. Cic. est libri ad Brutum epistula prima. numerus suspectus eoque magis cum nulla libri nota praecedat. nam ne in v. 29 vitium inesse credas, ea res obstat, quod etiam pg. 264 legitur* M. Tullius ad Brutum. — *f. olim supra illud* lucilius *emendandi causa adscriptum fuit* lucius *et hoc sensim mutatum in* lib. VIIII. — Luc. *ed. a. 1471;* L. *v. ap. Cic.;* lucilius *C.* — clodus *L.* — 32 ἐμφατικώτερον *Cic.;* enfaticoteron *C.* — dicam *om. Medic. Cic.*

quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, ante dilexisse.

PERIRE et INTERIRE plurimum differentiae habent, quod perire levior res est et habet innovationis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captivis:

qui pér virtutem perit, at† non ínterit.

ALERE et EDVCARE hoc distant: alere est victu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere. Plautus in Menaechmis:

nam illic homo homines nón alit, verum éducat.

Accius Andromeda:

'alui, éducavi.' — 'id fácito gratum ut sít seni.'

Inter TOLLERE et AVFERRE est diversitas. tollere est levare, [et] erigere; auferre, levatum transferre. Vergilius lib. VIII:

tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores.

Turpilius Philopatro:

simul círcumspectat: úbi praeterse néminem
videt ésse, tollit, aúfert; ego clam cónsequor.

Varro Sexagesi: nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, sed tollit, nisi veneno?

HORRENDVM et HORRIDVM habent plurimam diversitatem. est enim horrendum taetrum et vitabile. Vergilius Aen. lib. III:

concilium horrendum.

---

6 III, 5, 32 ‖ 10 I, 1, 22 ‖ 12 Accius Andromeda ‖ 15 Aen. VIII, 439 ‖ 17 Turpilius Philopatro ‖ 20 Varro Sexagesi ‖ 23 III, 679.

---

2 habebam H_1*; Cic.;* habeam *rell.* — 3 nun *pr. L.* — antea *cdd. Cic.* — 4 habent *Ald.;* habet *C, Bamb.* — 5 innov. *M;* inventionis *v.* — 7 peritat *cdd. Pl.;* perit at L_1*; H;* perit aut L_2*, G, Bamb.; in H supra scr.* v, *sed id del. — male Osbernus pg. 189 de* peritandi *verbo somniavit. — in vetere mendo retinendam duxi codicum scripturam. sed verum vidisse existimo Schoellium, qui scribit:* qui per virtutem perit, abit, non interit. — 8 *n. N.* — temperale, *m. 2* temperali, *L.* — 9 perpetuam; *in mrg. adscr.* longam H_2. — 11 illic *quia habet ap. Plaut. brevem posteriorem, Brixius scribit* nam illic homo homones. — hominis *cdd.* — alit *B ap. Pl.* (alii *C, D*); aut *cdd.* — verum educat *Pl.;* verte ducat *cdd.* — 13 alui, educavi *verba nutricis Andromedae.* — facito *M, qui et diverbium disposuit. — monet Perseus adstantem Andromedae expositae nutricem, ut regi nuntiaret, se redditurum patri filiam, de qua iam desperasset, si pacto inito sibi desponderetur Andromeda.* — 15 et *om. Quicheratus, per neglegentiam quidem, sed, ut vid., recte.* — autferre *pr. L.* — levatum *Passerat.;* legatum *C, Bamb.* — 16 ceptosque H_2. — laboros *pr. H.* — 17 filopatro *cdd.* — 19 tulit *L, pr. H;* tolit *H ex corr.* — 20 Varro; *cf. 407 l.* tollere, occidere *ibique comm.* — 21 tollet *cdd. h. l.* — 22 est *om.* L_1. — 23 tetrum *H; Bamb.* — Aen. *om. Bamb.*

horridum plerumque exstans et prominens et erectum. Vergilius Aen. lib. IIII:

et glacie riget horrida barba.

Plautus in Pseudolo:

papíllarum horridulárum oppressiúnculae.

Accius Medea:

ut tristis túrbinum
toleráret hiemes, máre cum horreret flúctibus.

Lucilius Satyrarum lib. XVI:

hic, || quos divitiae producunt, ut caput ungunt
horridulum!

M. Tullius de re publica lib. I: sed ut ille qui navigat, cum subito mare coepit horrescere. — idem de re publica lib. IIII: horum enim severitate dicitur inhorruisse primum civitas. — Varro epistula ad Caesarem:

ínterea prope ad óccidentem sólem inhorrescít mare.

Sisenna Hist. lib. IIII: subito mare subhorrescere, caecosque fluctus in se† provolvere.

Inter MENETRICEM et PROSTIBVLVM hoc interest. menetrix honestioris loci est et quaestus; nam menetrices a manendo dictae

---

26 IV, 251 || 28 I, 1, 66 || 30 Accius Medea || 33 Lucilius l. XVI || 3 I, 40, 63 || 4 M. Tullius de re publ. IV || 5 Varro epistula ad Caesarem || 8 Sisenna Hist. IV.

---

25 ext. *H.* — et erectum *Me;* et terenstum *L; G ex corr.;* et teres tum *pr. H; in quo* n *supra scr. manu altera, sed rursus del.;* et terentum *pr. G; om. Bamb. cum eis quae secuntur.* — 28 Pseudolo *Hqos;* Pseudulo *L, G.* — 29 oppressi ungulae *L,* H_1. — **30. 31** maede aut, *m. 2* maedea ut *L.* — 32 hiemens *L.* — horreret *Bothius;* horret *C.* — *v. 31 sq. f. per interrogationem efferendi.* — **1** hic *(plural.) M;* etit *L;* et id H_1; et hii H_2; eti *G.* — producunt; *i. e.* augent, provehunt. — ut *M;* et *v.* — **3** sed ut ille sed ut ille H_1; *del. alterum* sed ut ille *m. 2.* — **5** enim *Maius;* in *cdd.* — severitate *Iun.;* severitatem *cdd.* (se veritatem *H*). — *f. legendum* horum severitate. *nam* in *potuit oriri ex seq.* inaruisse. — inhorruisse *Ald.;* inaruisse *C.* — **6** aepistula L_1; *id. m. 2* aepistola (epistola *Hs*). — **7** *hic in epistula ad Caesarem Pacuvii versu usus Varro, ut alibi (263 s. l.* curriculus) *Ennii, ut in epistula ad Fufium (117; 425 s. l.* gargaridiare; fors et fortuna) *Terentii.* — occidendum, *supra scr.* e, *G.* — prope iam occidente sole *Cic. de divin. I, 14, 24.* — inhorrescit *idem;* horrescit *C.* — **8** Sisenna; *cf. 449 l.* caecum. — IIII *Me;* III *cdd. h. l.* — subhorrescere *Bent.;* subhorrere *cdd. h. l.;* persubhorrescere *pg. 449.* — in se provolvere leniter occoepit *pg. 449.* — *illud* in se *quomodo defendam non habeo. sed cf. comm. in 449 l. m.* — **10** meretricem H_1; *Bamb.; in L erasa supra* n *littera, ut vid.,* r. — prostibulam *L;* H_1; *Bamb.* — meretrix H_1; *Bamb.; in L erasa supra* n r, *ut vid.* — **11** meretrices H_1; *Bamb.; in L eluta supra* n r. — *illud* menetrix *recte habere deductum a* manendo *vocabulum demonstrat. nam ineptum quod*

sunt, quod copiam sui tantummodo noctu facerent; prostibula, quod ante stabulum starent quaestus diurni et nocturni causa. Plautus in Cistellaria manifestissime discrevit:

intro íbo. nempe méretricem adstare ín via
solám prostibulei sánest.

GENETRIX a MATRE hanc habet distantiam, quod genetrix semper quae genuerit nuncupatur; mater aliquando pro nutrice ponitur. Vergilius lib. VIII:

geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros et lambere matrem
inpavidos.

Plautus Menaechmis:

ita fórma simili púeris, ut matér sua
non ínternosse póssęt, quae mammám dabat,
neque ádeo mater ípsa, quae illos pépererat.

PVDET et PIGET hoc distant. pudere enim verecundiae est, pigere paenitentiae. Plautus in Pseudolo:

nímio id quod pudét facilius fértur, quam illud quód piget:
nón dedisse istúm pudet; me, quía non accepí, piget.

idem Trinummo:

pól pudere quám pigere praéstat totidem lítteris.

Accius || Neoptolemo:

dolét pudetque Gráium me et veró piget.

---

14 Plautus Cistellaria || 19 Aen. VIII, 631 || 23 prol. 19 || 28 I, 3, 47 || 31 II, 2, 64 || 1 Accius Neoptolemo.

---

docti scripsere meretricem; meretrix; meretrices a merendo. — *cet. vid. scrib.:* dictae sunt a manendo. — *est igitur Afrorum soloecismus. — nota autem etiam* meletrix *pro* meretrix *inveniri in cdd. Nonii. cf. comm. in 202, 13.* —

12 copiá *(sic) L.* — prostibulo *Bamb.* — 13 stabulo *L;* stabula H_1*; Bamb.* — stent *cdd.* — 15. 16 intro ibo *Me;* nempe *M;* intro bonam *L;* H_1*;* intro ad bonam H_2*; tum del.* d; intro abonam *G.* — asstare L_2*;* H_1. — 16 prostibulei; prostibuli *Me;* prostibula *C.* — sana est H_1*;* sane est *rell.* — 17 Genitrix L_2*; Hs* (*P m. 1* Genetrix); *non Bamb.* — hanc debet L_1. — genitrix L_2*;* H_2*; non Bamb.* — 18 nunccupatur *Bamb.* — mater; *cf. 343 l.* mater. — 19 Verg.; *cf. 316; 343 l.* gemini; mater. — 23 Plaut.; *cf. 343 l. m. ibique comm.* — 24 pueri *cdd.* — 27. 28 distant *ed. princ.;* distat *C, Bamb.* — pudere *Quicheratus;* pudet (*seq.* e) *cdd.* — pudet — piget *ed. princ.* — est *om. Bamb.* — poen. *ed. Bas.; Bamb., ut vid.* — Pseudolo *Hqos;* Pseudulo *L, ed. Bas.* — 29 nimis *Studemundio teste, negante Loewio A.* — it L_1. — pudet *Pl.;* piget *C.* — 30 *ap. Pl.* dedisseistunc *A, ut vid.;* dedissetis tum *B, C, D.* — 32 pop, *tum* pol *L.* — prestat *L; H.* — 2 dolet pudetque Graium *Fruter.;* doet pudet quaegravium *L;* doet pudetque (pudetque *et P*) gravium *Hqos;* doet pudetquae gravium *Gs.* — *cf. Pacuv. Atalantae v. pg. 490 s. l.* itiner.

424 M.

idem Andromeda:

nec queí te adiutem, invénio. hortari púdet; hau prodesse, íd piget.

Turpilius Demetrio:

pudét pigetque meí me.

Pacuvius Doloreste:

quid quod iam (eí mihi!)
pigét paternum nómen, maternúm pudet
profári?

Sallustius in Iugurtae bello: nam postea quae fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere. — Varro Parmenone: pudet me tui et Musarum. huc nos re? piget currere et una sequi.

OSCVLVM et SAVIVM his intellectibus discernuntur, quod ab

---

3 Accius Andromeda ‖ 5 Turpilius Demetrio ‖ 7 Pacuvius Doloreste ‖ 11 95, 4 ‖ 12 Varro Parmenone.

---

3. 4 Andromeda: nec *Lips.; al.;* anpromedane *L; H;* anpromeda ne *ed. Bas.* — quei te; qui te *Iun.;* quiete *C;* quietem *cd. Iun.* — ad cutem *id.* — inveni (*seq.* ho) *H.* — hau *M;* non *v.* — *non enim ausim Accio tribuere neglectam positionis legem post caesuram, quamquam haec pars versus habet plus licentiae quam relicuae praeter initium. adeoque ne in hoc quidem admittendam censeo nisi raro et certa excusatione. — singularis est condicio tetram. troch. illius, qui pg. 166 s. l.* ruspari *ita est restitutus:* iúben nunc adtemtáre, iuben nunc, ánime, ruspari Phrygas? — *ibi enim per anaphoram et sequente* n *asperitas mitigatur.* — piget *Ald.;* pudet *cdd.* — *minus bene Vossius aliique priore loco reposuere illud* piget, *servata librorum scriptura in posteriore.* — *parum placet propter r. m. trimetros institui tales:* nec quei te adiuter *(ita Bergkius)* inveno. hortari pudet; | non prodesse id piget. — *contra minime est inprobabile ab Accio trochaeos datos tales:* nec qui te adiuter inveno. | hortari pudet. non prodesse, id piget. — 5 Turpulius *H.* — 7 Duloreste *H_2; G.* — 8 quid quod iam (ei mihi!). *ita M* (quod *coni. Bergkius;* ei *Vmpfenbachius*); quid quoniam et mihi *cdd.* — 11 Iugurthae *C pr. L_1.* — quae fecerat *H_1;* quae te fecerit *H_2;* quae te fecerat *L;* quam te fecerit *G.* — incretum *L.* — 12 deserere *L.* — 13 pudet me tui et Musarum. *haec ita dicta videntur, ut Horatii illa:* cicatricum et sceleris pudet fratrumque; *h. e.* pudet me perversitatis tuae et Musarum, si ad eam adverterint animum. — huc nos re (*i. e.* rei; *supplendum* reccidisse *vel* redactos); *ita M;* agnoscere *C.* — *minus probabile ante illud* agnoscere *excidisse ut puta:* non possum mores tuos. — 15 *multum a posterioris temporis doctis disputatum, quid interesset inter* osculum, savium, basium. *qui maiorem partem ita haec distinxerunt, ut dicerent oscula esse parentium, liberorum, amicorum, basia coniugum, savia meretricum amatorumque; cf. interpolator Serv. ad Aen. I, 256. de qua re et extant versiculi auctoris incerti, de quibus diximus mus. Rhenan. XXII, 97 aliisque locis. — male differentiae Montepessulanae (pg. 41 ed. Beckii):* basium pietatis, osculum amicitiae, savium luxuriae. *at Servius l. m.:* sciendum osculum religionis esse, savium voluptatis. *quae Varronis inniti sententia docet hic locus. — dicendum potius et* savium *et* basium *posterioris aetatis hominibus visum antiquatum seu plebeium. unde multi abstinent vocabulo utroque, ut Vergilius, Ovidius, Horatius in lyricis*

ore osculum, savium a suavitate dicitur. Varro de vita populi Romani I: ideoque hoc ab ore dicitur osculum, non a suavitate, unde savium, quod similest [saviunt].

Inter SACRIFICARE et LITARE hoc interest: sacrificare est veniam petere; litare est propitiare et votum inpetrare. Vergilius Aen. lib. IIII:

> tu modo posce deos veniam sacrisque litatis;

id est: impetratis *votis.* Plautus in Poenulo:

> si hercle ístuc umquam fáctumst, tum me Iúppiter
> faciát ut semper sácrificem, ne umquám litem!

EXPLERI et SATIARI hanc habent differentiam. expleri est tantummodo plenum esse; satiari, supra modum ad abundantiam *expleri.* Lucretius lib. III:

> deinde animi ingratam naturam pascere semper
> adque explere bonis rebus satiareque numquam.

M. Tullius de re publica lib. VI: graves enim dominae cogitationum lubidines infinita quaedam cogunt adque imperant: quae quia nec expleri nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus inpellunt eos quos inlecebris suis incenderunt.

ARCVS et ARQVVS hoc distant. arcus enim || omnis suspensus fornix appellatur; arquus non nisi qui in caelo apparet, quam Irim poetae dixerunt. unde et arquati dicuntur quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. Lucretius lib. VI:

---

16 Varro de vita p. R. I || 21 IV, 50 || 23 II, 41 || 28 III, 1003 || 31 M. Tullius de re publ. VI || 4 VI, 526.

---

praeter epodos, alii plurimi. de qua re olim monuit M. Hauptius in programmate quodam universitatis Berolinensis. — 16. 17 populi Romani I *M* (lib. I *Rothius*); PRL *L;* P. R. l' *ed. Bas.;* PR. *P;* populi Romani *(ut puto per compendium) Hqos.* — 18 quod similest [saviunt] *M;* quod simile sit saviunt *C.* — *ingeniose Me:* unde, quod suave sit, suavium (*melius erat:* unde suavium, quod suave sit). — 19 hoc interest *in ras.* L_1. — 20 inpetrare L_1; *ed. Bas.; non Bamb.* — 23 votis *add. M.* — penulo *C.* — 24. 25 faciat *cdd. Pl.;* faciam (fac iam *H ex corr.*) *Non.* — numquam *Guietus;* neque umquam *C;* nec umquam libri *Pl.* — *f.:* tu me Iuppiter fac iam ut sacrificem semper neve umquam litem. — 26 saciari Ho_1. — habet *Bamb.* — 27 ad (*vel* et ad) *M;* et *v.* — habundantiam *Bamb.; P.* — 28 expleri *add. M.* — Lucr.; *cf. 298 l.* explere. — VI *C;* III *cdd. 298.* — 30 atque *C pr.* L_1. — expleri *C;* explere *cdd. 298.* — satiareque H_2; satiarique H_1; *G;* satiari quae *L.* — 32 libidines L_1; H_1. — atque *C pr.* L_1. — 33 quia expleri *L;* H_1. — saciari H_1. — nec expleri nec satiari. *nisi prorsus pectore caruit Non., reponendum:* nec satiari nec expleri. — omnes *G.* — 1 *n. N.* — arquus; arcus *G, sed in mrg. corr.;* arcuus *L.* — 2 arcuus *L.* — *ac sane ita scripsit Non., sicut infra* arcuati. — 3. 4 irum L_1. — unde *e. q. s. om. Bamb.* — arquuati (uati *in ras.*) H_1. — color; *sc.* oris. — existit *L ex corr.; H;* extit *G.* — arqui *et Lucr. cdd.*

425 M.

tum color in nigris exsistit nubibus arqui.

FORS et FORTVNA hoc distant. fors est casus temporalis, Fortuna dea ipsa [est]. Accius Astyanacte:

itera ín
quibu' pártibu' (namque audíre volo,
sist quem éxopto) et quo cáptu' modo,
fortúnan an forté repertus.

idem Andromeda:

múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
quíbu' natura práva magi' quam fórs aut fortuna óbfuit.

Lucilius Satyrarum lib. XIII:

cui parilem fortuna locum fatumque tulit fors.

idem in eodem:

aut forte omnino ac fortuna vincere bello:
si forte ac temere omnino, quid rursum ad honorem?

Varro epistula ad Fufium: dices:

ó *Fortuna,* o Fórs Fortuna, quántis conmoditátibus
húnc diem!

FERVS et FEROX hanc habent distantiam. ferus est saevus; ferox, fortis. Accius Tereo:

novos ádvena animo audáci in medium próripit sesé ferox.

Sallustius in Iugurtae bello: ille animo feroci negat se totiens fusum Numidam pertimescere. — Vergilius Aen. lib. II:

---

7 Accius Astyanacte ‖ 12 Accius Andromeda ‖ 15 Lucilius l. XIII ‖ 17 Lucilius l. XIII ‖ 20 Varro Epistula ad Fufium (Ter. Phorm. V, 6, 1) ‖ 24 Accius Tereo ‖ 26 106, 3 ‖ 27 II, 326.

---

7 ipsa est *L; H_1; Bamb.; P;* est ipsa *H_2, ut vid.; G.* — est *om. Aldus.* — Accius; *add. H_1* acciias *(si recte legi); del. m. 2.* — Atyanacte *ed. Bas.* — 8 *sqq. anapaestos agnovit Grotius; rectius disposuit Hermannus Elem. doctr. metr. 387.* — 10 quam exopto *H_2, G.* — 11 repertus *Me;* repertur *L, G; item H ex corr.;* ur *in ras.; prius fuisse videbatur Siversio* reperitur *(ita edd. vet.).* — 13 iniquo *Iun.;* inquo *C.* — auxere *Gulielm.; Me; al.;* ausere *L, G;* hausere *H.* — 14 obfuit *C.* — 19 rursum *M;* cursum *v.* — onorem *L.* — 20 Varro; *cf. 117 l.* gargaridiare *ibique comm.* — epistola *L_2; Hqos.* — 20. 21 dices o *cdd. 117;* di quaeso *h. l.* — 21 Fortuna o *om. cdd. h. l.; non 117.* — conmoditatibus *L_1; ed. Bas.* — 22 *vid. a Varrone v. Ter. qui est talis:* quam subito meo ero Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem *in proprios usus contractus.* — 23 habet *cdd.; corr. Ald.* — sevus *ed. princ.;* saevius *Bamb.;* saevum *C.* — 24 fortis. *post hoc v. collocanda Verg. exempla, quae leg. v. 27—31.* — 25 novos advena *M;* novus novo (nova *H_1*) dabunt advena *cdd.* — *illa* novo dabunt *repetita ex praecedentibus et sequentibus. hoc qui negabunt, gaudebo si attulerint quod magis possit probari.* — *nam pro nobis et r. m. stare manifestum.* — 26 Iugurthae *C pr. L_1.* — 27 fusum Numidam *H_1;* fusam Numidiam *H_2, G;* fusum Numidiam *L.* — pertimiscere *L_1.* — Verg.; *cf. comm. in v. 24.* — *idem exempl. 307 s. l.* ferus.

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

idem lib. IIII:

et frena ferox spumantia mandit.

ANTICVS et ANTIQVIOR ut gradu, ita et intellectu distant. nam anticus significat vetus. Vergilius in Georgicon lib. II:

antiquasque domos avium.

antiquior melior. Varro Rerum humanarum lib. XX: neque bonei cives aliquid habent || antiquius salute conmuni. — Accius Phoenissis:

áb dracontis stírpe armata exórtus, genere antíquior.

Lucilius lib. XIIII:

quin potius vitam degas sedatu' quietam,
quam tu antiquiu' quam facere hoc fecisse videris.

M. Tullius de amicitia: hoc quidem proprium est amicitiae; sed antiquior et pulcrior et magis a natura ipsa profecta. — idem de re publica lib. I: sic, quoniam plura beneficia * * * continet patria et est antiquior parens quam is qui creavit, maior ei profecto quam parenti debetur gratia. — M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. III: ego autem antiquissimis oriundum Scythis, quibus antiquior iustitia est quam lucrum.

---

30 Aen. IV, 135 || 33 II, 209 || 35 Varro Rer. hum. XX || 1 Accius Phoenissis || 4 Lucilius l. XIV || 7 8, 26 || 9 M. Tullius de re publ. I || 11 M. Tullius ad Caes. iun. III.

---

28 Iupiter *L ex corr.; H.* — **30** idem; *cf. 304; ubi* ferox *explicatur* saevus et indomabilis. — **31** et; ac *Verg.* — mandet *C pr.* H_1. — **32** Antiquus *L;* H_1*; Bamb.* — antiquor *Bamb.* — **33** antiquus *ed. princ.;* anticum *L; G;* antiquum *H; Bamb.* — V.; *cf. 461, 18.* — **1** bonei *M;* idonei *v.* — conmuni *L, ed. Bas.* — **2** fenissarum *C; corr. Ald., qui primus hoc exempl. addidit.* — **3** dracontis; *cf. Charis. 101:* dracontem Accius in Philocteta. — surpe *L; Ald.* — armata *Gulielm.;* amata *C.* — exortus *Me;* exoratus *C.* — **4** licilius *H.* — **5** vitam *ed. a. 1471;* vita *cdd.* — degas *Iun.;* degat *cdd.* — **6** quam tu H_2*; v.;* quantu *L,* H_1*, G.* — videris *Dousa, Me;* videaris *C.* — **7** *ap. Cic. haec:* utrum — an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed *e. q. s.* — **8** pulchrior *H, G.* — profecta alia causa *Cic.* — **9** sed quoniam plurima *edd. ante Me;* plura *mrg. Iun.; Me.* — **10—13** patria — lucrum *om. L;* H_1*; sed iam ante illud* continet *turbatum videtur in archetypo. nam id quod est* beneficia continet *ineptum esse apparet. fuere olim velut haec:* sic (*vel* sed) quoniam plura beneficia tribuit et omnes omnium caritates continet patria; *cf. de offic. I, 17, 57.* — **10** is qui *cd. Iun. Animadv. pg. 261;* siqui *H; G; Me.* — quam si quis curaverit *cd. Bas.; ed. princ.;* quam si quis (ut aiunt) curaverit *v. ante Me;* quam qui creaverit *docti ap. Cic.* — **12** ego autem; *scil.* existimo *vel* contendo. — antiquissimis *M* (*f.* ab antiquissimis); antiquissimum *v.* — oriendum *H.* — Scythis *Me, qui primus hoc exemplum addidit;* scitis *cdd.* — **13** iustitia est *M;* laetitiae est *cdd.;* laetitia est *cd. Iun.; Me.* — *cf. Hom. Il. XIII, 6.*

FAVSTVM et FESTVM his intellectibus discernuntur. etenim faustum quasi a favendo dictum ac per hoc prosperum et propitium [unde contra infaustum minax et inprosperum]; festum vero sollemniter laetum et feriatum. Vergilius Aen. lib. VI:

festosque dies de nomine Phoebi.

[et] Terentius:

o faústum et felicém diem!

Inter CVIVS et CVIATIS haec est differentia. cuius ad personam refertur hominis; cuiatis unde significat. Accius Telepho:

qui néque cuiatis ésset umquam pótuimus,
multa érogitantes, scíscere. . . . .

ANIMVS et ANIMA hoc distant. animus est quo sapimus, anima qua vivimus. Accius Epigonis:

sápimus animo, frúimur anima. síne animo animast débilis.

Varro Andabatis: in reliquo corpore ab hoc fonte diffusast anima; hinc animus ad intellegentiam tributus.

VVLTVS et FACIES hoc distant. vultus || est voluntas quae pro motu animi in facie ostenditur; facies ipsa oris species. Sallustius in Catilina: prorsus in facie vultuque vaecordia inerat. — Lucilius Satyrarum lib. I:

vultus item ut facies mors, icteru' morbu', venenum.

---

17 VI, 70 || 19 Andriae V, 4, 53 || 22 Accius Telepho || 26 Accius Epigonis || 28 Varro Andabatis || 3 15, 5 || 4 Lucilius l. I.

---

14 Faustum; Fastum *Lugd.; ita et v. seq.* — 15 propter hoc *probabiliter Quicheratus.* — prosperum; proprium G_1. — 16 propitium; proprium *L; Bamb.* — *illa* unde contra infaustum minax et inprosperum *ab interpolatore puto addita. et videntur olim fuisse haec:* unde contra infaustum inprosperum et infestum minax. — festum; faustum G_1. — 17 sollempniter *Bamb.* — Verg.; *hoc et seq. exempl. om. Bamb., ut plerumque in hoc capite caret locis scriptorum. Terentii versus etiam abest a L,* H_1. — 18 foebi L_1; phebi H_1. — 19. 20 *hoc exemplum aut praemittendum priori aut secludendum.* — et *del. M.* — et felicem hunc diem *plerique Ter. libri interpolati.* — 21 Inter *add. M.* — 22 Telefo *C.* — 23 quin *Bothius.* — 24 multae *pr. H.* — erogitantes scisc. *om.* H_1. — erogitantes *Me;* ergitantes *cdd.* (multa rogitantes *Iun.;* rogitantes *ed. princ.*). — sciscere *Me;* isciscere *L,* H_2 *ex corr., G;* disciscere *pr.* H_2; resciscere *Iun.;* scire *ed. princ.* — *nec tamen credo scribendum* discere. — 25 *cf. Isidori Differ. 37; Origin. XI, 1.* — 26 quo *pr. L.* — Epigonis *Bothius;* epigone (*seq.* s) *C;* Erigona *Me* (Epigonos *ubique Iun. in Indice*). — 27 sapimus animo; *h. e.* si sap. an. — debiles L_1. — 28 in teliquo *L;* H_1 (in relicuo *Varro; cf. Lachm. ad Lucr. pg. 305*). — diffusa est *Pius;* diffusus *cdd.;* diffusast *Vahlenus; qui scribendo* in rellicuo corpore *duos sotadeos* (*quorum quidem prior finiretur in* diffusast), *alterum tolerabilem, alterum formidabilem effecit.* — 2 acies ipsa *G.* — 3 Catillina *L.* — vecordia *H, G.* — 5 icteru'; icterus *Scal.;* citera H_1; citer *rell.* — morbos *pr. G.* — teter morbus *non bene Passerat.*

M. Tullius de officiis lib. I: praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons.

SEBVM et VNGVENTVM hanc habent diversitatem. sebum fit ex adipe ruminantium * * * Lucilius Satyrarum lib. IIII:

> Tisiphone Tityi e pulmonibus adque adipe unguen
> excoctum attulit, Eumenidum sanctissima Erinys.

MVSSARE et MVRMVRARE ita discernuntur, quod mussare hominum sit, occulte quid et pressa voce loquentium, quod celatum velint. Vergilius lib. XI:

> quid fortuna ferat populi, set dicere mussant.

et alibi:

> flent mesti mussantque patres.

murmur autem maioris soni est, proximi ad tumultum. Vergilius in Georg. lib. I:

> et resonantia longe
> litora misceri et nemorum increbrescere murmur.

PRIORES et PRIMORES hanc habent diversitatem. priores enim conparativi sunt gradus; primores summae quaeque res. Lucilius Satyrarum lib. VIII:

> gallinaceu' cum victor se gallus honeste
> sustulit in digitos primoresque erigit unguis.

Turpilius Demetrio:

> sandálio innixa dígitulis primóribus.

---

6 I, 26, 90 ‖ 9 Lucilius l. IV ‖ 14 XI, 345 ‖ 16 XI, 454 ‖ 19 I, 358 ‖ 24 Lucilius l. VIII ‖ 27 Turpilius Demetrio.

---

6 aequalitas H_1. — 7 semper *Cic.;* saepe *C.* — 8. 9 Sebum. *om. h. l. Bamb.* — 'locus corruptus et mutilus' *Me; qui et exemplum eius quod est* sebum *et* unguenti *definitionem intercidisse vidit.* — Luc.; *cf. comm. in Luc. IV, 20.* — 10 Tisiphone *v.;* Tityii e *M* (Tityi *iam Gerlachius*); tisifone titene *C* (tisifon etitene *L*, H_1; *pro* titene tinete *supra* n *et* t *additis transponendi signis G;* tinnete *Vict.;* tecine *ed. Casauboni*). — atque *H, G.* — adipe *ed. princ.* (Thesiphone teneo in pulmonibus ex adipe); adirem *C.* — unguen *ed. Iun.;* unguem *C.* — 11 excoctum; *cf. Plaut. Captiv. 281.* — attulit Eumenidum *Iun.;* atuli (attuli *G*) eumenidibus *C.* — erynis *C.* — 12 Mussare; *cf. Varro VII, 101; Paul. pg. 144; Philargyr. in Georg. IV, 188.* — Musare — musare *Bamb.* — 13 quid et pressa *G; v.;* qui depressa *L; H;* quid depressa *Bamb.* — 14 X *C, Bamb.* — 15 populis *pr. L.* — sed *H, Bamb.* — d. m.; dicerem sant H_1. — 17 mesti *C, Bamb.* — 18 *f.* proxime. — 20 aut *Verg.* — 21 increbrescere *C; om. hoc exemplum Bamb.* — 22 et primiores *pr. G.* — hunc H_1; hanc *om. Lugd.* — priores enim; *cf. 423 l.* pudet. — 24 Lucilius satyri, *om.* lib. VIII, L_1. — 25. 26 honeste *(ita ed. princ.)* sustulit in digitos primoresque erigit *(ita ed. princ.); sic Ald.;* onestem telitus digitos primores quae erigunt *C.* — 28 digitulis *Passerat.; Bothius;* dicigitis *L, G;* digitis *H.*

Varro Armorum iudicio: ut in litore cancri digitulis primoribus stare. — Lucilius Satyrarum lib. XX:

> Calpurni saevam legem Pisoni' reprendi
> eduxique animam [in] primoribu' naribus.

Afranius Vopisco:

> ápage sis dirám tuam animam in náribus primóribus! ||
> vix pértuli edepol.

M. Tullius in Ortensio: qui illud nescio quid, quod in primoribus habent, ut aiunt, labris. — idem de oratore: quae sti retores ne primoribus quidem labris attigissent.

POESIS et POEMA hanc habent distantiam. poesis est textus scribtorum; poema inventio parva quae paucis versibus expeditur. Lucilius Satyrarum lib. VIIII:

> nunc haec quid valeant quidve huic intersiet illud
> cognosces. primum [hoc] quod dicimus esse poema,
> pars est parva poema: idyllion *ecce poema aut*
> *disticha,* epistula item quaevis non magna, poemast

---

29 Varro Armorum iudicio || 30 Lucilius l. XX || 33 Afranius Vopisco || 2 M. Tullius Hortensio || 3 I, 19, 87 || 7 Lucilius l. IX.

---

29 digitulis *Oehlerus;* digitibus (digitis H_1; dicitibus L_1) *C.* — *haec cum sint truncata, sive Nonii culpa sive librariorum, an olim metro clausa fuerint non iam potest certo definiri.* — 31 *cf. comm. in Luc. XX, 7.* — Carpurni H_1. — saevam legem P. reprendi *Iun.* (rependi *F. Dousa*); saeva lege in P. reprehendi (rep̄hendi *H*) *C.* — *olim nos* Calpurni saeva lege in P. reprendi, *illud* reprendi *pro* repressi *positum rati.* — 32 in *del. M.* — naribus *Ald.;* naris *C.* — primoribu' partibu' naris *olim nos; sed communi usu videntur vulgo trita fuisse illa* primoribus digitis, primoribus naribus, primoribus labris. — 34. 1 *puto* at apage. — diram tuam animam *Ribbeckius;* clivum tum animum *L; H; Gs ex corr.;* clivam tum animum *pr. Gs; ed. Vict.* — *recte si habet Ribbeckii commentum, illud* in n. pr. *ad priora pertinet diciturque is de quo agitur malum e naribus emittere odorem.* — *f.* apage sis olivum tuum. nam naribus primoribus vix pertuli edepol. — vix p. edepol *(ita* H_1; etepol *rell.*). — *displicet numerus iambicus cum septenario trochaico copulatus; cf. quae supra ad illud* apage *sunt notata.* — 2 hortensio *C pr.* L_1. — illud *Orellius;* illum *C.* — 3 de or.; lib. I de oratore *Me;* in oratore *C.* — que sti *L;* quae sti *ed. Bas.;* questi H_1; quae isti H_2; *cdd. Cic.* — rhetores L_2; H_2; *G.* — 5 *cf. comm. in Luc. IX, 22.* — 6 scriptorum *C pr.* L_1; scripturarum *Bamb.* — inguentio L_1. — versibus *M;* verbis *cdd.* — 7 Luc.; *cf. comm. in Luc. l. m.* — 8 nunc *I. Dousa;* non *C.* — valeant *Lachmannus;* valeat *C.* — huic *I. Dousa;* hoc *C* (*prius nos:* quidve hoc intersit et illud). — 9 cognosces *I. Dousa;* cognoscis *cdd.* — hoc *del. M.* — 10 poesis, *sed m. 2 del. et supra scr.* poema *H.* — idyllion ecce poema aut *M;* idem *cdd.; quod sane ex seq. v. illo* item *potuit oriri.* — *parum elegans nec tamen inconveniens Lucilio videtur verbum quod est* poema *ter positum.* — 11 disticha *add. M.* — disticha; *i. e.* elegia. — epistola L_2, *H.* — quaevis *pr. H;* quevis *L, G, H ex corr.* (uevis *hic in ras.*).

illa; poesis opus totum, ut tota Ilias unast
σύνϑεσις Annalesque Enni; adque e stoc *liber* unus
est maius multo [est] quam quod dixi ante poema.
quapropter dico: nemo, qui culpat Homerum,
perpetuom culpat neque quod dixi ante poesin:
verum unum culpat verbum, enthymema locumve.

Varro Parmenone: poema est lexis enrythmos, id est, verba plura metrice in quandam coniecta formam. itaque etiam distichon, epigrammation vocant poema. poesis est perpetuum argumentum ec rythmis, ut Ilias Homeri et Annalis Enni. poetice est ars earum rerum.

[FORA et FORI ut genere, ita et sensibus distant. nam neutro iudiciorum et litium sedes est, masculino spatia in navibus apertiora vel in gladiatoriis ludis.]

DOCTVM et PERITVM cum simile videatur, a M. Tullio discretum est, ut sit peritum plus quam [quod] doctum, de officiis lib. III: itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia. ||

Inter VRBEM et CIVITATEM hoc interest. urbs est aedificatio, civitas incolae. Vergilius Aen. lib. I:

urbs antiqua fuit.

---

18 Varro Parmenone || 27 III, 3, 15 || 2 I, 12.

---

12. 13 ut tota Ilias *I. Dousa;* unast σύνϑεσις *Franckenus* (una est ϑέσις *I. Dousa*); Annalesque Enni *I. Dousa;* totaque illa summa est una ϑέσιϲ ut annales Enni *C.* — atque L_2, *H, G.* — e stoc (*i. e.* ex opere toto) *M;* stoc (*praec.* e) *cdd.* — liber unus *M*; unum *v.* — **14** est hoc maius *pr. H.* — est *del. Iun.* — **15** neme H_1. — **16** perpetuom *M* (perpetuum *I. Dousa*); perpetuo *cdd.* — poesin *Iun.;* poesin in *cdd.; f.* poesim (poesim In *Ald.*). — **17** verum *M;* versum *cdd.* — enthymema *Iun.;* entymema tema *L;* entymema tima *G;* entymemate ma (malo cumque) H_1*;* entymematima H_2. — locumve *Lachmannus;* locumque H_1*; cf. supra;* locum *L,* H_2, *G.* — **18** Varro; *a Varrone Lucilii locum respici apparet.* — λέξις ἔνρυϑμος *Ald.* — **19. 20** metrice *M;* modice *v.* — distichon *Ald.;* dystigon *L;* dysticon *H, G.* — *v.:* distichon epigrammation. — **21** ec *M;* et *C;* ex *Me;* e *Popma.* — **21. 22** ut — rerum. *haec in cdd. posita v. 25 post* ludis. — *traiecit Ald.* — ut *Ald.;* minut (min *ex illo* rythmis *vid. ortum*) *C.* — Annalis *plural.* — Enni; en *L;* H_1. — rerum *om.* H_1. — **23—25** *haec excerpta ex pg. 447 l.* fora *et casu nescio quo in hanc paginam locumque delata alienum vel turbatus lemmatis quod est* poesis *declarat ordo.* — **24** sedes est; sedes H_1*;* sed est *Bamb.; f.* sedes sunt. — **25** vel *e. q. s. cum Varronis verbis om. Bamb.* — ludiis *L.* — **26** simile; *supra* e *m. 2 pos.* i *in H, sed ea erasa.* — videatura *H, sed* a *eras.* — *cet. puto scribendum* cum simile significare videantur. — *servari potest* discretum. — **27** quam *om. Paris. 7665; G, ut refert Quicheratus.* — quod *om. Bamb.* — doctus L_1*; Bamb.* — **27. 28** de off. *e. q. s. om. Bamb.* — sint *et libri Baiteri* (sit *Bern. 104*); sunt *Cic.* — docti a peritis; *n. N.* — **1** aedificia *L,* H_2, *G, Bamb., v.*

429 M.

Ennius Telepho:

set cívitatem vídeo Argivum incéndier.

Pacuvius Atalanta:

níl sollicita stúdio, obstupida súspenso animo cívitas?

M. Tullius de re publica lib. I: quam cum locis *munitam* manu quoque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. omnis ergo populus, quist talis coetus multitudinis qualem exposui; omnis civitas, quaest constitutio populi. — et secundo: quo auctore et principe concitata civitas. — Sisenna Hist. lib. IIII: denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret, Pomponius cum velite superiorem locum insedit.

Inter COGITARE et DELIBERARE hoc interest. cogitare est considerare; deliberare, confirmare. Turpilius Boethuntibus:

quaeso, cógita ac delíbera.

idem Philopatro:

certum ác deliberátumst me illis óbsequi.

SCIVS et CONSCIVS hoc differunt, quod scius secum, conscius cum alio scius est; licet conscium indifferenter positum legerimus.

AVSPICIVM et AVGVRIVM his intellectibus discernuntur, quod sit auspicium avium inspectio et quae ex volatu earum significentur et vocibus; augurium autem† rerum omnium coniecturas prudentes ac diligentes amplectitur.

---

4 Ennius Telepho ‖ 6 Pacuvius Atalanta ‖ 8 I, 26, 41 ‖ 12 II, 25, 46 ‖ 13 Sisenna Hist. IV ‖ 17 Turpilius Boethuntibus ‖ 19 Turpilius Philopatro.

---

4. 5 Telepho: set *M;* T.: et *v.;* telefus et *L*, H_1*;* telefo et H_2, *G.* — incendier *Ald.;* incendere *v.* — **6** Athalanta *C.* — **7** nil *mrg. Iun.;* hil *C.* — *male quidam interpungunt post* sollicita *et* obstupida. — *f.* stupida (*praec.* o); *conf. Vsenerus ap. Ribbeckium Corollar. pg. XL.* — **8. 9** quam cum locis manuque sepsissent (saeps. *Vatic.*) *cum Vatic. Cic. C; ut supra scr. vel* quam cum locis manuque munitam saepsissent *Ritschel. Opusc. III, 814.* — **9** oppide L_1. — **11** qui est *cdd.; v. infra.* — **12** qua est *L*, Ho_2, *G;* quae est Ho_1 *(sec. Siversium* e *del., sed rursus restitutum); Vatic. Cic.* — **14** volumtatibus *pr. L;* voluptatibus H_1. — trepidaret *Me;* trepidare. — Pomponius; *pessime quidam sequentia Pomponio poetae tribuere.* — **15** velite *Quicheratus;* vertice *C; f.* cum meilite. — insedit (*vel* insedere) *M;* inscendit *Me;* inscende (*post* e *ras. H*) *C;* inscendere *Quicheratus.* — **17** considerare *M;* confirmare *C, Bamb.* — boetuntibus *C.* — **18—20** delibera — ac *om. Bamb.* — idem; *cf. 282 l.* deliberatum, conplacitum. — filopatro *C.* — **23** *diversa Serv. ad Aen. I, 393; interpolator Serv. ad Aen. III, 20.* — **25** *aut post* augurium autem *intercepta nonnulla aut artioribus longe quam oportebat finibus vocabuli huius significationem circumscripsit Nonius.* — conlecturas *Bamb.* — **26** prudentes ac diligentes *M;* prudenter ac diligenter *v.*

MONSTRA et OSTENTA similiter intelleguntur, quod inminentia monstrent et ostendant. || OMEN vero votum est mentis et vocis; unde sacrificantibus dicitur: bona omina habete, id est, ut circumstantes et mente recta velint et bona oribus proferant. PORTENTVM non solum quod portendat, sed quod etiam portenta eliciat ex his significationibus quae in auspiciis, auguriis, extispiciis ostenduntur. PRODIGIVM autem semper pessimum est, dictum quasi porro adigendum. Vergilius lib. III:

sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno
prodigium canit et tristes denuntiat iras.

INIVRIA a CONTVMELIA hoc distat. iniuria enim levior res est. Pacuvius Periboea:

pátior facile iniúriam, sist vácua a contumélia.

Caecilius Fallacia:

fácile erumnam férre possum, si índe abest iniúria;
étiam iniuriám, nisi contra cónstat contumélia.

FVLMEN et FVLGVR et FVLGVRITVM his intellectibus secernuntur. est enim fulmen telum ipsum quod iacitur; ut Vergilius Georg. lib. I:

ipse pater media nimborum in nocte corusca
fulmina molitur dextra.

---

7 Aen. III, 365 || 11 Pacuvius Periboea || 13 Caecilius Fallacia || 18 I, 328.

---

27 *cf. 350; 357; 375; 44; 435 l.* monstrum; omen; portenta; prodigia; monstra et prodigia et portenta; *Fest. pg. 138; 156; 229; 245* monstrum; monstra; prodigia; portenta; *Cic. de divin. I, 42, 93; auct. de differ. pg. 2192; Reifferscheidii Suet. pg. 284 sq. — multa de his verbis et ex parte diversissima differentiarum scriptores.* — **1** monstrant *H.* — ostentant H_1. — **2. 3** unde — proferant *om. Bamb.* — **2** *ante* bona *duae vel tres litterae rasae in L.* — **3** recte *H.* — **4** portenta eliciat *M;* adportet (app. L_2; *H*) et faciat *C, Bamb.* — **5. 6** ex his — ostenduntur *om. Bamb.* — auguriis extispiciis *om. L,* H_1. — *cf. Fest. 138:* et portentum; quod portendat et significet. — **6. 7** dictum quasi porro adigendum. *cf. 44 l. m.* — Verg.; *cf. 435 l.* monstra. — **8** Harpyia *ed. Bas.;* harphya *L;* H_1; harphyia H_2. — caeleno *L; G;* celeno *H.* — **10** a; ac *Bamb.* — Iniuria et Contumelia hoc distant *ed. a. 1471.* — **10. 11** est res *Bamb.* — **12** vacua contumelia *ed. princ.* — **14** aerumnam *H.* — possunt *L, H (hic per compendium).* — **15** nisi H_1; *ed. princ.;* misi *L,* H_2, *G.* — constat H_1; *ed. princ.;* constant *C.* — contumelia *(ablativ.) Bothius; qui* constant *male explicat* perseverant; contumeliam *C.* — nisi contra cum stat contumelia *Passerat.;* nisi eam circumstat contumelia *ms. Palatin.* — contra constat contumelia *dictum, ut* auro contra constare. — **16** Fulmen et fulgur et fulguritum H_1; Fulmen et fulguritum *L,* H_2, *G;* Fulmen et fulguratum *Bamb.;* Fulmen et fulgur *G in mrg.; item* Ho_3. — **19** nymborum *C;* nimborum *Bamb.*

fulgur ignis qui coruscat fulmine: unde et fulgetrae dicuntur et fulgor; ut Vergilius lib. V:

maculosus et auro
squamam incendebat fulgor.

fulguritum fulgure tactum vel exustum.

IVRGIVM et LIS hanc habent distantiam. iurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos disceptatio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de re publica lib. IIII: admiror, nec rerum solum || *distinctionem*, sed verborum etiam elegantiam. 'si iurgant,' inquid: benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. — et in sequenti: iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare.

[AVDACIA et AVDENTIA hoc diversa sunt, quod audacia temeritatis est, audentia fortitudinis. Sallustius Catilinae bello: audacia pro muro habetur. — Vergilius Aen.:

audentis fortuna iuvat.

et saepe sic.]

MERX et MERCATVRA *et MERCATVS* hoc distant. merx est species ipsa; mercatura actus ipse vel lucrum de merce; mercatus, locus in quo agitur mercatura. M. Tullius de re publica lib. III: Poeni primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum inportaverunt in Graeciam. — Varro Sexagesi:

---

22 Aen. V, 87 || 29 M. Tull. de re publ. IV || 2 M. Tull. de re publ. IV || 5 58, 17 || 6 X, 284 || 11 M. Tull. de re publ. III || 14 Varro Sexagesi.

---

21 ignisque cor. *Bamb.; qui scq. om.* — fulminine *L.* — fulgetrae *Iun.;* fulgetra (dicitur fulgor) *ed. princ.;* fulgere *C* (fulgore [v supra scr.], e *m. 2 mut. in* ae, *eadem supra scr.* ere *et del. illud* rae, *Hs;* fulgor, *m. 2* fulgur, *3* fulgurae, *4* fulgere *Ho*). — dicitur H_1. — **22** fulgur *L.* — **24** squama *L*, H_1. — **25** exsustum *pr. L.* — **27** benivolos L_2, *H, G, Bamb.* — disceptatio *M;* dissentio L_1; dissessio *Bamb.;* dissensio *rell.* — **29** admiror; *scil.* in duodecim tabulis. — **1** dist. *add. M.* — eligantiam L_2; *H; G.* — inquid; *sc.* lex. — inquit L_2; H_2; *G.* — benevolurum *L;* benivolorum H_2. — **2** *f.* et in sequentibus. — **3** putet *H.* — **4** *cf. 242 l.* audacia; *ubi etiam Sall. exemplum; porro 442 l.* audacia. — *vv. 4—8 recte omissi ab Aldo et Iunio, eaque tantum data a Nonio, quae leguntur pg. 442; ubi cf. comm.* — **5** Catillinae *L.* — **9** et mercatus *add. Quicheratus.* — **10** lucum *G, ut vid.; non Bamb.* — de mercede *Bamb.* — **11** locum *L; Bamb.* — **12** III *om.* H_1. — Poeni (*vel* Iones; *quod minus placet*) *Me;* pione *C* (Phoenices *Ald.*) — mercaturis et *Ald.;* mercaturis sed *C.* — **13. 14** importaverunt *Me;* io portaverunt *L;* iopotaverunt *G;* deportaverunt H_1; *id. in mrg. m. 2 auctore Siversio* inpota *et supra scr.* iopotaver̃; exportaverunt *ed. a. 1471* (exportavere *ed. princ.*); *quod non placet, neque magis* conportaverunt. — **14** greciam *L, G.* — Varro; *cf. 212 l.* mercatus *ibique comm.*

ubi túm comítia habébant, íbi nunc fít mercátus.

Serenus Opusculis:

ad mercatum eo, vilice:
quid vis inde vehi aut agi?

Cicero Tusculanarum lib. V: item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua. — [et de officiis: quom tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.]

SVPERSTITIONIS et RELIGIONIS distantiam manifestissime discrevit M. Tullius de deorum natura lib. II: 'non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem *a* religione separaverunt. nam qui tota die precabantur et inmolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati; quod nomen patuit postea latius; qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et || tamquam religerent, hi sunt *dicti* religiosi ex religendo.' — sed vere superstitiosi proprietatem ex hoc habent quod prae cultura deorum supersedeant cetera, id est neglegant; itidem et religiosi, quasi relinquosi omnium ceterorum sacrificiis deserviant.

PEIVS et DETERIVS his sensibus discernuntur, quod sit peius *peius* a malo; quod in usu est et creberrime frequentatur; deterius vero a bono, ut minoris sit meriti quam id quod placet. Vergilius Georg. lib. IIII:

---

16 Serenus Opusculis || 19 V, 3, 9 || 20 III, 2, 6 || 24 II, 28, 71 || 9 IV, 89.

---

16 Serenus Ruralibus *pg. 212. — vid. olim illo loco positum fuisse:* Opusculis ruralibus. — 19 libro quinto *Bentin.;* lib. IIII *(om. L_1) C.* — iter *C;* item *cdd. Cic.; Rothius;* ita *Bent.* — 20 aliqua, sic — profectos *Cic.* — 20—22 et de off.; *aut scribendum* ad mercatum *aut existimandum haec ab interpolatore et quidem ex ipso Cic. (nam 212. l. m. pauciora adferuntur) addita.* — quom *M;* quo *C;* ad quos cum *Cic.; et ita cdd. 212 l. m.* — 23 Superstitutionis *G.* — Superstitiones et religiones L_1. — 24 M. Tull.; *cf. Isid. Orig. X, 244; 234.* — phylosophi *H;* filosofi L_1*;* philosofi L_2. — 25 a *om. cdd.* — superstitutionem — superaverunt *G.* — 26 nam qui — 5 *om. Bamb.* — totos dies *Cic.; Isid.* — pr. et imm. *cdd. Cic. cum Is.;* precatus et inmolabat (immolabat *H*) *C.* — 26. 27 sui sibi *Erlangensis ap. Cic., puto recte; non Isid.* — 1 tamquam religerent *Cic.;* aliquam (*praec.* t) rem eligerent *C.* — 2 dicti *om. C.* — eligendo *C;* legendo, relegendo, relegando *cdd. Cic.; in quibus seq.:* elegantes ex eligendo, *quae verba recte seclusit Klotzius.* — *cet. cf. comment. Baiteri.* — 3 prae culturam *L;* per culturam H_1. — 4 religiosi*; cf. Nigid. ap. Gell. IV, 9, 2.* — relinquosi (relinquo si *L, H*)*; cf. Masurius Sabinus ap. Gell. IV, 9, 8. — nec tamen hic Noctibus Atticis usus Non.* — 5 *f.* cet. solis sacrificiis. — 7 peius *add. M.* — peius a malo; *i. e.* peius quam malum. — 7. 8 deterius vero a malo; *i. e.* deterius vero peius quam malum.

deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
dede neci.

idem lib. VIII:

deterior donec paulatim ac decolor aetas.

haec enim melioribus conparata sunt.

Inter CIRCVM et GLOBVM hoc interest. circus est planities rutunda, ut circuitus; globus soliditas undiqueversum rutunda, ut est sphaera et staminum glomera. M. Tullius de deorum natura lib. II: cumque duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus (sic enim sphaeram interpretari placet), ex planis autem circus aut orbis. — Vergilius lib. V:

mediaque in valle theatri
circus erat.

et:

lucentemque globum lunae Titaniaque astra.

MANVBIAS a PRAEDA hoc distare veteres aestimaverunt, ut sit praeda corpora ipsa rerum quae capiuntur, manubiae pecuniae ex praeda vendita redactae. et sic aput plurimos. nam et M. Tullium ita sensisse voluerunt de lege agraria: praedam, manubias, sectionem, castra denique Gnaei Pompei sedente imperatore censores.

PERVICACIA et PERTINACIA hoc distant. pervicacia est interdum bonarum rerum || perseverantia, pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus:

nam pérvicacem díci me esse et víncier
perfácile patior, pértinacem níl moror.
tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,

---

12 Aen. VIII, 326 ‖ 17 II, 18, 47 ‖ 20 Aen. V, 288 ‖ 23 Aen. VI, 725 ‖ 27 M. Tull. de lege agraria ‖ 2 Accius Myrmidonibus.

---

10 obst *G;* obstet *ed. princ.* — **15** Circulum *L, Bamb.* — circulus *L; Paris. 7665; 6.* — planicies *Hqo.* — **16** rotunda H_1, *Bamb.* — solidatas *G.* — rotunda H_1; *Bamb.* — **17** sphera *H; G;* fera L_1; spera L_2; *Bamb.* — **18** prestantissimae *L;* praestantissime *H;* praestantes *cdd. Cic.* — **19** spheram *C.* — **20** circulus *L; Cic.* — **21** tyatri *L;* tyeatri *G.* — **24** luna et iniaque L_1; lunae titiniaque *G.* — **25** *cf. Gell. XIII, 25.* — Manubias; uu *ubique* L_1; *cf. Albin. de orthogr. pg. 2339.* — **26. 27** pecuniae — redactae; *cf. Gell. l. m. 29.* — et sic *e. q. s. om. Bamb.* — et sic ap. pl.; *cf. Gell. l. m. 32.* — apud L_2, *H, G.* — **28** *f.* volunt. — **29** sectionem *Gell.;* sectiles *C.* — gnei *C;* gn., g͠n., .CN. *cdd. Gell.* — **30** censores; decemviri vendent *Gell.* — **1** perseverantia *om. Bamb.* — pertinatia H_1. — **2** Myrmedonibus L_1. — **3. 4** *in cdd. post 6 positi; huc revocavit M.* — *male Bothius eosdem posuit post 8.* — **3** dici *Scal.;* dicis *C.* — vincier (*i. e.* convincier) *M;* vincere *v.* — **4** nil *G;* nihil *L, H.* — **5** anthilochae *C;* antiloce *ed. princ.*

ego pérvicaciam áio et ea me utí volo.
haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident;
tu addís quod vitiost, démis quod laudí datur.

SENSVS et SENSA hoc separantur. sensus enim sunt qui sentiunt, sensa quae sentiuntur. Cicero de oratore: et quod exprimere dicendo sensa possumus * * * nam primum manifestum est et sapere nos, cum incitatio sit vel sensus.

IVVENTVS et IVVENTA et IVVENTAS differunt hoc. iuventus, iuvenes, iuventa aetas ipsa, iuventas quod hormen vel pathos vocant Graeci. Vergilius Georg. lib. II:

et patiens operis parvoque adsueta iuventus.

Sallustius in Catilinae bello: [ibique iuventutem suam exercuit. — idem in Catilina:] scio fuisse nonnullos qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat * * * Vergilius Georg. lib. III:

interea, superat gregibus cum laeta iuventas,
solve mares.

---

10 I, 8, 32 ‖ 11 cf. comm. ‖ 15 II, 472 ‖ 17 5, 2 ‖ 18 14, 7 ‖ 20 III, 63.

---

6 aio *Ald.*; ai *C.* — ea *(monosyllab.) Fruter.*; a *C*; hac *Scal.* — 7 fortes H_1. — **10** sensaque sent. H_1. — senciuntur L_1. — **11** nam *e. q. s. incerti verba scriptoris; Ciceronis esse haud male suspicatur Rothius.* — **13. 14** iuventas *M;* iuvenilitas *C, Bamb.* — *vix enim credo Nonii errorem. eadem corruptela 123, 6; 7.* — *cf. et comm. in 494 l.* pueritas. — iuventur *L, sed* s *supra scr.* — iuvente *pr. L.* — iuventas *M;* iuvenilitas *cdd.* — Iuventus et iuventa et iuventas. *multa de his grammatici. sed recte Servius ad Aen. I, 590, ubi Iuventatem dicit deam, addit haec a poetis confundi plerumque. cf. et Isid. Diff. 310; Reifferscheidii Suet. pg. 274 sq.* — iuventatem *tamen pro* iuvenibus *poni non memini. porro* iuventa *plerumque est poetarum;* iuventas *nisi ubi deam significat semper.* — ormen (ormenu *L;* H_2; *seq.* u) *C, Bamb.* — phathos *C, non Bamb.* — ὁρμὴν vel πάϑος *Iun.* (ὅρμενον vel πάϑος *Ald.*). — **15** Greci *L, G; om. Bamb. cum sqq.* — III *C.* — **16** operum *V.* — patruoque *L;* exiguoque *plures V. cdd.; cf. Ribbeck. ad h. l.* — **17—19** *Quicheratus prius Sallustii exemplum postponit insequenti, et in hoc scribit* iuventam, *satis illud commode, cum Sallustius alibi semper* iuventutem *ponat pro* iuvenibus. — *possis et coniectare Nonii stuporem ea quae sunt* ibique iuventutem suam exercuit *accepisse de iuvenibus Catilinae sociis. sed dum reputo illud* idem in Catilina, *pro quo dicendum erat* idem eodem, *persuadetur potius animo verba* ibique iuv. s. exercuit. idem in Catilina *adiecta ab interpolatore, ita quidem ut praemitteretur* idem in Catilina, *cum memoria ei succurreret* iuventutem *apud Sallustium etiam pro* iuventa *positam legi.* — *post illud* frequentabat *haustum exempl.* iuventae; *cf. 457, 9.* — Catillinae, Catillina, Catillinae *L; id. m. 1* existimarent. — frequentabat *cdd. plerique Sall.;* frequentabant *C.* — *f.* quei — frequentabant. — **19** Verg.; *cf. comm. in 389, 1; 390, 31.* — **21** iuventus *G;* iuventa H_1; *cf. comm. in 389, 2.* — **22** a; *hoc puncto notat. et* solve *m. 2 supra scr. G.* — morales *L.*

433. 434 M.

Varro Tithono, περὶ γήρως:

quam déreliquit múlticupida iúvenitas.

MORATA et MOROSA hanc habent distantiam, quod *morata* est morigera, morosa [est] contrariis et perversis moribus. Afranius Vopisco:

tum *mé* morigeram, túm morosam praébeo,
deinde áliquid dedita ópera contróversiae
concínno, laedo intérdum contuméliis.

M. Tullius de senectute: at sunt morosi et anxii et iracundi et difficiles senes. — Plautus Aulularia:

dúm modo || moráta recte véniat, dotatást satis.

Inter VEGETVM et VIGENS hoc interest, quod vegetumst incolume; vigens forte. nam vegetum *tantum* corporis, vigens etiam animi possumus dicere; ut in multis.

PROFESTI et FASTI dies discernuntur sic. profesti sunt a festivitate vacui. Afranius Privigno:

quae fácere nos solémus festivó die,
cotídiano *tu* ópere promisce ómnia;
aequé profesto *ac fésto* concelebrás focum.

* * *

QVAERERE et REQVIRERE hoc differunt, quoniam requirere est diu quaerere. Afranius Fratriis:

---

23 Varro Tithono || 26 Afranius Vopisco || 31 18, 65 || 32 II, 2, 62 || 6 Afranius Privigno || 12 Afranius Fratriis.

---

23 Varro; *cf. 123 l.* iuvenitas. — titone *C.* — τηρωϲ *L; H.* — 24 *cf. comm. in 123, 7.* — iuvenilitas *C.* — **25. 26** Morata — morosa [est]. *ita M; cdd.:* Morata quod est morigera (morigena *Bamb.*) et morosa hanc habent distantiam, quod morosa est. *Quicheratus:* Morata, morigera et morosa (*ita iam cd. a. 1471, item princ. exc. quod in ea legitur* morigerata) hanc habent distantiam, quod morata est bene instituta; morigera morem gerens, obsequens; morosa contrariis et perversis moribus. — *sed potuit Nonio illud* moratum, *quod rectius explicant schol. in Hor. Ep. II, 3, 319, pro* morigero *dictum videri in v. Plauti.* — Afr.; *cf. 528 l.* opera. — **28** tum — tum *Both.;* dum — dum *v.* — me *add. Passerat.* — morigeram *Bent.;* morigeran (mori geran *L*) *C.* — dum non morigeram, dum *Me.* — **29** controvensiae L_1. — **30** ledo *L, G.* — **31** ac *L;* ad H_1. — **2** vegetumst *M;* vegetum sit *v.* — incolumem *pr. L.* — **3** nam; *i. e.* porro. — tantum *add. M.* — **5** fasti *M;* festi *v.* — **7** quae n. s. fac. fest. d. *Scal. ad Festi l.* profesti dies; quae (que *G*) festi (festis H_1; festivo *Iun.*) facere nos solemus die *C.* — *f.* quae festi facere nos solemus de die; *sicut Horatius dixit* festum pagum. — **8** cottidiano *L.* — tu *add. Hermannus; quod fortasse latet in illo* promiscit. — promisce *Ribbeckius* (promiscue *ed. princ., quae om.* omnia); promiscit (primoscit H_1) *C.* — omnino H_1. — *f.* cotidiano *(adverb.)* pol tu promisce omnia. — *supplendum* facis. — **9** ac festo *add. Hermannus.* — concelebras *f. particip.* — *post v. 9 excidit significatio eius quod est* Fasti *cum exemplo.* — *cf. Paul. pg. 93; Ovid. Fast. I, 47 sq.* — **11** differunt *ed. princ.;* differt *C, Bamb.* — quoniam; *puto* quod. — **12** diu *om.* L_1. — fratris *C.*

proin tú, cum quaeram, né requiram té vide.

SPECVLA et SPECVLVM sicut genere, ita significantia differunt. nam specula dispicientis aream significat. Vergilius lib. X:

utque leo, specula cum vidit ab alta
stare procul campis meditantem in proelia taurum.

speculum, quo imago redditur. M. Tullius in Clodium et Curionem: sed, credo, postquam tibi speculum adlatum est, longe te a pulcris abesse sensisti. — Varro Eumenidibus:

sed nós simul adque in súmmam speculam vénimus,
vidémus populum Fúriis instinctúm tribus.

CONFITERI et PROFITERI hoc distant, quod profiteri voluntatis est, confiteri necessitatis et coactus. quod ita positum saepius legimus. Cicero pro Manilio: hic ego non solum confiteor, verum etiam profiteor. — honestius profiteri quam confiteri.

VLCVS et VVLNVS hoc distant, quod ulcus || tecta et clausa est malignitas. Vergilius Georg. lib. III:

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os. alitur vitium vivitque tegendo;

vulnus hians et patens. Vergilius lib. VIIII:

produxi pressive oculos aut vulnera lavi,
veste tegens.

---

15 Aen. X, 454 || 18 M. Tull. in Clodium et Curionem || 20 Varro Eumenidibus || 25 Cicero pro Manilio; cf. comm. || 2 III, 453 || 5 Aen. IX, 487.

---

13 cum *cd. N. Fabri;* tum *C.* — 14 sicuti *ed. Bas.; Hqos; non Bamb.; P.* — 15 dispicientis aream *M;* dispicientiam *L;* despicientiam *H, G, Bamb.* — *non scripserim* despicientis aream. — Verg.; *cf. comm. in 20—22.* — 16 utquae *L, G, pr. H.* — vidit balta *L.* — 17 in *punctis add. del.* H_2; *om. G cum quibusdam Verg. libris.* — 18 M. Tullius; *cf. 339, 23 sqq. ibique comm.* — et et, *sed prius m. 2 del., H.* — 19 speculum tibi *Ambrosian. Cic.* — 20 pulchris *H, G.* — 20—22 Varro *e. q. s.* — *haec olim fuere post Vergilii exemplum vel ante.* — Varro; *cf. 295 l.* exterritum. — 21 simul *Bent.;* simus H_1; simis *L,* H_2, *G.* — atque L_2, *H;* at *Gs.* — *displicet ap. Varr. anapaestus, cuius thesis disyllabo constet, in pede altero. f. olim fuit:* sed simul ac nos. — venimus *Guietus; Meinekius;* pervenimus *v.* — 22 futuriis *L.* — incinctum *cdd. h. l.* — 23 distant *ed. princ.;* distat *C, Bamb.* — 23. 24 *vid. olim fuisse:* quod confiteri necessitatis et coactus est, profiteri voluntatis. — profiteri; confiteri *L.* — voluntates L_1. — confiteri; profiteri L_2. — necessitates L_1. — coactus; *aliter tantum ablativus vid. inveniri.* — 25 pro malio *ed. princ.;* pro M. Tullio *Cuiacius; cf. Halmii et Baiteri ed. IV, 931; Q. Ciceronis Rel. ed. Buecheler. pg. 59.* — *vitium latere haud improbabile.* — hoc ego *Clericus.* — 26 honestius *e. q. sq.; cf. 439, 20 sq.* — *f.* unde honestius. — hon. vel prof. *G; post* honestius est *add.* H_2; *sed idem erasum.* — 2 malignitas; *i. e.* vitium; *cf. 46, 19:* a feritate morbi vel mali. — Verg.; *cf. 459 l.* os. — 5 Vergilius; *cf. 372, 34; 364, 29.*

QVARTVM et QVARTO prudentes differre dixerunt. Varro Disciplinarum quinto: aliud est quarto praetorem fieri et aliud quartum: quarto locum significat et tres ante factos; quartum tempus significat et ter ante factum. Ennius recte:

Quintu' pater quartum fit consul.

TVRPE et FOEDVM quam habeant distantiam manifestum est. nam turpe levior res est, foedum vim habet maiorem. M. Tullius de officiis: luxoria vero cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est.

FORMAE et FIGVRAE quae sit differitas, M. Tullius manifestator est. nam formam integritatem speciei voluit esse, figuram formam nostram† de officiis lib. I: principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu.

DIGNITATEM et VENVSTATEM discerni voluit M. Tullius, ut dignitas viris, venustas feminis sit adtribuenda, de officiis lib. I: venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem.

MONSTRA et PRODIGIA et PORTENTA hoc distant, quod sunt monstra ostenta et monita deorum. Vergilius lib. III:

delectos populi ad proceres primumque parentem ||
monstra deum refero.

prodigia deorum minae vel irae. Vergilius Aen. lib. III:

---

8 Varro Disciplinarum V || 11 Ennius || 15 I, 34, 123 || 19 I, 35, 126 || 24 I, 36, 130 || 27 Aen. III, 58 || 2 III, 365.

---

8 *om. hoc et seq. l. Bamb.* — Quartum et quarto. *cf. Gell. X, 1, 6; quo loco usum esse Non. recte notat Me.* — prudentis L_1. — dixerunt differre *pr. H.* — Varro; variae L_1. — 9 quinto; V *H.* — aliud est quarto et aliud quartum praetorem fieri H_1; *id. m. 2 cum G; L:* aliud est quarto praetorem fieri aliud quartum (aliud quartum *om. L*). — **10** quarto; quartum H_1; et quartum H_2, *G;* et quarto *L;* quod quarto *cdd. Gell.* — et tres H_2; *G;* tres *L*, H_1. — locum ads. *(ita et 11)* ac tres *cdd. Gell.* — quartum *Gell.;* quarto *C.* — **11** et *om. L;* H_1. — igitur Ennius recte quod scripsit *Varro.* — **12** Quintum *L;* H_1; Quintus H_2; *G; cdd. Gell.* — **13. 14** fedum H_2. — habeat *L;* H_1. — distantiam — habet *om. L.* — fedum H_2. — *supra* maiorem *circiter decem litterae rasae in L.* — M. Tullius *om. L.* — **15** luxuria *H, G.* — tum *Cic.;* tunc *C.* — **16** fedissima H_2. — **18. 19** *puto* fig. minus a forma [nostra]. — **20** nostra *L;* H_1. — **21** reliquam quae figura *L.* — *post* esset *versus vacat in L.* — **22** promptu *H; G.* — **23** ut *del. G; om. ed. princ.* — **24** feminis it L_1. — de officiis *e. q. s. om. Bamb., ut supra v. 19.* — **25** dicere H_2; *ed. princ.* — **26** Monstra et prodigia et (prodigiae L_1) portenta. *cf. 429 l.* monstra *ibique comm.* — *om. h. l. Bamb.* — sint *H.* — **27** Verg.; *cf. 350 l.* monstrum. — **28** del. pop. ad proc. *e Verg. add. Quicheratus.* — **1** monstrat *L.* — **2** Verg.; *cf. 429 l. m.*

436 M.

sola novum dictuque nefas harpyia Celaeno
prodigium canit.

et lib. VI:

prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

portenta ostenta quae aliquid imminere significant. Lucilius lib. XXVI:

nísi portenta anguísque volucres ác pinnatos scríbitis.

CELARE et CAELARE hanc habent diversitatem, quod est celare tegere, abscondere. Terentius in Andria:

bene díssimulatum amórem et celatum índicans.

Vergilius lib. VI:

secreti celant calles.

caelare insculpere. Vergilius Aen. lib. I:

caelataque in auro
fortia facta patrum.

Varro Agathone:

numnám celatus ín manu dextrá scyphus,
caeló dolitus, ártem ostentat Méntoris?

IGNOSCERE et CONCEDERE quemadmodum inter se distent, aperit M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: quom mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo; nam et praeteritis ignoscis et concedis futura.

CONTEMNERE et DESPICERE eo distant, quod est despicere gravius quam contemnere. M. Tullius in Verrem, actione II: *quemadmodum tenuissimum* quemque contemserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit. — idem ad Caesarem lib. III: amici non-

---

5 Aen. VI, 379 ‖ 7 Lucilius l. XXVI ‖ 11 I, 1, 105 ‖ 13 Aen. VI, 443 ‖ 15 I, 640 ‖ 18 Varro Agathone ‖ 22 M. Tull. ad Caes. iun. I ‖ 26 II, 1, 47, 123 ‖ 28 M. Tull. ad Caes. III.

---

3 harpia, *tum* harpya H_1; hyrpy *L.* — caeleno *L;* celeno *G.* — **5** *cf. comm. in 243, 35.* — **7** Lucil.; *cf. 191 l.* angues. — **9** volucris *melius cdd. 191.* — **10** Caelare et caelatum *Bamb.* — et celare H_1. — hanc hanc, *sed prius m. 2 del., H.* — celare *Ald.; Hos*$_2$*; P;* celere *Hos*$_1$; celeri L_1; celari L_2*; G; Bamb.* — **12** caelatum *pr. L.* — indicat *melius Ter. cdd.* — **14** secretae c. valles *Schrader.* — **15** celare *Bamb.* — *f.* sculpere- — **18** *cf. 99 l.* dolitum. — Agatone *C.* — **19** caelatus *hic C; pg. 99 L, H; et ita haud dubie Non.* — scyfus *C.* — **21** distant H_2*; G.* — **22** II *Bamb.* — quom *Halmius;* quo (*seq.* m) *C, Bamb.;* quod *ed. a. 1476; v.* — filippo L_1*; Bamb.* — **23** vocationem *Bamb.* — das, bis; dabis *H, G.* — gaudio H_2*; G; sed in H restitut.* gaudeo. — **25** Contempnere *P.* — et desp.; *in L et h. l. et ubique pr. 27 ex* i *factum* e, *sed id rursus mutatum.* — **26** M. Tullius; *cf. 288, 12.* — secunda (II) *cdd. 288;* III *h. l.* — **27** q. (*add.* ste *Vatic. Cic.;* is *alii;* iste *Prisc. 1154*) ten. *leg. 288.* — contempserit *H, G.* — disp. *L ex corr.* — **28** *puto* ad C. iuniorem; *cf. Index.* — nunquam *ed. Bas.*

nulli *a* te contemni ac despici et pro nihilo haberi senatum volunt. — et de senectute: contemni se putant, despici, inludi.

CVPIDITAS et CVPIDO diversa sunt. nam cupiditas levior est. Lucilius lib. XXVIIII:

cúpiditas ex hómine cupido et stúlto numquam tóllitur;

quod cupiditas pars quaedam sit temperatior, || defluens ex cupidine.

AEMVLATIO ab IMITATIONE hoc distat, quod imitatio simplex est et livorem adque invidiam non admittit; aemulatio autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitiae operatione. Vergilius lib. VI:

aemulus exceptum Triton, si credere dignumst,
inter saxa virum spumosa inmerserat unda.

M. Tullius in Caesarianis: quasi quodam aemulo adque imitatore studiorum et laborum meorum et comite abstracto.

PROBATVM et SPECTATVM *hoc differunt, quod spectatum* vis maioris est. Lucilius lib. XXVI:

tuám probatam mi ét spectatam máxume aduliscéntiam.

---

30 18, 65 || 32 Lucilius l. XXIX || 6 Aen. VI, 173 || 9 M. Tullius in Caesarianis (pro Marcello 1, 2) || 12 Lucilius l. XXVI.

---

29 a *Lips. add.* — te — a senatu velint *Patricius.* — contempni H_1. — *ita et v. sq.* — 32 es L_1; *f.* res est. — XVIIII *L; Hqo; G; P_2;* XXVIIII *Hs; pr. P; nos in ed. Luc.;* XXVIII *ed. princ.* — 33 et *Duebnerus;* ex *v.* — *Nonii auctorem apparet deceptum lectione falsa a Lucilio putasse dictum:* cupiditas ex quovis homine, at cupido ex stulto numquam tollitur. *nam qua metrorum scenicorum peritia sit Numida notum. olim nos (de re m. 72):* quovis cupiditas | ex homine aliquando, cupido ex stulto numquam tollitur. — *sed ea violentior fuit cura.* — *cet. cf. comm. in Luc. XXIX, 52.* — 1 temperatior *H_1; v.;* temperatio *L; H_2; G.* — 4 livorem; leviorem *L (pr.* e *del., sed statim restitut.); Ho_1;* levior *Hs_1; P; Bamb.* — atque *L_2, H, G, Bamb.* — 5 Verg.; *cf. 238 l.* aemulus est invidus. — 7 cedere H_1. — 9 M. *om.* L_1. — M. Tullius; *cf. 239 l.* aemulus — sectator; *ubi est:* M. Tullius pro Marco Marcello. — in Caesarianis. *non puto hoc mutandum. nam ita Servius ad Aen. V, 187:* ut 'illo aemulo atque imitatore studiorum meorum' Cicero in Caesarianis. — Caesariana I *Lips.; melius erat* Caesarian. *(i. e.* Caesarianarum) I. — in Caesarianis. *hoc nomine orationes pro Marcello, Ligario, Deiotaro intelleguntur.* — 9. 10 atque *L_2; H; G.* — imitatoriae *L; H_1;* imitatori *G.* — distracto *cdd. Cic.* — *Ciceronis haec fere:* illo aemulo atque imitatore studiorum ac (et) laborum meorum *(hactenus pg. 239; ubi est:* studiorum meorum ac laborum; *cf. et Serv.)* quasi quodam socio a me et comite distracto. — *neque ausim discernere Noniine h. l. an librariorum culpa sit turbatum.* — 11 *lacunam indicavit Me;* hoc differunt quod spectatum *add. Quicheratus;* eo distant quod spectatum *alii.* — *nota genetivum* vis. — 13 mihi *cdd.* — maxume; ume *in ras. H m. 1 vel 2;* maximae *Bamb.* — adulescentiam *L_2, H, G;* adulescentiae *Bamb.*

BELLVM et PROELIVM hoc differunt, quod proelia partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. Lucilius lib. XXVI:

ắt Romanus pópulus victus veí, superatus proéliis
saépest multis, béllo vero númquam, [in] quo sunt ómnia.

Vergilius lib. XI:

infantem fugiens media inter proelia belli.

Inter CAVERE et VITARE Lucilius esse distantiam voluit lib. XXVI et esse plus vitare:

quíd cavendum tíbi censerem, quíd vitandum máxume.

Inter VETVSTISCERE et VETERASCERE quid intersit, Nigidius Commentariorum grammaticorum lib. X deplanavit: 'dicemus quae vetustate deteriora fiunt, vetustiscere; veterascere, quae meliora.' — M. *Tullius* ad Hirtium lib. VII: cum enim nobilitas nihil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascente videat [ad] gloria, generis antiquitatem desideret? ||

NOCENS a NEFARIO et INPIO distare, uti nocens levius videri possit, M. Tullius voluit de officiis lib. II: nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo *ne* nefarium inpiumque, defendere.

INNVERE et ADNVERE hoc distant, quod est innuere facie significare. Terentius Adelphis:

---

15 Lucilius l. XXVI || 18 XI, 541 || 20 Lucilius l. XXVI || 23 Nigidius Comment. gramm. X || 26 M. Tull. ad Hirtium VII || 2 II, 14, 51 || 6 II, 1, 17.

---

14 praelia *H, non Bamb.* — 15 Luc.; *cf. 420 l.* vis. — 16 at *M;* ut *cdd. h. l.; om. id. 420.* — vei *M;* vi et *libri hic;* vel *420.* — 17 bello vero numquam; *cf. comm. in Luc. XXVI, 45.* — in *secl. M* (*seq. mox* infantem). — 19 mediamter *L;* media ter H_1. — b.; sustulit *add. Verg.* — 22 censerem *Quicheratus;* censere *C, Bamb.* (cense, *supra scr.* re, *G*); censeres *Me.* — vitand. tibi m. *Lugd.* — maxime *Bamb.* — 23 *om. h. l. Bamb.* — Inter *add. M.* — veterascere H_1*; ed. princ.* (*quae om.* et); vetustascere *L,* H_2*, G.* — 24 Commentariorum grammaticorum *Quicheratus;* conmentator grammaticus *C.* — dicemus; dicimus *Quicheratus;* deplanavit dicens *Rothius. sed potuit futurum poni a Nigidio, quod differentiam, quam posuit, non ab usu communi, verum a propria doctrina repeteret.* — 25 veterascere *ed. princ.;* inveterascere *H, G;* inveterescere *L.* — quam *L.* — 26 M. Tu. *ed. princ.;* M. *C.* — Hircium H_1. — lib. VII *om. L; Ald.;* li. VIII *ed. princ.* — 27. 28 qui sine eo L_1. — quem veterascente videat gloria *M;* quem veterascentem videat ad (*praec.* at) gloriam *C;* quem inveterascentem — ad gloriam *Georgius in lexico s. v.* veterasco; *C. F. G. Muellerus.* — 1 uti; ut his *L, Bamb.* — 2 potest *Bamb., qui rell. om.* — M. Tullius; *cf. 379 l.* religio, metus *ibique comm.* — 3 item esse *L, H;* item est *cdd. et 379.* — religione *cdd. h. l.* — 4 ne *om. cdd. h. l.; item pars librorum 379.* — defenderes *cdd. hic.* — 6 Terentius — 9 *om. Bamb.* — 6 adelfis *C.*

438 M.

ne móra sit, si innuerím, quin pugnus cóntinuo in malá haéreat

et:

non ínnueram: verum ín istam partem pótius peccató tamen.

a d n u e r e concedere. Vergilius lib. XII:

adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.

M. Tullius in Ortensio: quod cum uterque nostrum adnuisset omnesque ad id tempus, quod erat dictum, postridie venissemus. [positum est a d n u e r e pro i n n u e r e. Plautus Asinaria:

neque ílla ulli homini nútet, nictet, ánnuat.]

FLAGRARE et *FRAGRARE* [IGNESCERE] ita discernuntur, quod *flagrare est* ignescere, incendi et ardere, f r a g r a r e vero olere. et in plurimis invenitur ista discretio.

NOXA et NOXIA hanc habent diversitatem, quod est n o x a peccatum leve. Vergilius Aen. lib. I:

unius ob noxam et furias Aiacis Oilei.

n o x i a, nocentia. [Vergilius lib. VII:

iraeque et crimina noxia cordi.]

---

8 Adelph. II, 1, 20 || 10 Aen. XII, 841 || 12 M. Tullius Hortensio || 14 IV, 1, 39 || 20 I, 41 || 22 Aen. VII, 326.

---

7. 8 ne mora sit *ex Ter. add. Quicheratus.* — si *add. Me.* — innuerim *Ter.;* adnuere (ann. L_2, *H*) *C;* innuero *Me.* — quin *Ter.;* qui in *C.* — et; et in sequentibus *add. Quicheratus.* — **9** non innuerem *G, sed in mrg. corr.* — non inn.; *ita v., durissimis numeris. latet vitium Nonii aetate prius.* — verrem H_1; *om. G.* — tamen. *seq. in cdd. vv. 16—18; sed in H m. 1 rectus ordo indicatus; quem deinceps suppleto lemmate utroque restituit Ald.* — **10** *nullum l.* L_1. — concedere; est cedere H_1. — *illud* cedere *non praeferendum.* — Verg. — nictet, annuat *om. Bamb.* — X *C; corr. Me.* — *f. olim in mrg. fuit notatum alio significatu in decimo Aeneidos (115)* adnuendi *verbum positum.* — **11** mente *L.* — laetata; leta *L;* laeta *H, G.* — **12** hortensio L_2, *H, G.* — adnuisset *M;* adnuissent *v.* — **13** ad it L_1. — postridie *M;* posteri die L_1; postero die *rell.* — **14. 15** positum est *e. q. s.* — *haec ab interpolatore addita. cf. 439 l.* nutare *ibique comm.* — nictet H_1; *cdd. 439;* nictes *rell.* — annuat *C.* — **16—18** *cf. comm. in v. 9.* — *om. h. l. Me; sed additum idem in Animadvertendis.* — **16** Flagrare et fragrare *Ald.;* Flagrare (Flaglare *L;* Fraglare H_2; *de G siletur; sed v. 18 post* discretio *repetita illa* fraglares et ignescere) et ignescere *C, Bamb.* — ita *om. Bamb.* — discernuntur *M;* discernitur *C, Bamb.* — **17** flagrare est *add. Ald., qui om.* ignescere. — fragrare *Ald.;* flagrare H_1; *ed. Bas.;* fraglare H_2; flaglare *L.* — fragrare *e. q. s. om. Bamb.* — viro L_1. — *cet. cf. Probi Appendicem (gr. lat. IV, 201).* — *notum pro* flagrare *vel* fragrare *ultimis imperii Romani temporibus ac deinceps saepissime usurpatum* fraglandi *verbum. quod tamen h. l. a Nonio positum demonstrari nequit.* — **21** aiaces olii L_1; *non Bamb.* — *puto* Oili. — **22** nocentia *substantivum generis feminini.* — *om. sqq. Bamb.* — **22. 23** Verg. *e. q. s. secl. M.* — VIII *C.* — iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi *Verg.*

M. Tullius in Ortensio: et ceteras quidem res, in quibus peccata non maxumas adferunt noxias, tamen inscii non attingunt.

PLVS a MVLTO vetustas voluit discrepare: et potest videri hanc habere [posse] distantiam, ut sit multum a plurimo minus ac non supra modum; ut [est] Vergilius Georg. lib. I:

multum adeo rastris glebas qui frangit inertis;

plus, sicut in plerisque, [quae] maioris modi [est] quam necessarium est; adque ideo M. Tullius [maius] discrevit epistola ad Catonem: nec idcirco mihi deserendam || esse dignitatem meam, quod eam multum inpugnarint; sed eo magis recolendam, quod plures desiderarint.

Inter SPERATAM et DICTAM et PACTAM et SPONSAM hoc interest, quod virgo, priusquam petatur, sperata dicitur. Plautus Amphitryone:

Ámphitryo uxorém salutat laétus speratám suam.

dehinc promissa dicta vel pacta vel sponsa dici potest. Vergilius Aen. lib. II:

cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor?

[et] idem in alio loco:

et gremiis abducere pactas.

---

24 M. Tull. Hortensio || 28 I, 94 || 31 M. Tull. epistola ad Catonem || 5 II, 2, 44 || 9 II, 678 || 11 Aen. X, 79.

---

24 hortensio *C pr.* L_1. — 25 maxumas; maximas *Me;* maxume *C.* — ferunt *Me.* — inscii non attingunt *Me;* inscii innat attingunt H_1*;* insci innat attingunt H_2*;* insciinnat attingunt *L;* inscii nn atattingunt *ed. Bas.* — *Platonis respici dictum, querentis crebro, cum ad leviora agenda non accedant nisi periti, ad rempublicam tractandam, opus difficillimum, etiam stultissimum quemque accingi putat Mercerus. — mihi videtur non de re publica, sed de philosophia agi. — saepe enim Cicero in scriptis de philosophia invehitur in eos, qui ad sapientiae studium accedant prorsus imparati.* — 26 a multa *mrg. G.* — ut potest H_1. — 27 h. distantiam posse *Bamb., Paris. 7666.* — *illud* posse *vid. delend.* — a plurimo; *i. e.* quam plurimum. — 28 supra modum. *seq. om. Bamb.* — est *secl. M* (ut est *om. ed. princ.*); Vergilius *M;* Vergt *L;* Virg. *ed. Bas.; H, ut vid.;* Virgilii *Quicheratus.* — 29 rastri *L, H.* — inhertis *L, H.* — *illud* multum *ad* frangit *traxisse vid. Non.; apud Verg. seq.:* vimineasque trahit crates, iuvat arva. — 30 quae *C;* quod *Iun.; del. Rothius.* — est *secl. M.* — 31 atque L_2, *H, G.* — maius, *quod ex* praec. Marcus *(ita L) vel* M. Tullius *ortum, secl. M.* — aepistola *L;* epistola *H, G.* — 1 deserendam *Madvigius Advers. II, 245;* desiderandam *v.* — 2 plus *L,* H_1. — 5 *post* Plautus in *hab.* H_1*; add.* L_2*; del.* H_2*; om. G, Bamb.* — 7 Amphitryo *add. Ald. ex Pl.; ubi cdd.* Amphitrio; Amphytrio. — laetus *Ald.;* letus *cdd. Pl.; Paris. 7666;* lectus *C, Bamb.; Par. 7665.* — speratam; *n. N.* — 8 promissam *G.* — 10 dicta; *n. N.* — 11 et *secl. M.* — 12 gremis *L.*

Titinius Quinto:

qui exácta aetate spónsa sit [desponsa]?

MVTVVM a FENORE hoc distat, quod mutuum sine usuris, fenus cum usuris sumitur. et est quasi accepti fetus, unde et fenus dictum est, ut graece τόκος [quasi partus mutui sumti]. Plautus Asinaria:

nám si mutuás non potero, cértumst sumam fénore.

unde honestius mutuum, quod sub amico affectu fiat meum tuum usu temporis necessarii.

SIMVLARE et DISSIMVLARE hanc habent distantiam. simulare est fingere scire quae nescias, dissimulare fingere nescire quae scias. Sallustius in Catilinae bello: cuius rei libet simulator ac dissimulator.

Inter NVTARE, ADNVERE, NICTARE veteres hoc interesse voluerunt, ut nutare capitis, adnuere [vel innuere] narium vel labrorum, nictare oculorum significantiam esse decreverint. Plautus Asinaria:

neque ílla ulli homini nútet, nictet, ádnuat.

CASTITAS et PVDICITIA paria deputantur, || cum sit pudicitia ab inluvie turpium libidinum libera; castitas et ab his continens

---

13 Titinius Quinto || 18 II, 1, 95 || 24 5, 4 || 29 IV, 1, 39.

---

13 Quinto; divortio *male Ald.* — **14** qui *utrum adverbium sit, sicut visum Bothio, an dativus definiri nequit.* — desponsa (desponsata *ed. princ.*) *ut glosema secl. Ribbeckius, coll. Varr. VI, 70.* — qui exacta aetate sponso desponsata sit *Bothius, f. recte.* — **15** Nutuum *pr. H.* — foenore *Bamb.* — fenore; *cf. 53 l.* faenus; *Gell. XVI, 12, 5 sqq.* — **16** faenus *L; H; G;* foenus *Bamb.* — fetus; faetus H_2; fenus L_2; foenus *Bamb.* — **17** faenus *L; H; G;* foenus *Bamb.* — grece *L, G, Bamb.* — τόκος *Ald.;* tocos *C, Bamb.* — quasi partus mutui sumti (sumpti *H, G;* sumpta *Bamb. sec. Beckerum*) *secl. M.* — *nam illud et supervacaneum et contrarium eis, quae de eo quod est* mutuum *profert Nonius.* — mutui sumti *genetiv.* — **18** *haec verba e. q. s. usque ad 28 illud* Plautus *omittit L; sed in mrg. m. 1 vel 2 suppleta ea quae sunt a 22* Simulare *ad 28* decreverint. *signum autem defectus appositum post v. 30.* — **19** mutuo *Gulielm.* — sumam *H;* summam *G.* — **20** affectu *Hos; ed. a. 1476;* affectus *G.* — **21** tuum H_2; *Iun.;* tum H_1; *G; ed. Iun.;* tamen, *om.* meum, *edd. usque ad Iun.* — **22** hanc *om. G.* — **24** Catilline *L, Bamb.* — cuius libet rei *quid. meliorum cdd. Sall.* — **26** nictare; nitare, *tum* nutare *L;* nicre, *supra scr.* ta *H.* — *cet. cf. Fest. 177 l.* nictare. — interesse; inter veteres *Bamb.* — **27** vel innuere (vel nuere *G*), *quod illatum ex pg. 438 l.* innuere, *secl. M.* — **28** labrorum *et Bamb.;* laborum, *tum* labiorum *L.* — nutare *L; non Bamb.* — decreverunt *pr. L.* — Plautus; *cf. 438 l.* innuere *ibique comm.* — **30** illa *Pl.;* H_1; ulla *L,* H_2, *G.* — **2** inluvie *M;* iniuria *v.* — continenso *(sic),* o *posteriore addito m. 2, L.*

ac remota et praeterea religiosa munditia et puritas. Vergilius Georg. lib. II:

casta pudicitiam servat domus.

et in Aen. lib. VI:

quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

et lib. VII:

praeterea castis adolet cum altaria tedis.

adque ideo plus est castitas a pudicitia, quod pars sit pudicitia cum aliis ceteris castitatis.

PASCERE et ALERE hoc distant auctoritate Varronis Gerontodidascalo, ut sit alere sufficiendi generis curam habere, pascere natos cibo saginare:

úbi graves pavónum alantur átque pascantúr greges.

ORA vel ORAE licet paria esse videantur tamen ut genere ita intellectibus distant. nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies *vel* rostrum significatur. Vergilius:

---

4 II, 524 ‖ 6 VI, 661 ‖ 8 Aen. VII, 71 ‖ 12 Varro Gerontodidascalo ‖ 18 Aen. I, 589.

---

3 ad remota *L.* — et praeterea *M,* pr. et *v.* — puritas; *nota verbum aetatis ultimae.* — Verg.; *cf. 267 l.* castum, sine libidinis — nota. — **6** *cf. 267 l.* castum, religiosum. — **7** quisque *L;* H_1. — manebat *cdd. Verg.* — 8 *cf. comm. in 58, 26.* — **9** tedis *C* (tedis is *pr. L*). — **10** adque L_1*;* atque *rell.* — a pudicitia; *i. e.* quam pud. — a *compunctum in G; om. Me.* — pars *Hos; Me;* par *L, G.* — pudicitia *om. L.* — **11** citeriis *L;* ceteriis *pr. H.* — castitatis *M;* castitas *v.* (quod pars sit pudicitia, cum aliis ceteris castitas *male Me*). — **12** distat *Bamb.; pr. L.* — Varronis *Ald.;* Varro (Varronis *Hs*) *C, Bamb.* — *illa* Varro Gerontodidascalo *in H deleta dicunt Riesius et Oniousius, at Siversius inducta quidem m. 2 per lineam infra positam, sed eandem erasam. in G verba eadem ab h. l. abesse refert Rothius, sublata signis additis Riesius.* — *om. illa* auct. V. G. *edd. ante Ald.* — **13. 14** alere sufficiendi generis curam habere, pascere natos cibo saginare. *n. N.* — post saginare *add.* H_2 *in mrg.; G:* Varro Gerontodidascalo; *ed. princ.:* Varro in geruntodidascalo. — *neque est improbabile expungenda ea quae sunt* Varronis Gerontodidascalo *et praeponendum versui qui sequitur* Varro Gerontodidascalo. — **15** *cf. 314, 28 sq.* — *om. h. versum Bamb.* — ubi graves pavouum alantur atque pascantur greges. *ita M; cdd. h. l.:* ubi graves pascantur pavonum (paonum *pr. L*) greges; *314, ut minora mittantur:* ubi graves pascuntur atque alantur pavonum greges. *id quod nos posuimus unice verum et Nonii verba evincunt et rationes metricae. nam omnes huius saturae versus, ad eandem qui pertinent domus divitis descriptionem, 47, 16; 19; 86, 8 constant trochaeis graecanica arte factis.* — **16** vel; et *Ald.; qui primus hoc l. addidit.* — **17** quotiens L_2, *H, G, Bamb.* — in his neutrum genus tangitur. *mire haec dicta.* — *f.* intellegitur. — *cet. cf. 459 l.* os. — **18** faciis L_1. — vel rostrum *M;* rostra *L, G, Bamb.;* rostra alter (*sc.* codex) *in mrg.* H_2*;* nostram H_1 (nostra Ho_1); nostra *inepte Ald.* — significat *L, Bamb.* — *f.* significatur ut. — Verg.; *cf. 459 l.* os.

440. 441 M.

[os umerosque deo similis;

et] lib. XII:

ora citatorum dextra detorsit equorum.

quoties femininum, cuius rei libet fines * * * et lib. I [idem]:

exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras.

Inter EXTINGVERE et [inter] OBPRIMERE interesse Cicero voluit de amicitia, ut sit maius obprimere quam extinguere: 'quamobrem primum danda opera est, nequa amicorum discidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut extinctae potius amicitiae quam obpressae videantur'; quasi quod extinguitur, possit reflammari; quod obprimitur, non queat.

MORBVM a VITIO prudentia veterum sic voluit separari, ut sit morbus cum accessu *et decessu* vique || aut temporis aut contagii; vitium perpetua et insanabilis adque inrevocabilis causa *mali.*

MEMINISSE et IN MEMORIAM REDIRE [hoc] differre Aristoteles putat: *διαφέρει τὸ μνημονεύειν τοῦ ἀναμεμνῆσθαι.* et vult meminisse omnium esse animantium, ut cibi, potionis, somni, voluptatis; in memoriam revocare quod exciderit non nisi homines posse.

---

20 XII, 373 || 22 Aen. I, 306 || 26 21, 78 || 3 Aristoteles; cf. comm.

---

19. 20 os — et *secl. M.* — **20** *cf. 459 l. m.* — **22** quotiens L_2, *H, G, Bamb.* — cuius rei libet fines. *supra pg. 439 s. l.* simulare *adlata a Non. haec:* cuius rei libet simulator ac dissimulator. — fines; *puto* finis. — *om. rell. Bamb.* — *post* fines *f. haustus Georg. II, 47 vel 171.* — *male Me:* idem libro primo. *numquam enim a Nonio in principio novi lemmatis ponitur illud* idem *pro auctoris nomine praecedentis.* — **23. 24** *cf. 294 l.* explorare, verum inquirere. — oros L_1. — **25** et [inter]; inter *om. Bamb.* — obprimere L_1, *ed. Bas.; non Bamb.; ita et v. 26.* — **27** est opera *pars cdd. Cic.* — **28** obpressae L_1; *ed. Bas.; om. hoc exempl. Bamb.* — **29** esse videantur *cdd. Cic.* — posset *L*, H_1. — obprimitur L_1; *ed. Bas.* — **31** *sex continuo lemmata servato, ut solet, ordine librorum iam ex Gellio hausit Nonius; cf. Hertzii Opusc. Gell. pg. 116.* — Morbum; *cf. Gell. IV, 2, 13.* — **1** cum accessu et decessu vique *M;* cum accessu uti- que *v.* — *cf. Gell.:* in libris veterum iurisperitorum scriptum esse morbum et vitium distare, quod vitium perpetuum, morbus cum accessu decessuque sit. — vique *non suspensum ab illo* cum. — contagiis *Bamb. sec. Fleckeisenum et Beckerum;* contagis *Paris. 7665; 6.* — **2** adque L_1; atque *rell.* — mali *add. M* (*seq.* m). — **3** *cf. Gell. VIII, 7 ibique comm. Hertzii.* — [hoc]. *aut* hoc *secludendum aut post ἀναμεμνῆσθαι lacunae signum ponendum. illud multo probabilius, cum Nonius, ut Numida semidoctus, non soleat longiores citare locos graecos.* — Aristoteles; *in libro περὶ μνήμης.* — **4** putant *pr. L.* — *αιαφερει L, H.* — *τὸ add. M.* — *τουι Bamb.* — *ἀναμεμνῆσθαι Me; αναμιμνη* (*ν* H_1) *cθε C; αναμινηcθε Bamb.* — **5** amantium *Bamb.* — cibo *pr. H.* — voluptates L_1. — **6** hominis *Bamb.*

DIE QVARTO et DIE QVARTE hoc differre prudentis volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto temporis praeteriti, die quarte futuri.

MENTIRI et MENDACIVM DICERE quemadmodum distent, Publius Nigidius, studiis bonarum artium praecellentissimus, manifestissime separavit: qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur * * * quantum in se est. vir bonus praestare debet ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat. alterum incidit in hominem, alterum non.

FESTINARE et PROPERARE veteres voluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de suis virtutibus scribsit: 'aliud est properare, aliud festinare. qui unum quidquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, *is* festinat.' — verum utrorumque verborum ratio sub hac significantia proxuma

---

11 Publius Nigidius ‖ 18 Cato Oratione de suis virtutibus.

---

8 *cf. 153 l.* proxumi die; *Gell. X, 24, 10; qui cum initio capitis dicit in illo* diequinte *vel* diequinti *vel siqua similia secundam correptam, egregie fallitur. — Gellio et usus Macrobius I, 4, 20 sqq.* — 8 quarto — quarte *M* (quarte — quarto *Me*); quarta — quarto *C, Bamb. — cf. Gell. X, 24, 1; item finem huius lemmatis.* — diequarte *copulate efferendum putat Gell. l. m.* — prudentes *pr. H; Bamb ; v.* — **10** quarte *Me;* quarta *C, Bamb.* — futuri. *hanc minime ubique servatam differentiam docet illud* die pristini. — **11** *cf. Gell. XI, 11. — ad Commentarios grammaticos Nigidii referenda quae secuntur bene statuit Rutgersius.* — **13** sipravit L_1. — qui. *praec. ap. Gell. Nigidii haec:* inter mendacium dicere et mentiri distat. *quae consulto omissa a Nonio.* — ipse non falsus; ipse non fallitur *melius cdd. Gell.* — **14** mendatium *Bamb. hic et v. 15. et talia saepius.* — fallitur; *seq. ap. Gell.:* item hoc addidit: 'qui mentitur', inquit, 'fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.' item hoc quoque super eadem re dicit. — *iam cum plane sint inepta illa:* fallitur, quantum in se est, *apparet propter similem exitum, qui est* ipse non fallit, *intercidisse in archetypo Noniano ca· quae sunt:* qui mentitur fallit, quantum in se est: at qui mendacium dicit ipse non fallit. — **15** prestare *L.* — debet ne *Bamb.; Gell.; Me;* debet et (*praec.* et) ne *C; in H* et *per compendium scriptum, cuius supra priorem partem posita* v, *sed ea erasa;* debet, ut non *edd. ante Me;* ut ne *Quicheratus.* — ne *om. Bamb.* — **16** *om. Bamb.* — incidit H_2*; Gell.;* indicet *L,* H_1*, G.* — homine *C.* — **17** *cf. Gell. XVI, 14. — plures usi loco Catonis; cf. Iordani ed. Cat. frgm. pg. 44; Hertzii comm. in Gell. XVI, 14, 2; Reifferscheid. in Sueton. pg. 285. — finem lemmatis aliunde petitum adnotat Me.* — **18** de suis virtutibus; contra Thermum. — scripsit L_2*, H, Bamb.* — nam aliut properare *schol. Bobiens. in Cic. pg. 289 ed. Orell.* — **19** quicquid H_2*, Bamb.;* quid *G; etiam in* H_2 quic *delet.; et ita male cdd. Gell.; Paul. 235.* — quodque, *m. 2* quique, *cd. Festi pg. 234;* quodque *v.* — unum quidquid; *cf. Lachm. comm. in Lucr. V, 264.* — mature H_2*; Paris. 7666;* mutare *rell. cum Paris. 7665; Bamb.* — transit H_2*, G.* — is *hab. Gell.; om. cdd. Non.; schol. Bobiens.* — **21** proxima *Bamb.*

est veritati, ut sit saepe properare animo studiose ad res aliquas contendentis; festinare corpore necessitatibus obsequentis. Vergilius lib. IIII:

> et mediis properas aquilonibus ire per altum.

idem [Aen.] lib. II:

> festinate, viri: nam quae tam sera moratur
> segnities? ||

MATRONAE et MATRIS FAMILIAS dissimilitudinem hoc modo veteres docti separant quidam, ut sit matrona quae peperit semel, mater familias quae saepius. sed haec definitio videtur absurda. ad haec fidelis locupletiorque est: matronam, quae in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam mulierem. ita enim *a* matris nomine futuri spe nuncupatam. matrem vero familias, quae in familia mancipioque sit *aut mariti aut eius* patris, etsi in mariti matrimonio esset.

AVARVM et AVIDVM ita discernuntur. avarum enim semper

---

24 Aen. IV, 310 || 26 II, 373 || 2 docti quidam; cf. comm.

---

22 veretati L_1. — saepe (sepe *Bamb.*) *delet Me.* — properare animi (animo *M*) *Me;* animi prop. *cdd.* — properare. *aliter Non. Gellio usus duce* properandi *verbum definivit pg. 51 s. l.* maturare. — 23 corporis *ed. princ.; Me.* — obsequentis *Me;* obsequendi *C, Bamb., qui seq. om.* — 26 Aen. *secl. M.* — 27 festinare *L.* — namque tam *id.* — segnitiis L_1. — 1 *cf. Gell. XVIII, 6; Reifferscheidium in Suet. pg. 280; Isid. differ. 373; Orig. IX, 7, 13.* — matresfamilias *L, Bamb.; divisis partibus L, ut vid., solus hic et v. 3.* — 2 docti; Aelius Melissus de loquendi proprietate. — 3 diffinitio *Bamb.* — obsurda *Parisini 7665; 6; Lugd.* — 4 ad *pro* at, *ut* H_2. — locupletiorque est *M;* locupletiores *C, Bamb.* — *non videtur scribendum:* fidelior. — matromonio *pr. L.* — **5. 6** sunt *Bamb.* — mulierem. ita enim a matris nomine *M; cf. infra;* meliore tamen matris *C, Bamb.* — 6 futuri *M;* futura *L*, H_1, *Bamb.;* futurae H_2, *G.* — spe; *sqq. om. Bamb.* — *post* spe *leg. in L:* m̃' t̃' nomine; *in H:* . m . t̃ . nomine; *in G:* mtull' nomine. — *apparet errorem inde ortum, quod illud* nomine *cum a loco suo esset in marginem delatum, mox ut sciretur, quo esset referendum,* matris *vocabulum, f. compendio adhibito, ut solet fieri in notis talibus, praemissum est eidem.* — *Gellii sunt haec:* dictamque ita esse a matris nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi (apiscendi); *cf. et Serv. Danielis in Aen. XI, 476; qui etiam usus Gellio.* — *non bene Mc secutus Brissonium:* meliore tamen matris futurae spe matronae nomine nuncupatam; *Cuiacius:* meliore tamen matris futura spe a matris nomine nuncupatam; *Quicheratus:* meliore tamen matris futurae spe et omine nuncupatam; *alii alia.* — 7 aut mariti aut eius *add. M.* — patris *Me;* patrisfamiliae *non bene Iun.;* patria *C.* — *haec sunt Gellii:* matrem autem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti et in sui heredis locum venisset. — etsi in mariti matrim. esset; *h. e.* etsi viveret maritus, ita tamen, ut nondum esset sui iuris, verum filius familias. — 9 Avarum; *ita et L, sed* Avar *in ras.*

in reprehensione est * * * avidum autem ab avendo, quod est cupiendo, et a dilectione etiam honeste intellegi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. ut Vergilius in Georg. lib. II:

pascuntur oves avidaeque iuvencae.

Sallustius in Bello Catilinae: laudis avidi, pecuniae liberales erant.

AVDACIA et AVDENTIA hoc differunt, quod audacia temeritatis est, audentia fortitudinis; ut Sallustius: audacia pro muro habetur [audentia]. Vergilius:

audentis fortuna iuvat;

et:

audentior ibo
in casus omnis.

et apud veteres saepe sic; quamquam et audaciam pro fortitudine positum legerimus, ut Vergilius lib. VIIII:

Irim de caelo misit Saturnia Iuno
audacem ad Turnum.

[et:

aude, hospes, contemnere opes;

quod humanitatis sit potius quam temeritatis.]

---

13 II, 375 ‖ 15 7, 6 ‖ 18 Catil. 58, 17 ‖ 19 Aen. X, 284 ‖ 21 Aen. IX, 291 ‖ 25 Aen. IX, 2 ‖ 28 Aen. VIII, 364.

---

10 in repr. est. *post haec videtur haustum:* quasi avidum aeris; *ita enim explicat Nigidius ap. Gell. X, 5, 1. — post* quod est *habent cdd.* etiam honeste (honestae *L, H*); *quae verba in v. 11 traiecit M.* — **11** a dil. *M;* a delectione *Hs; G; Bamb.;* a delectatione *L; Ho; P; Paris. 7666; Ald.* — **12** malis aliquando *supra add.* L_2. — **15** Salustius *Bamb.* — Catillinae *L.* — *puto* in Catilinae bello. — avide *Bamb.* — **17—30** *om. edd. ante Ald.* — **17. 18** audentiae *vocabulum cum sit rarissimum, apud auctorem Nonii haec fere videntur fuisse:* aliud est audacem esse, aliud audentem; audacia enim temeritatis est, audentia fortitudinis. *cf. 443, 9; ib. 24.* — Audacia et audentia; *cf. 242; 262 l.* audacia — temeritas; confidentia — temeritas, audacia. — *porro respiciendum pg. 431 l.* audacia *cum comm.* — audacia temeritatis est, aud. fort.; *ita cdd. 431; h. l.:* audentia fortitudinis (fortitudonis L_1) sit; audacia temeritatis. — *cet. cf. Cic. de off. I, 19, 63:* audaciae potius nomen habeat quam fortitudinis. — temer.; *om. relicuam l. partem Bamb.* — Sallustius Catilinae bello *pg. 431 et ita h. l. dedisse vid. Non. — cf. et 242 l.* audacia. — habetur. *secuntur in cdd. haec:* et apud veteres saepe sic. *quae post v. 23* in casus omnis *collocanda docet lemma pg. 431.* — **19** audentia *secl. M.* — Vergilius; Vergilius Aen. *melius cdd. pg. 431; ubi nescio an sit libri nota hausta.* — **24** quanquam *Hqos; L ex corr.* — **25** legeremus L_1; legimus *Ald., puto, recte.* — ut *om. Me.* — VIII *G.* — **28—30** *haec, quae plane a sententia Nonii aliena, secl. M.* — contempnere *H.* — quod *(om. cdd.)* — temeritatis *primus add. Iun.*

PROSPICERE et RESPICERE distant, ut prospicere recte dicatur advorsum videre; respicere quasi retro spicere. Varro Manio: sedens altus alieno sumptu neque post respiciens neque || ante prospiciens.

FVROREM ab INSANIA hoc distare Cicero Tusculanarum lib. III ostendit: itaque non est scribtum: si insanus, set: *si* furiosus essit. insaniam enim censuerunt constantia, id est sanitate, *vacantem* tamen posse tueri mediocritatem officiorum et vitae conmunem cultum adque usitatum; furorem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, insania non *possit.*

CONFIDENTIAE et FIDENTIAE discretionem M. Tullius pandit Tusculanarum lib. III: qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. qui autem est fidens, is profecto non extimescit. discrepat enim a timendo fidere.

INVIDIA et INVIDENTIA. Cicero Tusculanarum lib. III: posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. non dixi [in] in-

---

32 Varro Manio || 2 III, 5, 11 || 10 III, 7, 14 || 14 III, 9, 20.

---

31 *hoc et seq. l. om. Bamb.* — **31. 32** et respicere *om.* H_1. — prospicere — videre. *ita M; cdd.:* advorsum videre prospicere recte dicatur. — spicere *M;* aspicere *v.* — *cf. 52 l.* faciem. — **32** Varro; *cf. 133; 237 l.* limum; altum, ab alendo dictum. — sumtu *H sec. Riesium.* — **2** hoc *f. delend.; et omittit Ald.* — Furorem ab ins. hoc distare *(ita Ald.) Quicheratus;* Furor ab insania hoc distat (discat L_1) *C.* — **3** non esse *L,* H_1. — scribtum (scriptum *cum H* L_2); *in XII tabulis.* — *cf. ed. Schoellii pg. 130.* — sed si *Cic.;* et (*praec.* s) *cdd.* — essit; escit *Buherius;* essit *alii;* esset *C;* esse incipit *cdd. Cic. h. l.; id. de inv. II, 50, 148:* erit; *libri rhetoricorum ad Herennium I, 13, 23:* existet (existat). — *sane illud* escit *videtur verius.* — *cf. Wesenberg. comm. ad Tuscul. l. l.; Neuii gramm. lat. II, 595 sq.* — **4** insaniam enim censuerunt constantia, id est sanitate, vacantem *M;* ins. en. cens. constantiam id est sanitatem *C.* — *ap. Cic. editur:* stultitiam (stultitia *pars cdd. mel.*) en. cens. constantia (*ita Vatic.;* inconstantiam *cdd. mel.*), id est sanitate, vacantem; *ubi conferenda Wesenbergii nota.* — *sane videtur ab auctore Nonii illud* insaniam *interpolatum; quem quidem scripsisse existimo in sequentibus:* sanitate id est constantia vacantem. — **5** conmunem *L; ed. Bas.* — **6** atque L_2, *H, G.* — usetatum L_1. — furorem autem esse *cdd. Cic.* — **7** cecitatem *H.* — malus *L, pr. H, G.* — esset *G.* — **8** ins. non possit *ed. a. 1476;* ins. non *C; et ut puto ipse Non.;* non possit insania *cdd. Cic.* — **9** Confidentiae; *cf. 262, 5.* — **10** idem est fidens *cdd. Cic.* — quoniam confidens *om.* L_1. — **11** consuitudine *L.* — loquendi *Cic.;* loquendum L_1; loquentium L_2, *H, G, Bamb.* — ductur L_1. — **12** a confidendo *cdd. Cic. et Non.; puto* a fidendo. *vix enim Cicero potuit dicere illud* confidere *semper esse laudis.* — fidens *Cic.;* confidens *C, Bamb.* — his *pr. H.* — **13** confidere *cdd. Cic.;* fidere *Quicheratus;* fidens *C, Bamb.* — **14. 15** et invidentii *Bamb.* — Tusculanorum *L.* —

vidiam, quae tum est cum† invidetur; ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut ecfugiamus ambiguum nomen invidiae. — et lib. IIII: ut aegritudini invidentia. utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo cui invidetur.

AEGROTATIO et AEGRITVDO. Cicero Tusculanarum lib. III: sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet.

IRACVNDVS et IRATVS, EBRIVS et EBRIOSVS, AMATOR et AMANS et alia || quid inter se distent, Cicero discrevit Tusculanarum lib. IIII: aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxii qui anguntur aliquando * * * inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliud est amatorem esse, aliud amantem.

LAETARI et GAVDERE distant. [ut] Cicero Tusculanarum lib. IIII: atque ut confidere† decet, timere non decet * * *

PERNICITATEM et VELOCITATEM Cicero discrevit Tusculanarum

---

18 IV, 7, 16 ‖ 21 III, 10, 23 ‖ 1 IV, 12, 27 ‖ 6 IV, 31, 66 ‖ 8 V, 15, 45.

---

ap. Cic. haec: etenim si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset e. in mis., p. in invidentiam *Cic.* — posse (posset H_2) in *(om. Bamb.)* invidiam (in *m. 2 in ras. scriptum habet H; eadem additum* ui) *C, Bamb.* — non dixi invidiam *cdd. Cic.;* non dixi in *(om. Bamb.)* invidentia (invidentiam H_2) *C, Bamb.; cf. supra comm. — f. scribend.* in invidiam; *ut I, 34, 83* discessus ab omnibus is, quae sunt bona in vita; vide ne a malis dici verius possit. — **16. 17** quae tum (cum L_1) est c. inv.; etiam *pro* tum *Buherius;* item *Bentleius. ac displicet neutrum, sed ita, ut scribatur:* quae — est in eo, cui invidetur; *cf. sequens exemplum.* — invidentia; invidia *C, Bamb.* — **17** ut ecfugiamus *Rothius;* ut et fugiamus *pr. L;* et ut fugiamus (fugiam *Hs*) *L ex corr., Ho, P, G, Bamb.* — **18** egritudini *Bamb.* — **19** visitato *Bamb.* — **21** Tusculanorum *L; H.* — **22** egrotatio *L, non Bamb.* — **23** nomen habet *Cic.;* nominavet L_1; nominavit L_2; H_1; *Bamb. (hic in ras.); idem et G;* nominatur H_2. — nomen habet non seiunctum a dolore *Cic.* — **1** quid; que *Bamb.; puto* quaedam quid. — Tusculanorum *L.* — **2** estque aliud *Cic.* — **3** aliquando. *seq. ap. Cic.:* nec qui anxii semper anguntur; ut; *quae verba a librariis omissa non est improbabile.* — **4** et ebriositatem *om.* L_1; *item meliores Cic. libri.* — aliud *ap. Cic. prima manu Gudianus;* aliudque *recte rell.* — **6** distat *L, G; non Bamb.* — ut *del. M; cf. v. 7.* — Tusculanorum *L, ut et v. 8; 16.* — **7** confidere *etiam Cic. cdd.; apud quem alii* providere, *alii* cavere. — *mihi videtur scribendum:* non confidere. *cf. 443 l.* confidentiae. — non decet; *hausta haec:* sic gaudere decet, laetari non decet. *quae cur exciderint manifestum est. — ea bene add. ed. a. 1480. — contra minime subiungenda quae secuntur:* quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus. — *haec Aldus addidit, qui pergit:* ut autem innuit idem Cicero *(cf. Tusc. IV, 6, 13),* gaudium in sapiente et in rebus bonis semper est, laetitia etiam in malis et turpibus rebus esse potest. — **8** et *habet Hos; P; ed. princ.; om. L; G; Bamb.* — velocitatem *om. L; Bamb.; compungit G;*

lib. V: praestans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus; adde etiam, si lubet, pernicitatem *et velocitatem.* — et Vergilius Georg. lib. III hoc sensit:

et inter
dura iacet pernix instrato saxa cubili;

ut illud sit celeritatis, hoc patientissimae fortitudinis.

METVM, TIMOREM, FORMIDINEM, PAVOREM Cicero discrevit Tusculanarum lib. V: in quem autem metus, in eum formido, timiditas, pavor, ignavia.

INNOCENS et INNOCVVM hoc distant, quod sit innocens, non nocens; innocuum, inlaesum. Vergilius lib. X:

et sedere carinae
omnes innocuae.

LEGERE et ELIGERE non sub eadem significatione intellegi vult Varro de *re* rustica lib. I: '*et quae pars arbusti ac vineae magis* aprica, prius debet descendere *de* vite. *in* vindemia diligentis uva non solum legitur, sed etiam eligitur. *legitur* ad bibendum, eligitur ad edendum'; ut sit legitur colligitur, || ut plerumque; eligitur *legitur* melior quaeque de plurimis.

MISERARI et MISERERI veteres his sensibus esse voluerunt, ut sit miserari flere et lamentari; misereri miserationem alienis

---

11 III, 229 || 16 V, 18, 52 || 19 Aen. X, 301 || 23 I, 54, 1.

---

pro hoc prestantiam *H;* praestantiam *P.* — *in mrg. H, G:* pernicitatem velocitatem; virg. *(Aen. XI, 718)* pernicibus insignem (*legend.* ignea) plantis; *tum H:* pernix, patiens, perdurans. pernicitatem cicero discrevit et virg. — **9** prestans *L, H, Bamb.* — valitudine *Bamb.* — viris *pr. L.* — acerrimas *pr. H.* — integerrumisque *Cic.;* integrisque (integris quae *L*) *C, Bamb.* — **10** libet L_1; *Paris. 7666.* — et velocitatem *om. C, Bamb.* — *relicua cum seq. lemmate om. Bamb.* — **11** ut V. *H.* — Verg.; *cf. 368 l.* pernix, perseverans. — **12. 13** et inter *cdd. 368; hic add. Quicheratus.* — duro H_2, *G.* — pernix; *ap. Verg. var. lectio:* pernox. — *cet. cf. Serv. eiusque interpolatorem.* — **14** ill.; velocitas. — hoc; pernicitas. — *haud improbabile vv. 11—14 recordatione l. quod legitur 368 ab interpolatore additos.* — **16** metus; *scil.* cadit. — in eum; in eundem *cdd. Cic., ut in praecedentibus.* — **18** innocum *pr. L.* — distant *ed. princ.;* distat *C, Bamb.* — **19** innocum *pr. L.* — **21** innocue *Verg. libri quidam.* — *cet. cf. Serv.* — **22** *om. h. l. Bamb.* — Legere et eligere; *cf. comm. in 332, 33.* — eadem *Quicheratus;* ea *C, Bamb.* — **23** de re rustica *Ald.;* de rusticatione *C.* — et quae — magis *om. cdd.* — **24** aprica *Varro;* africa *cdd.* — de vite. in vindemia *Varro;* vitae (vite H_1) vindemia *cdd.* — diligenti *docti ap. V.* — ua, *supra* s *praec. scr.* u, *Gs.* — **25** legitur *Keilius addidit.* — *ap. Varr. illa* sed etiam eligitur. legitur *om. cdd.* — ad vivendum *C pr.* H_2. — **25. 1** eligitur ad edendum *om.* H_1*; m. 2 add.* Hos_2 (*Hs post* ut sit legitur); *pro* eligitur legitur (*pr.* elegitur *Hs*) *Hs, sed corr. in mrg.* — eleg. H_1. — **2** legitur *add. M.* — **3** veteres H_1; ceteri *L;* H_2; *G; Bamb.* — in his *Bamb.; Montepess.* — **4** miserari mis. *L.*

445 M.

casibus exhibere; et activo ad primum affectum, passivo ad secundum. Accius Eurysace:

eí mihi, ut etiam haéc erumna míhi luctum addit lúctibus!

alia persona:

quíd miserans tuam sólitatem mémoras, formidans tibi?

idem Erysace:

te cónmiserabam mági' quam miserebár mei.

et *in* multis similia, set aliquando variata generibus.

ACEROSVM et ACERATVM. utrumque nove positum, sed distanti proprietate signatum. acerosum namque panem farre minus purgato nec sordibus a candido separatis dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV:

quae gallam bibere ac rugas conducere ventri
farre aceroso, oleo decumano poena [cumano] coegit?

hunc Graeci αὐτόπυρον vocant. aceratum vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius lib. VIIII:

nam laterem qui ducit, habet nil amplius *umquam*
quam conmune lutum et paleas caenumque aceratum.

---

6 Accius Eurysace ‖ 8 Accius Eurysace ‖ 10 Accius Eurysace; sed cf. comm. ‖ 16 Lucilius l. XV ‖ 20 Lucilius l. IX.

---

5 activo. *itaque auctor Nonii putavit dicendum* miserare. — 6 Eurisacae L_2; H_2; Euresacae L_1; Eurysacae *ed. Bas.*; Eurisace H_1. — *videtur olim fuisse* Erysace. *cf. comm. in v. 9.* — 7 hec erumna *ed. princ.*; haec erumna haec *C.* — dedit *pro* addit Ho_1. — 8 *illud* alia persona *ab interpolatore additum haud immerito suspicati sunt nonnulli. — nec enim alias tali in diverbiis distinctione utitur Nonius.* — 9 *cf. 173 l.* solitatem. — miserans *M*; miserari (*seq.* i) *C*; *f.* miseras *scribendum. ita infra* formidas. — *utrumque tamen participium. — seq. in cdd.:* id me Erysacem; *quod refictum v. 10 collocavit M. — f. delend.* Erysace *et ex alia fabula petitus v. 11.* — formidas *C.* — *pg. 173:* tuam solitatem memorans, formidans tibi. — 11 conmiserabam L_1; *ed. Bas.* — miserebar *Iun.*; miserabar *C.* — 12 *haec, a plerisque Accio adscripta et in numeros redacta foedissimos, correcta et explicata Nonio reddidimus Annal. philol. a. 1868 pg. 429.* — et in multis similia, set *M* (*l. m.* et multi talia, set); et multis mei et *L*, H_1; et multis talia et H_2, *G.* — variata *M*; vexata *C.* — *dicit Nonius inveniri etiam* miserari *et* miserere. — 14 farre *H*; *supra* a *scr.* e *sed id eras.* (ferre Ho_2); farre *et P*; ferre *L*, *G*, *Bamb.* — 14. 15 purgato *H* (*post* t *supra scr. m. 2* i, *sed id eras.*); *P*; purgatio *L*, *G*, *Bamb.* — separatis *nos in ed. Lucil.*; *Quicheratus*; separato *C*, *Bamb.* — 16 Luc.; *cf. comm. in Luc. XV, 13.* — 17 bibere *Paul. pg. 96 s. l.* gallam bibere; vivere *C.* — rugis *Ald.*, *Iun.*, *libri Me.* — ventri *Paul.*; ventris *cdd.* (*seq.* f); *ac f. ipse Non.* — 18 farce *pr. G.* — oleo *Iun.*; olei *C.* — poena *M*; pane *C*; *cf. comm. in Luc.* — cumano *del. Turneb.* — 19 hunc (*scil.* panem) *mrg. Iun.*; tunc (*praec.* t) *C.* — Greci *L*; *G.* — 20 laterariis *mrg. Iun.*; lateraris *C.* — Luc.; *cf. Luc. IX, 23.* — 21 nam *huc revocavit Iun.*; *cf. comm. in v. 22.* — laterem *Iun.*; latere *C.* — nihil *C.* — 21. 22 unquam quam *Iun.*; nam quam *C.* — conmune L_1 *solus.* —

MVLTVM et SATIS eo distant, quod multum infinitum est, satis finitum: avaris illud, hoc parcis seu continentibus applicandum est. Lucilius lib. V:

nam si, quod satis est homini, id satis esse potesset,
hoc sat erat. nunc cum hoc non est, qui credimu' porro
divitias ullas animum illi explere potesse?

et lib. XVIIII:

denique uti stulto nil sit satis, omnia cum sint.

OMNE atque TOTVM volunt quidam esse || seiunctum, ut ab omni plus esse totum putent, cum indiscretis inter *se sensibus* frequenter positum legerimus utrumque et cum significantia universitatis. Lucretius lib. I * * * *idem lib. III:*

totum video per inane geri res.

Vergilius in Bucolicis:

omnia vincit amor.

[et] idem Georg. lib. III:

omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres
in furias ignemque ruunt: amor omnibus idem.

idem Aen. lib. VI:

totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi potest? Vergilius Georg. lib. III:

---

25 Lucilius l. V || 29 Lucilius l. XVIIII || 4 I; cf. comm.; III, 17 || 6 X, 69 || 8 III, 242 || 12 VI, 726 || 16 III, 377.

---

et *M;* a *C;* ac *Franckenus.* — paleas *Franckenus;* paleis *C.* — cenumque *cdd.* — aceratum *F. Dousa;* aceroso *C.* — *non bene Iun.* e paleis; *Passerat.* coenoque acerato. — **24** parcis seu cont. *H;* parcis, se cont. *L, G, Bamb.* — aplicandum *pr. L.* — **26. 27. 28** potesset *quid. ap. Dousam; id. infra* potesse (potisset — potisse *Iun.*); *h. l. L; G:* potis esse (sesse *pr. L*) potisset; H_1*:* potis esse potuisset; *id. m. 2, del. illo* potis esse: potisset; *mox* H_2*; G:* potisse; *L,* H_1*:* posse. — non est; *f.* non sit. — illi *M;* mihi (*praec.* m) *cdd.;* mi *v.* — **30** uti *Iun.;* ut *C.* — nihil *C.* — **1. 2** *cf. Suet. pg. 283 l.* omne et totum *ibique comm. Reifferscheidii.* — seseiunctum *pr. L; puto* seiuncta. — ab omni; *i. e.* quam omne. — esset *G.* — se *add. Quicheratus.* — sensibus *add. M; cf. 445 l.* miserari. — indiscretim, *om.* inter, *Mc.* — **3** legimus *Bamb.* — utrumque et *M;* et utrumque *C, Bamb.* — **4** I (III *Me*); *potuit poni a Nonio I, 388 sq. vel 1089.* — idem lib. III *add. M.* — **6** Verg.; *cf. pg. 526 sub finem.* — **8** et *secl. M; f. olim additum fuit ad v. 9:* et nos cedamus amori. — **9** omenumque, *m. 2* ominumque, *L.* — **10** equorum *L;* H_1*;* equoreum H_2. — **11** ignem quaerunt *L.* — idem *om. L.* — **14** sae *pr. L.* — **15** alucubi *pr. H.*

totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere;

ut sit totas integras, non omnes quae in mundo sunt, ulmos.

ENITI *et* INNITI et OBNITI cum ex uno sint intellectu, acceptis tamen praepositionibus fit diversum. eniti enim potest videri ad aliquam gratiam aut honorem aut utilitatem erumnose tendere sive laboriose; quamquam in aliquibus gravius audiat, ut sint enixae pariendi labore defunctae. inniti autem incumbere manifesto est. Vergilius lib. VI:

ille, vides, pura iuvenis qui innititur hasta.

obniti vero est contra adversa obluctari. Vergilius saepe, *ut:*

usque adeo obnixi non cedere;

et alibi:

obnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Terentius Andria:

pedibus mánibusque obnixe ómnia
factúrum.

INLIX et INLEX hoc discernuntur. ab iniciendo inlix; inlex a quo lex non servetur. Plautus Poenulo:

quia ílli tantae réi fuimus || ínlices.

---

25 Aen. VI, 760 || 27 Georg. IV, 84 || 29 Aen. 3, 208; cf. comm. || 31 I, 1, 134 || 35 III, 4, 35.

---

19 sit *om.* H_1. — *post* integras *L; H_1 add.* sint. — **20** Eniti et inniti et obniti. *ita M;* Niti, eniti, inniti et obniti *Quicheratus;* Niti inniti et obniti H_1*; P;* Niti et obniti *L; H_2; G; Bamb.* — sint *M;* sit *C, Bamb.* — ex uno — intellectu, *h. e.* ex eodem nitendi verbo ducta. — **21** propositionibus L_1. — eniti H_1*; Bamb.;* niti *rell.* — ad *M Ann. philol. 1867 pg. 493;* aut *C, Bamb.* — **22** onorem *L.* — **22. 23** er. tendere sive lab. *M;* erumnoso (aer. *ed. Bas.*) tendere sine labore *C;* erumnos ostendere sine labore *Bamb.* — **23** quanquam L_2, *Hqos.* — in aliquibus; *sc.* auctoribus; *cf. cap. XX finem.* — audiat *M;* audiatur (*seq.* ut) *v.* — *f.* quamquam aliquibus gravius videatur. — **24** enixe *H.* — defunctae *ed. a. 1476;* defuncti (*seq.* i) *C, Bamb.* — initia *pr. L.* — manifesto *M;* manifestum *C;* manifestatum *Bamb.* — **25** est. *om. seq. Bamb.* — Verg.; *cf. 353 l.* niti — incumbere. — **26** iuves H_1*;* iuvenes *L.* — innititur H_1*; et ita apparet scriptum a Non.;* nititur *L, H_2, G; cdd. Verg.; item Non. 353.* — **27** saepe; *sane haud rarum* obnitendi *verbum apud Verg.* — ut *add. M.* — *f. haustum:* ut Georg. lib. IIII. — **29. 30** *delet Quicheratus; f. recte.* — *neque hoc improbabile scribendum supra* ut Vergilius saepe *neque quidquam addendum tollendumque etiam v. 28.* — et alibi; *cf. 420 l.* verrere, ferire. — adnixi *cdd. Verg. Aen. III, 208; IV, 583; Non. 420.* — cerula *C.* — **32** manibus pedibusque *melius cdd. Ter.* — **34** Inlix et inlex. ll *ubique G, H; item L_2 pr. 447, 1; 3; non Bamb.* — ab iniciendo L_1*; Bamb.* — **35** *om. Plauti exempla Bamb.* — Penulo *C.* — **1** quia illi tantae rei fuimus inlices. *ita Nonii auctor videtur legisse; cdd.:* quid illi tantae rei fumus inlix (illix). — *sed recte apud Pl. docti:* qui illi malae rei tantae (malae ire it ante, marae ire it, *similia cdd.*) fuimus inlices.

447 M.

idem Persa:

iniúre, inlex, labés, popli.

[hoc est vivens sine lege, sine iure.]

ERGASTYLVM et ERGASTYLVS, ut genere, ita intellectibus differunt. nam neutro carceris locus est; masculino custos poenalis loci * * * Lucilius lib. XV:

non ergastylus unus.

et alius: indicem adposuit, quasi ergastylum, ut nemo sententiam libere possit dicere.

FREMERE et FRENDERE hoc disparantur, quod est fremere magnum sonare. Vergilius Georg. lib. II:

fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino.

frendere alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut minax sonare, *alicubi frangere*. Vergilius Aen. lib. III:

luminis ecfossi fluvidum lavit inde cruorem,
dentibus infrendens gemitu.

Pacuvius Antiopa:

frendére Nyctes. mísera quae perpéssa sum!

Plautus:

néc machaera déntes audes fréndere?

---

2 III, 3, 4 ‖ 7 Lucilius l. XV ‖ 9 orator aut historicus incertus ‖ 12 II, 160 ‖ 15 III, 663 ‖ 18 Pacuvius Antiopa ‖ 20 Plautus.

---

2 idem; *cf. pg. 10 l.* inlex et exlex. — 3 periure *ap. Pl. Ambr.* — *caesura v. post* in. — inlex. *add. in cdd. illa:* hoc est — iure; *quae post v. 3 collocata a Quicherato nos ut glosema seclusimus; cf. pg. 10.* — populi *cdd. h. l.; ut et pars eorum pg. 10.* — 5 Ergastulum H_2; Ergastilum *G, Bamb.* — et *om. G.* — ergastilus *G, Bamb., ut vid.* (ergastylus *Lugd.*). — ita *om.* L_1; *Lugd.* — 6 poenalis *ed. Bas.; Bamb.;* penalis *L; H.* — 7 *haud dubie exemplum* ergastili *neutro genere positi haustum.* — 8 ergastelus L_1; ergastilus *G.* — 9. 10 et alius. *his alterius auctoris verba induci intellexit Lipsius.* — *quae secuntur ex oratione petita ut puta Catonis vel historici veluti Sisennae.* — indicem *I. Dousa;* iudicem *C; fuit qui coniceret* vindicem. — *post illud* adposuit *add.* quasi ergastylum *M; pro quo C post id quod est* libere (liberae L_1) *habet* quasi ergastylus (ergastelus L_1; ergastilus *G*). — sentiam H_1. — ergastelus L_1; ergastilus *G.* — posset *Quicheratus.* — 11 hoc; huius H_1; hoc *et Bamb.* — disputantur *Bamb.;* distare putantur *Paris. 7665; Montepess.* — 12 conare L_1. — V *Bamb.* — 13 bienace *L.* — 15 alicubi frangere *add. M* (alias etiam frangere *Quicheratus*). — *cf. Paul. 91 l.* frendere. — *ante* Aen. in *add. H; sed id deletum.* — 16 ecforsi *L;* etforsi H_1. — fluidum *G; cf. de re m. 246.* — 19 Nyctes (*olim fuit* Noectes *vel* Nuctes) *M;* noctes *v.* — Nyctes *pro* Nycteus, *ut* Perses *pro* Perseus, Orphes *pro* Orpheus. — misera *nominativ.; non enim credo imperativum.* — quae *Bothius;* quas *C.* — perpessa sum H_2; *Ald.;* perpessarum *L*, H_2, *G.* — *f. illa* misera *e. q. s. suspensa fuere ab eis quae sequerentur.* — 21 machaera *Bothius;* macheram (maceram H_2) *C. ita, per* e, *fere cdd.* — d. aud. *M;* audes dentes *C.* —

Pacuvius Antiopa:

frugés frendeto sólido saxi róbore.

Accius Troadibus:

saxo fruges frendas.

FORA et FORI ut genere, ita [et] intellectibus discernuntur. neutro enim loca sunt quibus ius dicitur; masculino spatia in navibus; ut Vergilius lib. VI:

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
ingentem Aenean;

vel locus apertus ac patens. unde et gladiatores foros facere dicuntur cum longo circuitu sectantur.

EDVCERE et EDVCARE hanc habent distantiam. educere est extrahere; educare nutrire et provehere. Varro Cato vel de liberis educandis: educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit || paedagogus, docet magister.

ABORSVS et ABORTVS significationes varias habent. aborsus enim ille dicendus est, qui *ciectus* est in primis mensibus, cum conceptui exordium factum est; abortus, *qui* prope tempus pariendi: tunc enim moritur quod nascitur. in plurimis haec reconditis invenimus.

---

22 Pacuvius Antiopa || 24 Accius Troadibus || 28 Aen. VI, 411 || 35 Varro Cato.

---

nec, machaera, mi audes dentes fr.? *Bothius; similiter Quicheratus, uterque male; f.* nec machaera ei audes d. fr.? — 22 Anthiopa *C.* — 23 fruges *H_1; Ald.;* fruge *L, H_2, G.* — frendeto *M; cf. v. 25;* frendo *C.* — solido *M;* saxi robore *Voss.* (robore *iam Scal. Coniet. pg. 157*); solas acsic (sola sacsic *ed. Bas.*) probore (proborem *H_1;* probare, *sed* o *supra scr., G*) *C.* — probore *pro* robore; *simillimus error 131, 4; 251, 32.* — 24 actius *H_1.* — 25 *v. plenior, sed corruptus et interpolatus, legitur ap. Serv. Dan. in Aen. I, 179:* nocturnam (*f.* ne tu iam) saxo fruges franges torridas. — 26 et *om. L_1; secl. M; cf. 434; 440; 447 l.* specula; ora; ergastylum. — ita et *tamen leg. 428 s. l.* fora. — 27 in avibus *Bamb.* — 28 Verg.; *cf. 101 l.* deturbare. — 29 aliis *Bamb.* — 30 feros *L_1; H_1;* foro *Bamb.* — 31 Aeneam *ed. Bas., non Bamb.* — 32 vel locus; bello cus *L_1;* vel locuples *Bamb.* — ac; ae *L_1;* vel *Bamb.* — gladiator est *pr. L.* — *huius lemmatis compendium legitur pg. 428 s. v.* forum, *ubi vide comm.* — 35 extruhere *Bamb.;* extruere *Paris. 7665; 6; Montepess.* — nutrire *Bamb.;* enutrire (*praec.* e) *C.* — 36 obsetrix *pr. L.* — 1 pedagogus *C.* — docet *Iun.;* hoc et (hoc est *H_1*) *C;* docet magister *om. Ald.; qui primus hoc exempl. addidit.* — 2 *n. N.* — significatioñ *L_1.* — 3 eiectus *add. M.* — 4 factum *H_1; Bamb.;* factus *L; H_2; G.* — qui *add. M.* — 5 *puto* tunc enim quod nascitur moritur. — quod *H_2;* quid *L, H_1, G, Bamb.* — in *e. q. s. om. Bamb.* — reconditis; *f.* recondita; hoc reconditum *ed. princ.*

VI.

INCIPIT
DE INPROPRIIS.

EDOLARE fabrorum est [verum] verbum, cum materiarum conplanatur asperitas. usi sunt eo laudandi scribtores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarco: cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit musa, ego unum libellum non 'edolem', ut ait Ennius?

SVLCVS omne, quidquid in longitudinem aculeatum est, dici potest veterum auctoritate doctorum. Varro Bimarco:

> ét pater divúm trisulcum fúlmen igni férvido actum
> míttit in tholúm macelli.

Vergilius Aen. lib. II:

> et linguis micat ore trisulcis.

PENVLAM abusive *ad* omne quidquid tegit nobilissimi veteres transtulerunt. Varro Manio: et cum corrigia dirupta sonat aridum, relicum pedem penula scortea protegere.

---

12 Varro Bimarco ‖ 14 Ennius ‖ 16 Varro Bimarco ‖ 19 II, 475 ‖ 22 Varro Manio.

---

9 De Inpropriis; *hoc est* de eis quae aliter dicta sunt atque origine et condicione respecta dici oportebat. — Inpropris *L;* Inproprois *pr. G;* Inprobis *Bamb.* — *inde ab hoc capite exempla iam adduntur in Bamb.* — **10** est *om. G.* — verum *del. M* (*seq.* verbum). — verbuum *pr. L.* — **11** scriptores *L_2, H, Bamb.* — **12** *post illud* rerum *vid. haustum ut puta* designandas. — uimarco *C, Bamb.* — quintpor *L_1.* — **13** Clodius; dolius *Bamb.; Montepess.* — Quintipor Clodius; *cf. 117 l.* gargaridiare *ibique comm.* — comedias *H, non Bamb.* — fecerit musa *Iun.;* fecerimus *C, Bamb.* — **14** edolem; edolandi *verbum pro* componendi *haud dubie est Ennii. neque improbabile ab eodem in saturis dictum* libellum (*vel* libellos) edolare. — **15** quicquid *L_2, H, Bamb.* — longitudinem *pr. L;* longitudine *rell.* — **16** uimarco *C, Bamb.* — **17** fervido *cd. Basil.; ed. princ.;* fruido *C, Bamb.;* fervidi *Montepess.* — **17. 18** acutum *cd. Basil.; ed. a. 1471;* actutum *a. 1476.* — *v. hos cum eo, qui pg. 180 s. l.* tonescit *legitur, iungendos intellexit Roeperus.* — *idem scripsit* mittit *pro* mittat, *quod quidem quin ipse Non. posuisse videatur non intercedo.* — tolum *H_2 sec. Riesium.* — marcelli *cd. Basil.; ed. princ.* — **20** micator ettrisulcis *L_1;* micat ora ttrisulcis (*sic*) *id. m. 2;* ora *et H_1; Bamb.;* orae *H_2.* — **21** Penulam; *per* e *C, Bamb.* — ad *Ritschelius add. Parerg. pg. 453.* — quicquid *L_2; H; Bamb.* — **22** et; *puto* ut. — dirupta (dirupta *ed. princ.;* disrupta *Oehlerus*) sonat *Quicheratus;* diruptas (disruptas *G; Bamb.; ut vid.; non Lugd.;* disruptas *et L sec. Zangemeisterum; at testibus Rothio et Riesio* diruptas *idemque ipse adnotavi*) tonat *cdd.* — haridum *L, G_2, Bamb.* — **23** relicum *L;* reliquum *H, G, Lugd.* — relicum; *pro* superest. — pedem *Iun.;* pede *(om. pr. H) C, Bamb.* — protegere *Popma;* pertegere *v.*

VITREVM pertenue et perlucidum, quidquid est, auctoritate veterum dici potest. Varro Modio: quam storum, *quorum* vitreae togae ostentant tunicae clavos.

TELA etiam lapides dici posse auctoritas docuit et omnia quaequae iaciuntur. Sisenna Hist. || lib. III: manualis lapides dispertit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat.

SILENTIVM FIERI consuetudine sumptum est. de contrario Sisenna Hist. lib. IIII [oriri]: [de contrario] silentium oritur.

CAECVM non solum oculis captum, sed et insidiosum et occulte malum et tacitum vel latens quid dicendum veteres aestimaverunt. Sisenna Hist. lib. IIII: subito mare subhorrescere caecosque fluctus insolenter provolvere occepit. — Vergilius Aen. lib. VI:

caeca regens filo vestigia.

LABRA non hominum solum, sed et margines vel fines dici posse auctoritas persuadet. nam et labruscam genus esse erraticae vitis volunt, quod in saepibus et in labris agrorum et in terminis nascatur; ut Vergilius in Bucolicis:

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

---

25 Varro Modio || 1 Sisenna Hist. III || 4 Sisenna Hist. IV || 7 Sisenna Hist. IV || 8 VI, 30 || 13 V, 7.

---

24 *f.* Vitreum, quidquid (quicquid L_2, *H, Bamb.*) est pertenue et perlucidum. — 25 Varro; *cf. 536 l.* tunica. — storum (stor' L_1); *ita cdd. et 536.* istorum *Montepess. h. l.; item Pius.* — quorum *om. cdd. h. l.* — 25. 26 vitreae togae ostentant tunicae; *ita fere libri 536; hic C, Bamb.:* bitae (bitea *Bamb.*) estote ostenant (osteneant G_1 *sec. Rothium; ut testatur Riesius* ostenenant; ostenant *Gs; in H littera erasa supra* na) unice clavos *C, Bamb.* — 27. 1 dici esse posse *Bamb., Montepess.* — quaequae *Quicheratus;* quaeque *C* (queque *L*; H_1); *Bamb.; Me. — non videtur reponendum cum Aldo* quae; *cf. supra, v. 21:* ad omne quidquid; *item 15:* omne quidquid. — *cet. verborum ordo potius constituendus hic:* Tela etiam lapides dici posse et omnia quaequae iaciuntur auctoritas docuit. — 1 IIII *pr. H; f. recte; cf. vv. 4; 7.* — manuales *Bamb.; Paris. 7665; Montepess.;* manales *Paris. 7666.* — 2 agger *non bene Gothofredus.* — onis *Bamb.* — teliis *pr. L;* G_1. — 3. 4 *nullum l. L,* H_1. — de contrario Sisenna *M;* sisenna (*post* i *ras. G;* sisenon *Bamb.*) de contiario (de contrario *Bamb.; Ald.*) *C, Bamb.* — oriri *del. M.* — de contrario *secl. M. Ann. philol. a. 1867 pg. 493.* — oritur; dicitur *Bamb.* — 6 estimaverunt *L, G, Bamb.; non Hs.* — 7 Sisenna; *cf. 422 l.* horrendum *ibique comm.* — subhorrere *cdd. 422;* persubhorrescere *h. l.;* persubhorescere *Bamb.*). — 8 insolenter provolvere *M;* in se provolvere leniter *cdd. h. l.;* in se provolvere *422.* — hoccepit *L;* H_1; occepit *om. 422.* — I, *supra pos.* V, *L.* — 9 filio vestiga *Bamb.* — 11 *cf. Serv. ad Buc. 5, 7; cuius interpolator aliam nominis originem adfert.* — 12. 13 quod — nascatur *M;* quae — nascitur *C, Bamb.* — sepibus *H, non Bamb.* — terminus *pr. L.* — 13. 14 *illa* ut Verg. — racemis *vid. delenda.* — Verg.; *cf. 211 l.* labrusca.

449 M.

Sisenna Hist. lib. IIII: innoxios trementibus artubus repentes extrahis adque in labro summo fluminis caelo albente * * * Vergilius lib. VIII:

sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis.

INTERFICI et OCCIDI et inanimalia posse veteres vehementi auctoritate posuerunt. Plautus in Menaechmis:

occísast haec res.

Lucilius:

durum, molle voras fragmenta interfici' panis.

Vergilius Georg. lib. IIII:

fer stabulis inimicum ignem adque interfice messes.

Sallustius Hist. lib. II: multisque conmeatus interierant insidiis latronum. — Plautus Mercatore:

úsus, fructus, víctus, cultus iám mihi harunc aédium
ínteremtus, ínterfectust.

Lucilius:

intereunt, labuntur, eunt rursum omnia vorsum.

---

15 Sisenna Hist. IV ‖ 17 Aen. VIII, 22 ‖ 20 III, 2, 46 ‖ 22 Lucilius ‖ 24 IV, 330 ‖ 26 Sallustius Hist. II ‖ 27 V, 1, 3 ‖ 30 Lucilius.

---

15 *ex oratione haec petita recte dixit Momsenus Hist. Rom. III, 590 ed. sec.* — innoxios *Ald.; qui primus hoc exemplum addidit;* innoxos *C, Bamb.* — repentes *Quicheratus;* repente *L, H_1, Bamb.; v.;* repetente *H_2; G_2.* — *f.* repentes trahis. — *illud* repente *non potest tolerari nisi traiectis ita verbis:* innoxios repente extrahis trementibus artubus. — **16** atque *L_2, H, G, Bamb.* — extrahit sistitque *male Iun.* — in *om. G.* — summo *L_1; H_1;* sumnio *L_2; H_2; Lugd.;* sumni (ni *in ras.*) *G.* — *in H illud* summo *lineola supposita deletum, sed hanc rursus erasam et in mrg. m. 2 adscr.* sumnio *testatur Siversius.* — albente *Ald.;* alvente *C;* advente *Bamb.* — *vid. olim fuisse* albentei. *nam Quintil. VIII, 3, 35 narrat Caecilium putasse a Sisenna primum positum id quod est* albenti caelo: *ubi miror a Spaldingio scriptum* albente. *cf. Neuii gramm. lat. II, 59.* — *post illud* caelo albente *supplendum* trucidari iubes *bene monet Momsenus l. m.* — **17** VII *C, Bamb.* — **18** aquile trem. *G.* — *add. Verg.:* sole repercussum aut radiantis imagine lunae omnia pervolitat late loca. — **19** et occidi *vid. delend.* — et inanimalia; inani *Bamb.;* inanimantia *ed. princ.* — p. v. *M;* veteres posse *C, Bamb.; om.* posse v. auct. *ed. a. 1471.* — **20** Platus *Bamb.* — **23** voras *particip.* — interficis *Bent.;* interficit *cdd.* — **24** Verg.; *cf. 330 l.* interficere, perdere. — **25** fers *Bamb.* — atque *L_2, H, G, Bamb.* — **28** usus — iam *ex Pl. add. Quicheratus.* — harunc *Pl.;* harum *C, Bamb.* — hedium *L; H_1; Bamb.;* edium *H_2; G.* — **29** interemtu st, inter emtust, interemptust *fere cdd. Pl.; qui recte addunt verbum substantivum;* interitus (interius *H_2*) *C, Bamb.; et ita, ut puto, ipse Numida; cf. de re m. 348 sq.* — interfectust *Pl.;* interfectus est *C, Bamb.* — alienatust *add. Pl.* — **31** intereunt *Ald.;* intereunti *cdd.* — eunt rursum *I. Dousa;* euntur *C, Bamb.*

M. Tullius Oiconomico: nullo modo facilius arbitror ‖ posse neque herbas arescere et interfici neque terram ab sole perquoqui. — idem ad Hirtium lib. VIIII: dices: quaeso, istuc *tua* intererat? nescio; nisi tamen erat mihi iocundum; sed veritus nequei casus perimeret superioris * * *

GANNIRE cum sit proprie canum (Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit; et Lucretius lib. V:

alio pacto gannitu vocis adulant),

etiam humanam vocem nonnulli gannitum vocaverunt. Afranius Rosa:

ganníre ad aurem númquam didici.

Lucilius lib. VII:

eodem
pacto li oganni.

DOTATAM non a dote *tantum* dici, sed ab omni qualibet copia

---

1 M. Tullius Oeconomico ‖ 3 M. Tull. ad Hirtium IX ‖ 6 Varro ‖ 7 V, 1070 ‖ 9 Afranius Rosa ‖ 12 Lucilius l. VII.

---

1 oiconomico *L*, H_1, *Bamb.;* oeconomico H_2*; οεκωνομικο sec. ed. Bas. G. — cf. comm. in 196, 34.* — **2** arisceret interfici L_1. — perquoqui *et Bamb.* — **3** dem *pr. L.* — hircium H_1 *cum Bamb.* — dices: quaeso *Nobbius;* dicis quasi *C, Bamb.* — quid *ante* quaeso *add. Nobb.; et raro* quaeso *in principio collocatur.* — tua *add. M* (*praec.* istuc). — intererat *ed. princ.;* intereat *C, Bamb.* — **4** iucundum L_2*; H; G; non Bamb.* — *post* iocundum *f. quaedam hausta.* — sed veritus *mrg. Iun.;* nequei *M;* severitus nequi *C* (neq; H_1); severitudine qui *Bamb.* — casus *Iun.;* casum *C, Bamb.* — superioris *(accusat., ut vid.); quaedam hausta librariorum culpa.* — **6. 7** Gannire H_1*; Pius;* Garrire *L*, H_2, *G, Bamb.* — *puto* nam Varro. — Varro; *cf. 156; 114 l.* pipare; grunnire. — *utroque loco servata Lachmannus Opusc. pg. 68 interpositis quae leg. hic ita in versus redegit:* mugit bos *(cf. comm. in 156)*, ovis balat, equi hinniunt, gallinae | pipat pullu', gannit canis, et rudunt aselli, | grundit *e. q. s.* — *sed neque secundus versus satis est elegans et illa quae de asinis et canibus dicta praemissa potius eis quae sunt* mugit bos *Non. pg. 156 reddit probabile. — nam ex libro secundo de lingua latina haec ducta, id quod statuit A. Wilmannsius tractatus eruditissimi de Varronis libris grammaticis pg. 23, minus mihi videtur probabile.* — rudire *Bamb.* — pullo *pr. L.* — Lucr.; *cf. 17 l.* adulatio. — **8** longe alio *Lucr.; cuius totus locus conferendus.* — cannitu *L, Bamb.* — vocis H_2*;* voces *rell. cum Bamb.* — adulent *C, Bamb.;* adulat *cdd. pg. 17.* — **9** Afran.; *cf. Isidor. Differ. 86.* — **10** prosa *cdd.;* persa *ed. princ.;* Rosa *Ald.; idque verum iudico; nam idem titulus ap. Isidor. XX, 2, 24; Fest. 281 s. v.* reses *legitur.* — **11** *ap. Isid. haec sunt:* non sum tam criminosa (criminosus) quam tu vipera. gannire ad aurem numquam didici dominicam. — **14** pacto li oganni *M; cf. comm. in Luc. VII, 21;* pacto logannis L_1, *H, Bamb.;* pactolo gannis L_2, *G* (pacto oggannis *I. Dousa*). — li *pro* illi. — **15** tantum *add. M.*

Cicero de oratore lib. I auctor est: cuius artem cum indotatam esse [et incomitatam] et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti.

PVTIDVM ut naribus, ita auribus probari Cicero de oratore lib. III scribit: quoniam haec satis spero vobis quidem certe maioribus natu inhonesta et putida videri.

CINCINNOS ac FVCVM, quom sit * * * aliud coloris, etiam non talium rerum Tullio auctore dicimus, de oratore lib. III: adque eo citius in oratoris aut poetae cincinnis ac fuco offenditur.

ABDICARE non solum de patris facto potest dici, quod est *e* familia abicere, sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalanta:

mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse ábdicant.

EQVISONES non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnis quibus regimen || conceditur cuiuslibet rei dici posse veteres probaverunt. Varro Marcipore: hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam quom ducerent loro.

MERIDIEM mediam diei partem omnes putant solum esse dicendam, cum et noctis et *aetatis* eam temporis partem doctorum auctoritas dixerit. Varro Marcipore:

repénte noctis círciter merídie,
cum píctus aer férvidis late ígnibus
caelí chorean ástricen osténderet.

---

16 I, 55, 234 || 19 III, 13, 51 || 23 III, 25, 100 || 26 Pacuvius Atalanta || 2 Varro Marcipore || 7 Varro Marcipore.

---

16. 17 indotatam esse et incomptam *v. ap. Cic., ubi Erlangens. alter et editio princeps eadem quae Non., exc. quod ed. princ.* esse atque; indotatam et incomitatam et incomptam (et incomptam *om.* L_1; et comptam L_2, *Bamb.*). — *fuerat olim* et incomtam; *ex quo orta interpolatio.* — 17 videres H_2; videris *L*, H_2, *G*, *Bamb.* — 19 Putidum; *cf. 460 l.* putidum. — ut naribus, ita *M;* et sensibus et (*seq.* a) *C*, *Bamb.* — *cf. 460.* — 20 certa *Bamb.; Erlang. alter Cic.* — 21 natum *pr. L.* — inhonesta; molesta *Cic.* — 22 Cincinnos *Quicheratus ex Cicerone* (*item infra* cincinnis); Cinnos *C, Bamb.* — quom sit *M;* quod est *C, Bamb.* — *supplendum ut puta:* aliud capillorum. — aliud — aliud *pro* alterum — alterum. — coloris; *sc.* oris. — 23 discimus H_2, *G;* didicimus *Bamb.* — atque *C pr.* L_1; *Bamb.* — 24 oratoris *Cic.;* oratore *C, Bamb.* — aut in p. *cdd. Cic.* — cinnis *cdd.* — ostenditur *Bamb.* — 25 pratis *Bamb.* — e *add. M.* — 26 *f.* abigere. — Athalanta *C, Bamb.* — 1 re L_1. — 2 Varro; *cf. 105 l.* equiso. — ambiovio *pr. L.* — 3 pal. H_1; *Pius;* plustrem H_2; plaustrem *L, G, Bamb.* — *olim nos:* pro plaustro. — quom; quam *cdd. h. l.* (ꝗ *G*); qua *105.* — *quod ibi memoravi deletum a Popma illud* quam *vel* qua, *etsi potest mirum videri bis in eodem exemplo eundem librariorum inveniri errorem, tamen non displicere profiteor.* — per viam conducerent loco *hic ed. princ.* — 6 aetatis *add. M.* — eam; *f.* eandem (*seq.* tem). — 8 repetente H_2, *G.* — meridiem *ed. princ.* — 10 celi *H.* — chorean

nos in Epistulis quae inscribuntur de peregrinando a doctrinis: ecvigila igitur aliquando et moracium cogitationum, priusquam aetas in meridie est, torpedinem pelle.

RAEDAM pro curru Varro Marcipore:

díxerunt
régi Medeám per aera ín reda advectam ánguibus.

FASCEAM pro cortice. Varro Gerontodidascalo:

ín quibus Libýssa citrus fásciis cingít forem.

LIBRVM pro cortice. Vergilius Georg. lib. II:

udoque docent inolescere libro.

VISCVM positum pro rete, a tenacitate. Varro Parmenone:

---

11 Nonius in Epistulis de peregrinando a doctrinis ‖ 14 Varro Marcipore ‖ 17 Varro Gerontodidascalo ‖ 19 II, 77 ‖ 21 Varro Parmenone.

---

astricen *Rothius;* choreas astricas *Scal.* (oras astricas *Iun.*); orean astrice L_2 (*m. 1* orean *iunctum cum* caeli); *G; Bamb.;* ore (celiore) anastrice *H.* — *cf. Manil. I, 670 sq.* — ostenderet *Iun.;* ostenderent *C;* ostenderunt *Bamb.* — **11** *utinam huic exemplo pepercisset homo vanissimus! nam nec alibi inveniri videtur illud* meridies *de aetatis media parte dictum et si extaret cuiuslibet potius quam Nonii erat probandum auctoritate.* — Epistulis *ed. Bas.;* aepistulis L_1*;* epistolis *H; Bamb.;* aepistolis L_2. — de peregrinando a doctrinis (*i. e.* de contemptu doctrinarum) *M; cdd.:* a doctrinis de peregrinando. — *male Iun.:* a doctis de peregrinando. — peregrinari *pro* abesse, abstinere, *sicut saepius ap. auctores aetatis ultimae.* — a doctrinis; *i. e.* a disciplinis *vel* artibus liberalibus *sive* philosophia. — **12. 13** ecvigila *M;* evigila *Gifan.;* et vigilia *C, Bamb. — cet. cf. Sall. Catil. 52, 5:* expergiscimini aliquando et capessite rempublicam. — moratium *Bamb.; Paris. 7665; 6. quod non rettulissem, nisi memorandum existimarem quod ed. princ. habet* morantium; *quod non displicet. sane adiectiva in* -ax *finientia multum frequentata scriptoribus ultimorum temporum. — neque illud satis constat utrum* o *in* morax *longa an brevi efferendum sit priore. — quod si positum sit pro* nugax, *infra erit legendum* turpidinem. — priusquam aetas in meridie est (meridiae *pr. L;* est *Iun. in Erratis;* et *cdd.; f.* meridiest); *h. e.* priusquam ad mediam pervenisti aetatem. — *verba data ad iuventutem Romanam vel ad filium Nonii.* — torpedinem *ed. a. 1476;* torpidinem *L;* H_1*; Bamb.;* torpitudinem H_2, *G.* — *f.* turpidinem; *v. supra.* — pelle *Iun. l. m.;* pellere (*seq.* Re) L_1*;* pelleret L_2, *H, G, Bamb.* — pellet mediam *edd. veteres.* — **14** Redam *Bamb.* — Varro; *cf. comm. in 178, 29.* — **15. 16** *versus constituit M.* — dixerunt *M;* dixe (*seq.* re) *C* (*H* dixere gimedeam); dixi *Montepess.* — advectam *post illud* in reda *collocavit M; in cdd. legitur post* Medeam. — pro aera *Bamb.* — in rheda *ed. a. 1476;* in redam *C, Bamb.* — **17** Varro; *cf. 86 l.* citrus *ibique comm.* — geronthodidascalo *L;* H_1*; Bamb.* — **18** Libyssa citrus. *ita mrg. Iun.;* libis sacraturus H_1*;* libis sacratury H_2*; Bamb.;* lybissa cratury *L;* lybissa craturi *ed. Bas.; Gs (sec. Riesium G* craturii). — faciis *pr. L,* fasceis *leg. pg. 86, ubi cdd.* fasces, faces. — cingit frontem H_1*;* cingit fores *cdd. pg. 86.* — **19** *nullum l. in L.* — Verg.; *cf. 62 l.* delibratum. — **20** utoque L_1. — docendi nolescere L_1, *ut pg. 62.* — **21** Varro; *cf. 28 l.* compedes *ibique comm.*

lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedít Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cónpedam.

CALCAR, pro impetu. Varro Sesquulixe:

véntús sub occásúm
véméntiu' súffláre et cálcar ádmovéré.

EBRIOS et IEIVNOS non *solum* vinulentos aut sine cibo, sed expletos *aut destitutos* qualibet re possumus dicere. Varro Eumenidibus: et ceteri scolastici saturis auribus || scolica dape atque ebriis sophistica aperantologia [consurgia] consurgimu', set ieiunis oculis.

GIBBERVM, pro extanti et eminenti. Varro Eumenidibus: item tragici prodeunt cum capite gibero, cum antiqua lege ad frontem superficia succedant.

---

25 Varro Sesquulixe || 29 Varro Eumenidibus || 4 Varro Eumenidibus.

---

22 timentes L_1. — 23. 24 nexile, arcyas, viscum. *h. l. C:* nexile (necsile H_2, *G*) at avis cum; *Bamb.:* nexile bra viscum. — fuge *cdd. h. l.* — conpedam (compedam L_2, *H*, *Bamb.*); compedem *hab. ed. a. 1471.* — 26 *sotadeos instituit M.* — sub occasum *Lips.* (sub occasu *Iun.*); succasu *C, Bamb.* — ex occasu *Oehlerus;* ventu' saevo casu *olim nos* (suo casu *ed. a. 1471*); ventus buccas suas *Roeperus;* ventus buccas *Riesius.* — 27 vementiu' *M;* vehementius *v.* — suflare *pr. L.* — admovere; *secutum ut puta illud* fluctibus *vidit Roeperus.* — 28 Ebrios Ho_2*; Hs; mrg. G;* Ebrius *rell.* — ieiunos H_2*; Lips.;* ticinius *L;* H_1*;* ticinnius *G;* titinius *Bamb.* — solum *add. Quicheratus.* — sine cibo H_2*; Lips.;* sinocivo *C, Bamb.* — 29 aut destitutos *add. M* (aut carentes *Quicheratus*). — ree *Bamb.* — 1 ceteris *Bamb., Montepess.* — scolastici saturis *Rothius;* scolasticis (scolaticis *Montepess.*) auris *cdd.* — scholasticis fartis auribus *Iun.* — scolastica *Bamb.* — atque *Iun.;* aqua (dapea qua L_2*; H;* dapeaqua L_1) *C, Bamb.* — 2 ebrius *Bamb.* — sophistica aperantologia; sophistice aper. *Buechelerus, qui haec et similia a Varrone graece flexa, a Nonio latinis litteris contendit scripta. de qua re iudicium incertum. nam satis constat ab illo etiam* Delphice, Arcadon, lymphon, schemasin, *alia latinis litteris exarata; cf. de re m. 392.* — *illud* sophistice *f. reponendum.* — festicae (festice *Bamb.*) aperantologia *cdd.* (*praec.* s). — festiva aper. *Iun.* — consurgia *del. Iun.* — consurgimu', set ieiunis *M;* consurgimus ieiuuis *C* (*sed cf. praecedens* consurgia); consurgimumeiunis *Bamb.* (consurgimus, at *Ribbeckius*). — consurgimu'; *cf. comm. in 395, 4—6.* — 4 Cibberum *Bamb.;* Libberum *G.* — eminente H_1. — *illa* Varro Eum. *e. q. seq. usque ad* Varro Eum. *v. 8 om. Bamb.* — item; *f.* utei. *nec enim inscite putat Riesius tangi feminas, quae falsis uterentur capillis. quod si est ita, dicit Varro antiqua lege esse cautum, ut tales homines omnino ora subducerent oculis, ne ficticiis ornamentis fruerentur.* — 5 cum *om. Ald., f. recte* (*seq.* cum). — gibero H_1*; P;* gibbero *Ald.;* libero *L*, H_2, *G.* — 5. 6 ad frontem (*f.* a fronte) superficia succedant *M;* ad frontem (et fronte *ed. a. 1476*) superficias accedebant (*ita* H_1*; Ald.;* accedebat *L*, H_2, *G*) *C;* ad frontem superficies accedebat (accedat *Buechelerus*) *Guietus, Oehlerus.* — 'caput gibberum puto dictum esse caput galero tectum' *Oehlerus.* — *illud* superficia *pro* persona *positum recte statuit idem.* — superficium *etiam in*

452 M.

TORRERE non solum ignis, sed etiam frigus potest auctoritate. Varro Eumenidibus: capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat, frigore torret, venatum eiecit, ieiunio *vexat* vellicum. — cuius auctoritatis gravitatem secutus Maro a vero non aberravit Georgicon lib. I:

aut Boreae penetrabile frigus adurat.

AEDIFICANDI manifesta est significatio. ab ea tractum est ut quaequae fabricantur qualibet opera aedificari dicantur. Vergilius Aen. lib. II:

instar montis ecum divina Palladis arte
aedificant.

SQVALERE non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed et honesta re abundare et refertum esse veteres [honesta] auctoritate posuerunt; ducique hanc significantiam a squamis putant. ut enim est in corporibus, quae squalere dicuntur, sordium alta congeries, ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum inculcatumque squalere voluerunt. Vergilius lib. X:

per tunicam squalentem auro.

Accius Pelopidis:

éius serpentis squámae squalido aúro et purpura praetéxtae.

---

8 Varro Eumenidibus ‖ 10 I, 93 ‖ 15 II, 15 ‖ 24 Aen. X, 314 ‖ 26 Accius Pelopidis.

---

notis Tironianis invenitur. — dicit igitur Varro actores tragicos ita prodire in scaenam, ut nemo eos possit agnoscere. — **7. 8** *f.* potest dici. — auctoritate Varronis Eum. *Ald.* — Varro Eum. *et Bamb.* — *cet. cf. 236, 24.* — operto *L;* H_1. — **9** frigorte *Bamb.* — venatum *om. Bamb.* — eiecit; *i. e.* protrudit; eicit *L,* H_2, *G; non Bamb.* — vexat *add. M.* — vellicum *Oehlerus;* villicum *Iun.;* vellicem *C, Bamb.* — *de avaro domino vel imperioso dicta haec apparet.* — cuius *Bamb., Hqos;* quivis L_1; quius L_2; *G.* — **10** a viro L_1. — **12** adurat. *ita alii* amburere; *cf. Lachm. ad Lucr. I, 805.* — **13** ab ea *M;* ab eo *v.* — **14** quaeque *cdd.* — **15** III *C, Bamb.* — **17** equum *H;* aequm *Bamb. sec. Beckerum.* — pallidis H_1; *P.* — **18** Squalere. *cf. comm. in 404 l.* sculidum; *Gell. II, 6, 4; 19 sqq.; Hertzii Opusc. Gell. pg. 117.* — sordidium *pr. H.* — **19** consuetudiñ L_1. — sed *om. L, Bamb.* — et *habet H; sed id punctis delet.; om. rell.* — habundare *Bamb.; P.* — honesta re; *puto* honeste. — **20** honesta *del. M; cf. v. 19.* — **21. 22** *illud* quae squalere dicuntur, *quod in cdd. legitur post* congeries, *post* corporibus *collocavit M.* — *cet. cf. Gell. II, 6, 25.* — quae; que H_1; quae H_2; *id del. et supra scr.* qua. — **24** Verg.; *cf. comm. in 319, 25.* — XI *cdd.* — **25** et tunicam *L,* H_1; et tucam *Bamb.* — **26** Actius *Bamb.* — Paelopidis *C, non Bamb.* — **27** squamae *Gell.; Macr. VI, 7, 18;* squama *C, Bamb.* — squalido (squalida *P*); *ita et Gell.; Macr.;* squalidae *Vossius. quodsi recte habet illud* squalido auro, *videtur esse ablativus qualitatis.* — praetextae *Macrob.; anthologia Thuanea Gellii;*

TRANSGRESSVS a pedum gradu proprie dicitur; sed auctoritas vetustatis liberiorem loquendi usum dedit; ut Sallustius Historiarum lib. I et de his qui navigassent et de ipsis navibus, in quibus gradus non sit, eo verbo uti || voluit. de Sertorio: nactus obscuram noctem aestu secundo *furtim abiit, celeritate vitare proelium in transgressu conatus.* — ac inde quin†: transgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis. — alibi de scaphis: earum aliae paulum progressae nimio *simul et* incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. — Lucretius:

> praeterea radit vox *fauces saepe* facitque
> asperiora foras gradiens arteria clamor.

---

29 Sallustius Hist. I || 3 Sallustius Hist. I || 4 Sallustius (Hist. I) || 6 IV, 528.

---

pertexte *meliores eius libri;* textae *C, Bamb.* — *quod ad metrum, institui cum Bothio octonarium trochaicum.* — *verbo* purpura *prioris versus exitum conclusit Vossius, trochaicos ratus numeros, quorum initio desset syllaba.* — 28 Transgressus; *cf. Gell. X, 26.* — **30** II *pr. H; etiam in L ras. post* I *(interpunctionem sublatam putat Zangemeisterus).* — **30. 1** *illa* in quibus gradus non sit *in locum suum revocavit M; in cdd. leguntur post* uti voluit. — *puto* voluit, ut de S. — de Sertorio *Iun.;* desertio *C pr.* H_2*; Bamb.;* desertorio H_2. — itaque Sertorius levi praesidio relicto in Mauretania nanctus *Gell.* — natus *Bamb.;* nanctus *quid. Gellii libri.* — **2** aestus *H.* — secundo. *post hoc v. turbatum in archetypo et lacuna, qua hausta sunt complura, et corruptela sequente demonstratur.* — **2. 3** furtim — conatus est *ex Gellio add. Quicheratus.* — abiit *Lipsius;* aut *add.; at nullo pacto id quod est* furtim *cum* vitare *coniunctum ferri posse existimo.* — conatus *Lips.;* conatus est *meliores cdd.* — *f.* furto aut celeritate — conatus est. — ac inde quin (acindie *priore* i *longa Bamb.* — quin *L, H, Lugd.;* qui *Bamb. sec. Beckerum; G*); *ap. Gell. est:* ac deinde infra ita scripsit. — *et a Nonio puto datum:* ac deinde infra (*seq.* tra); *illudque* quin *ortum in verba Sall. recepto corruptelae signo* q·*cum compendio.* — omnis *H; cdd. Gell.;* omnes *L, G, Bamb.* — **4** mons Balleia *(sed variant libri) Serv. ad Aen. I, 518, qui cetera om.* — praecepturus L_2, H_2, *G;* precepturus *Bamb.; Paris. 7666;* recepturus *Paris. 7665.* — ad *Bamb. sec. Beckerum.* — lutanis L_1. — *puto* idem alibi. — alibi; in eodem libro *Gell.* — de scaphis (scafis *C, Bamb.*); sed et scaphas — progressas dicit. verba ipsa de scaphis posui *Gell.* — **5** paululum *cdd. Gell.* — progressae nimio simul et incerto onere *Gell.;* nimio progressae (progresse *Bamb., ut ante* alie) inter cum (*seq.* cum) sicco onere *cdd.* — *recte vid. habere, quae ap. Gellium tradita. hoc autem lemma in archetypo Nonii gravius fuisse affectum iam supra monui.* — incerto onere; *scaphis huc illuc iactatis discursu trepidantium militum.* — **6** Lucreti *Bamb.* — in quarto enim libro *ante Gellius; post:* versus Lucreti hi sunt. — **7** radit; pavit *C, Bamb.* — *sed* paviendi *verbum corripit primam; et in Gellii plerisque cdd. scriptum* tradit; *unde docti* radit, *ut ap. Lucr.* — vos H_2; *G.* — fauces saepe (*seq.* facitque) *om. C, Bamb.* — **8** asperiora *Gell.; Lucr.;* aspera *C, Bamb.* — artheria *C, Bamb.*

BIBERE recte dicta omnia quae haustus habent, ut animalia et terrae. [ut] Vergilius in Bucolicis:

sat prata biberunt.

verum auctoritate litterata etiam arida ac sicca et quibus haustus non sint bibere positum invenimus. Vergilius lib. XI:

hasta sub exsertam donec perlata papillam
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.

LIBIDINEM [et] adpetitum vel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit libido omne quod libuerit. Sallustius in Catilinae bello: magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis adque conviviis lubidinem habebant.

VSV, id est utendo. unde et usurpare dictum est, *hoc est usu* obtinere quid. quamquam [possit] veteres *et* usu, hoc est non utendo, perire aliquid posse *putaverunt.* Plautus Amphitryone:

Ámphitryo es profécto. cave sis né tu te usu pérduis.

FVRTVM etiam non ablata res, sed omne quidquid occulte geritur auctoritate veterum dici potest. Vergilius Georg. lib. IIII:

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

Plautus Amphitryone:

mánifestum hunc obtórto collo téneo furem flágiti.

INGREDI, non solum *intrare,* ut est manifesta eius || verbi

---

10 III, 111 || 13 XI, 803 || 18 7, 4 || 22 II, 2, 215 || 25 IV, 346 || 27 Plautus Amphitryone.

---

9 dicta *M;* dici ea *C, Bamb.* — hastus *Bamb.* — **10** ut *ex praec. vid. irrepsisse.* — **12** literata *Bamb.* — **13** sint *M;* sit *cdd.* — **14** exserata L_1; exerta *rell. cum Bamb.* — **15** hesit *L ex corr.; H;* esit *pr. L.* — alta *Bamb.* — **16** et *del. Quicheratus.* — **17** Salustius *Bamb.* — **18** Catillinae *L, Bamb.* — **19** atque L_2, *H, G, Bamb.* — convivis *Bamb.* — libidinem L_1, *Bamb.* — habent *G.* — **20. 21** hoc est usu *add. M.* — *in archetypo hic fuisse lacunam inde probabile, quod in L ab* obtinere (opt. *C pr.* L_1; *Bamb.*) *novum incipit l.* — quid. quamquam *M;* quidquam L_1; *ed. Bas.; Bamb., ut vid.;* quicquam *rell.* — possit (*seq.* posse) *del. Quicheratus, qui scribit* sed veteres. — et *add. M.* — perire *in cdd. positum ante* hoc est; *post* utendo *collocavit M.* — **22** putaverunt *add. Goetzius;* aestimaverunt *Quicheratus.* — *male Me:* unde et usurpare dictum, hoc est obtinere quicquam possessione veteri, et usu perire, hoc est non utendo. — **23** Amphitryo *ex Pl. add. Caesar pg. 40; ibi cdd.* Amphitrio, Amphytrio. — *haustum nomen titulo praecedente.* — *idem vitium pg. 439 s. l.* speratam. — es *Plaut.;* est *C, Bamb.* — tu, *om.* te, H_1 (te tu Ho_1). — ne *e. q. s.* — *n. N.* — **24** *cf. 50 l.* fures. — ablata H_2; ablatas *rell. cum Bamb.* — quicquid L_2; *H; Bamb.* — **25** veteres L_1. — Verg.; *cf. 310 l.* furtum. — **28** manufesto *Schroederus.* — obt. L_1; *Bamb.; in H* b *supra scr., sed eras.;* opt. *rell.* — furem *per convicium noto more dictum potius quam pro adultero.* — furti *Goetzius.* — flagiti; flagitii *cdd.* — **1** non; in (*praec.* i) *Bamb.* — intrare *add. Quicheratus.*

454 M.

significatio, sed et venire ac se ostendere auctoritate Plauti possumus dicere in Amphitryone:

nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?

OBSEQVIA non solum minores maioribus exhibere, sed et *maiores* minoribus per vicem veterum excellens auctoritas voluit. Plautus Asinaria:

ego sáne cupio *id* óbsequi gnató meo.

VERSVTOS non solum ad malitiam callidos, verum et recti peritos intellegi posse Plautus informat in Asinaria:

nec mági' versutu' néc quo *ab* caveas aégrius;
eidem hómini [versuto], siquid récte curatúm velis,
mandés.

DEVORARI non solum cibus gutture, sed et vox auribus potest. Plautus in Asinaria:

auscúltate adque operám date et mea dícta devoráte.

et in Aulularia:

nimiúm libenter édi sermoném tuum.

BICIPITE quod incorporatum est posse dici Varro de vita populi Romani lib. IIII aperuit: in spem adducebat non plus soluturos quam vellent; *senatui* iniquus equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem.

---

2 Plautus Amphitryone ‖ 7 I, 1, 61 ‖ 10 I, 1, 106 ‖ 15 III, 3, 59 ‖ 17 III, 6, 1 ‖ 19 Varro de vita pop. Rom. IV.

---

2. 3 *f.* auctoritate possumus dicere. Plautus in Amphitryone. — *quamquam similiter dicta atque ea, quae in cdd. hic tradita, leguntur et infra.* — 4 nilne *Quicheratus;* nihilne *C, Bamb.* — scelesta *(Alcmena) Me.* — 5 minores H_2; minorem *L;* H_1; *G; v.;* minora *Bamb.* — exibere *L.* — 6 maiores *add. M* (maiorem *Guietus*). — 7 Plaustus *Bamb.* — 8 id *add. M.* — et id ego percupio obsequi gnato meo *elegantiore oratione, numeris minus rotundis cdd. Plauti.* — 9 calidos *G.* — recti *M;* recte *v.* — 10 informat; *i. e.* docet. — 11 versutu'; versutus *cdd. Pl.;* versutum *Non.* — quo; co *(sic) G.* — ab *om. C, Bamb.* — caucas L_1. — 12 eidem *Plaut.;* idem *C;* idest *Bamb.* — homini *Pl.;* homini versuto *C, Bamb.; et f. ipse Numida.* — 14 guttur H_1. — potest *om. Bamb.* — 16 atque L_2; *H; G; Bamb.* — me *Bamb.; pr. L.* — devorante *Bamb.; pr. L.* — 19 Bicipite *M;* Bicipitem *v.* — *ita supra, 390, 17, a nobis restitutum* truce, *ubi cf. comm.* — *similiter apud antiquissimos vel recentissimos auctores in* is, e *flexa habes* immemoris, concordis, paris, exossis, indecoris, pervigilis *alia; cf. Neuii gramm. lat. II, 16 sq.; comm. in 114, 1.* — incorporatum; *ut* inanimatum; *quod et ipsum aetatis est serae. non igitur videtur scribendum* incorporeum *vel* incorporale. — 20 apparuit *pr. L.* — in spem *ed. a. 1476;* in spe *cdd.* — in spem adducebat; *sc.* aere alieno obrutos. — 21 vellem H_2, *G.* — senatui *add. Popma, Stadius.* — iniquus L_2, H_1, *Bamb.;* iniqius L_1; iniquius *rell.* — 22 uicipitem L_1. — *puto* ac bicipitei civitatei *(ablat.)* fecit disc. civ. f. — *cet. cf. Flor. 82, 3 sq. ed. Jahn.*

DEFECATA omnia pura et inturbata et sine sordibus possumus dicere, ut vinum sine fecibus. Plautus in Aulularia:

nunc défecato démum animo egrediór domo.

MALITIAM veteres, ut dolum, mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in Aulularia:

cérto edepol equidém te civem síne mala omni málitia;

adeo ut inprobo praeposuerit malum, quod levius putaretur, in eadem:

'quid factis?' — || 'néque malis neque ínprobis.'

BELVAM indifferenter posuit auctoritas veterum. Plautus Aulularia:

quó quidem agno sát scio
magi' cúriosam† númquam esse ullam béluam.

Cum sit GROCIRE corvorum, Plautus in Aulularia cantare eos dixit:

nón temerest quod córvus cantat míhi nunc ab laevá manu.

ROSTRVM hominis dici non debere consuetudo praesumpsit. *set* apud Plautum in Menaechmis positum sic:

aput ménsam plenam hominis rostrum déliges.

Novius Pedio:

nec úmquam vidi róstrum *ego in* tragoédia tantúm Titi.

Lucilius Satyrarum lib. V:

---

24 I, 2, 1 || 27 II, 2, 38 || 29 II, 2, 36 || 2 III, 6, 25 || 6 IV, 3, 1 || 10 I, 1, 13 || 12 Novius Pedio || 14 Lucilius l. V.

---

23 Defecta *Bamb.*, L_1. — omni H_1. — puta *G* (*sed in mrg.* pura). — 24 binum L_1. — 25 defecato *et Pl. cdd.* — animamo *pr. L.* — 26 mediam *Quicheratus;* medium *cdd.* — 28 acerto (*praec.* a) *cdd.;* certe *recte libri Pl.* — 29 inprobo *M;* inprobum *C, Bamb.* — praeposuerit H_2; *ed. a. 1471;* proposuerit *rell. cum Bamb.* — malum *M;* malo *v.* — ut improbum postposuerit malo *Quicheratus.* — putaretur (*scil.* malum) *M;* putatur *cdd.* — *cet. n. N.* — *nam illud* neque inprobis *apparet dictum pro* ac ne inprobis quidem. — 2. 3. 4 Belua *Bamb.* — Aulularia: quo *Me;* aulularia̅m quo L_1, *Bamb.;* aulularia in quo *rell.* — agno sat *Pl.;* agnoscat *C, Bamb.* — 5 curionem *Scal.;* curiosam *cdd. Pl. et Non.* — *cf. quae secuntur ap. Pl.; item 86 l.* curio. — nusquam *Plautus.* — 6 crocire *Bamb.* — 8 mihi cantat *ex corr. G.* — leva *cum cdd. Pl. C, Bamb.* — 9 non *om.* H_1. — consuitudo L_1. — 10 set *add. M.* — 11 apud *Bamb.* — hominis *C, Bamb.;* homini *Pl. libri, f. recte.* — *ad hiatum vitandum* plenam tu hominis *Ritschelius;* plenam homoni *Brixius.* — deliges *Pl.;* deligis *C, Bamb.* — 12 Novius *Me;* nonbis *H, G, Bamb.;* non bis *L.* — Pedio *etiam Bamb.* — 13 vidi *Ribbeckius; M;* vidit *C, Bamb.* — ego in *add. M.* — Titi; tit *Lugd.;* dici *cd. ap.* Me_1. — *de Titio tragico cf. vit. Ennii pg. 96 sq.* — rostrum — tantum *cum irrisione videtur dictum, quamquam alias magnum os decorum poetis epicis tragicisque.*

455 M.

ne designati rostrum praetori' pedesque
spectes.

idem lib. VIIII:

arripio [et] rostrum labeasque huic zopyriatim
percutio dentisque advorsos discutio omnis.

Varro Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας: itaque videas barbato rostro illum conmentari et unumquodque verbum statera auraria pendere. — idem [in] Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν:

ne rostrum ínprudentum incésseret.

FATVM, sicuti conmuniter intellegitur, significantiam decreti habet; e doctis tamen indagationibus invenimus positum esse pro voluntate.

Vergilius lib. VII:

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

nec enim Iuno aut quisquam deorum f a t u m habet, quod ipsi faciunt. et in eodem:

filius huic fato divum prolesque virilis
nulla.

---

17 Lucilius l. VIIII ‖ 20 Varro Periplu II ‖ 22 Varro Serrano ‖ 27 Aen. VII, 293 ‖ 31 Aen. VII, 50.

---

15 praetores *L; H_1; Montepess.;* pectores (*vel* peltores) *Bamb.;* praetoris H_2, *G. — f.* pedesve. — **18. 19** *cf. comm. in Luc. IX, 45.* — et *om.* H_1. — *secl. M. — cf. Luc. XXII, 6.* — labeasque *Bent.;* labe atque L_2, *H;* labe adque L_1*;* labeatque *G;* libeatque *Bamb. sec. Beckerum.* — huic zopyriatim (huic *iam Westerhovius;* zopyriatim *Vargesius*) *Rothius;* hoc zeferiat in *L; H; G ex corr.; Bamb.* (*hic* inpercutio); zeferiatq in *pr. G.* — dentisque *pr. H;* dentesque *rell. cum Bamb.* — **20** περιφινοcοφιαc *H; L_2;* περιφινοcοφαc *Bamb.;* περιφυνοcοφιαc L_1. — *cet. cf. comm. in 392 l.* spissum — tardum. — **21** inlum L_1. — conmentari L_1 *solus.* — **22** pedere *pr. L.* — ponderare *frustra Popma.* — eidem *pr. L.* — in *om. L; G; Hqo; etiam Bamb., ut vid.; non Montepess.* — **23** ne *add. M.* — *porro ante* rostrum *vid. haustum* nos. — inprudentum (*vel* inpudentum) *M;* inprotrudentum H_1*;* in protrudendum *rell. cum Bamb.* (*in archetypo erat scr.* inprodentum *supra posito* ru). — incesseret *M* (incesserent *Iun.*); cesserent *C, Bamb. — f.* ne rostra inprudentum incesserent. — *illud* protrudendum *apparet esse ineptum; nam debuit a Non. poni unde intellegèretur de hominis agi ore. — numeros iam agnovit Ritschelius.* — **24** Fatum. *cf. 303; 526 l.* fatum; dubio potius quam difficili intellectu. — Factum H_1. — **25** habit (habita) L_1. — e *(id f. delend.)* doctis tamen indagationibus *M;* e doctis tamen indagationis H_1*;* a doctis tamen indagationes *L, G, Bamb.;* a doctis tamen indagantes H_2*;* a d. t. indaganter *Ald. — cf. titulum cap. XII.* — invenimur *Bamb.* — **27** Verg.; *cf. comm. in 226, 29.* — **29** fregum L_1*;* frigum L_2*, H, Bamb.;* Frygum *ed. Bas.* — **30. 31** quod ipsi faciunt. *apparet Non. philosophiae perinde fuisse gnarum atque philologiae.* — et in eodem; *cf. 303 l. m.*

et in alio:

et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret.

RICTVM ferarum dici volunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere:

cálve, || exporge fróntem; semper hábeat facito *rísum* rictus.

item Pomponius Prostibulo:

quís hic est? quam ob rem hic próstat? rictum et lábeas cum consídero.

Lucilius Satyrarum lib. III:

malas tollimu' nos adque . . utimu' rictu.

Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*:

ante aúris nodo ex cróbuli bis párvuli
tortí demittebántur sex cincínnuli;
oculís nigelli púpuli suppaétulis,
quandam hílaritatem sígnificantes ánimitus.
* * *
rictus† parvíssimus,
ut réfrenato rísu roseo * * *

STVPRVM hoc solum dici putant, quod cum viduis conmittitur veteres *et* pro adulterio et vitio ponunt. Plautus Amphitryone:

---

34 Aen. IV, 614 || 36 Titinius || 2 Pomponius Prostibulo || 4 Lucilius l. III || 6 Varro Papia papae || 15 III, 2, 2.

---

35 heret *L, H.* — 36 Rectum L_1. — *post* ferarum *vid. haustum:* tantum. — 37 debere; *f.* decere. — 1 *cf. 221 l.* rictus *ibique comm.* — *h. l. cdd.:* cave excorde frontem labeat semper facto rictus (factor ictus *L*). — 2 item *f. delend.* (*praec.* rictus). — 3 hic *secundum supra add. L.* — rectum L_1. — *illa* rictum — considero, *ad sequentia, quae Nonii culpa omissa, olim pertinuere.* — 5 atque *C pr.* L_1; *Bamb.* — *lacuna duorum semipedum minus bene post illud* utimu' *ponetur.* — utimu' *M* (*seq.* r.); utimus *Rutgersius;* utimur *cdd.* — 6 *περι* (*πεερι L; H sec. Riesium*) *ενκωμιων cdd.* — 7—13 *metrum agnovit Scal.; cf. Catal. pg. 252.* — 7. 8 nodo *Scal.;* modo *C, Bamb.* — crobyli *Gifanius;* bis (bis sex) *M;* subolibus *cdd.* — torti *M;* intorti *cdd.* (*praec.* i). — intorti demittebantur *Lips.* (dimittebantur *cdd.*). — intorti demittuntur *Scal.* — sex cincinnuli *Scal.;* sed cincinni *C, Bamb.* — 9 nigelli (*ita Riesius*) pupuli (*sic Ribbeckius;* populi *Roeperus*) suppaetulis (suppaetulis *Iun.*) *M;* supetulis nigellis populi *C, Bamb.* — *metrum adiuvi.* — *Scaliger egregie, si omiseris numeros:* oculi subpaetuli, nigellis populis; *Ribbeckius non bene:* oculis suppaetuli nigellis pupuli. — 10 quandam *Scal.* (quantam *Riesius*); quam *cdd.* — an. *Scal.; cf. 147, 22;* animi *cdd.* — *post v. 10 posita fuisse, quae pg. 218 s. l.* palpebrae *feruntur intellexit Scal.* — 12 *elegantissime sic supplet idem:* at rictus oris candidi parvissimus. — 13 refrenato *producta prima; cf. de re m. 430 sq.* — risu roseo; *haec ut puta supplenda sic:* ut refrenato rictu roseo dentium | vix comparerent ordines nitentium (*vel* albentium). — *subiungit Scal. quae 135; 539 sub l.* mollitudinem; regilla *leguntur.* — 14 *ordinem verborum restituit M; in cdd. haec sunt:* Stuprum quod cum viduis conmittitur (comm. L_2, *H, Bamb.*) hoc solum dici putant. — cum virginibus et viduis *probabiliter Brissonius.* — 15 et *add. M.*

456 M.

stuprí, dedecoris á viro argutám meo.

Sallustius Hist. lib. III: ac statim fugitivi contra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque.

THENSAVRVM etiam copiam pessimae rei dici posse Plautus voluit in Amphitryone:

quí domi uxorém meam
ínpudicitia ínpedivit téneo thensaurúm stupri.

COMPOTEM in bonam partem solum accipi putatur, cum et in malam positum sit. Plautus Epidico:

'cédo manum.' — 'accipe érumnarum et míseriarum cómpotem.'

Naevius Danae:

eam núnc probris scis ésse inventam cónpotem?

VIVA posse dici *et* ea quae neque anima nec spiritu moveantur Vergilius auctor est Aen. lib. I:

intus aquae dulcis vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus.

INDOLEM aduliscentium tantum consuetudo dicit, quasi novae subolis [indoles autem est crementum]. veteres autem *et* senum dixerunt. Plautus in Milite:

---

17 Sallustius Hist. III ‖ 19 Plautus Amphitryone ‖ 24 IV, 1, 32 ‖ 26 Naevius Danae III ‖ 29 I, 167 ‖ 34 III, 1, 37.

---

16 *praec. ap. Pl.* ita me probri. — argutam *Pl.;* arguta (*seq.* m) *cdd.* — 17 frugitivi *Bamb.* — 18 ducis; Spartaci. — 19. 20 Thensaurum *pr. L;* Thesaurum *rell. cum Bamb.* — *ita et v. 22.* — cupiam H_1. — *f.* volunt Plautus in Amph. — 21. 22 *cf. 331 l.* inpedire, sordidare. — *praec. 331:* immo ego hunc, Thebani cives. — impud. L_2; *H;* inpuditítia *Bamb.* — imped. L_2, *H;* inpediunt *Bamb.* — 23 Compotem; *cf. 521 l.* compotem. — Competem L_1, *Bamb.* — bonam *om. Bamb.* — in malam *ed. princ.;* in mala *L*, H_1, *Bamb.;* in malo H_2, *G.* — 25 cedo H_1; caedo *rell. cum. Bamb.* — aerumnosam *sim. minus bene cdd. Pl.; cuius quidem haec sunt:* 'cedo manum.' — 'accipe! aerumnarum et miseriarum compotem mulierem retines.' — competem L_1; *Bamb.* — 26 Nevius *H, Bamb.* — Dane *cdd.* (Danae *Lugd.*). — 27 eam (*sc.* Danaen) nunc probris scis *(Acrisius compellatur)* esse inventam conpotem? *ita M* (probri *Me;* probris *Ribbeckius de trag. Lat. pg. 53*); eam nunc esse inventam propris (*ita* L_1; *Hqo;* propriis L_2, *Hs, G, Bamb.*) conpotem (comp. *Bamb.;* competem *Lugd.*) scis *cdd.* — 28 et *add. M.* — 30 dulcis; dulce L_1; dulcis *et Bamb.* — *post* dulcis q *eras. in L.* — vivoquae, quae *punctis del., L;* vivo *Bamb.* — 31 nimpharum L_2; *H; Bamb.;* nimfarum *rell.* — 32 Indoles; *cf. Paul. 106 l.* indoles *cum comm. O. Muelleri; Fest. 309 l.* suboles. — adulescentium L_2, *H, G, Bamb.* — consuitudo L_1. — nove *C.* — 33. 34 subolis *Par. 7665;* suboles *L ex corr.;* H_1; *Bamb.;* subs *pr. L;* subsole H_2; *G.* — subolis; *quod utrumque vocabulum ab* olendi *vel* olescendi *verbo ductum esset.* — *illa* indoles — crementum, *quae ex glosariis ab interpolatore addita (cf. Paul. l. m.) secl. Guietus.* — autem *prius librariorum culpa, non interpolatoris adiectum.* — et *add. M.* — quasi novae subolis indoles sit incrementum: veteres etiam senum dixerunt *Me.*

si álbicapillus híc videtur, nútiquam || ab ingeniôst senex,
ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.

ALACRITATEM in malis habendam Cicero Tusculanarum *lib. V* ostendit: vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate, nulla lubidine, nonne beatus?

CATVLI non solum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur. Vergilius Georg. lib. III:

tempore non alio catulorum oblita leaena.

et alio loco de serpente:

cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens.

Plautus Truculento:

iam hércle ego hic te, múlier, quasi sus cátulos, pedibus próteram.

Lucretius lib. V:

ad catuli pantherarum scymnique leonum.

Lucilius Satyrarum lib. IIII:

concursare et apros catulos fetumque ferai.

idem lib. VII:

pantherai ad catulos accedere inultum.

---

3 V, 16, 48 ‖ 7 III, 245 ‖ 9 Georg. III, 437 ‖ 12 II, 2, 13 ‖ 14 V, 1036 ‖ 16 Lucilius l. IV ‖ 18 Lucilius l. VII.

---

1 albicapillus *Bothius ap. Pl., ubi cdd.* albi (albis, albus) capillus; albet capillus *C, Bamb.; et f. ipse Non., ita, ut illud* videtur *ad seqq. traheret; cf. Caes. pg. 80.* — nutiquam *M;* neutiquam *cdd.* — ab ingeniost senex *docti ap. Pl.; ubi cdd. ferc:* ibi ingenio senex; ab ingenio senes *C, Bamb.* — *quidam minus secundum artem:* ab ingenio senet. — 2 *cf. 9 l.* examussim. — emussitata *v.* (*alii* amussitata; *sed cf. comm. in pg. 9 l. m.*); emeus siaetas *L;* emeus sietas *H;* emeussiaetas *ed. Bas.;* ememus si aetas *Bamb.* — 3 Tusculanarum *Hqos;* Tusculanorum *L, G, Bamb.* — lib. V *add. Quicheratus.* — 4 temperatas *Bamb.* — egritudine *Bamb.* — 5 nulla *Sauppius;* ulla *C, Bamb.* — *cdd. Cic.:* sine alacritate ulla, sine libidine. — alacritate nulla, nulla libidine *C. Ph. Wagnerus.* — *cf. et comment. C. F. G. Muelleri.* — *equidem Sauppii inventum verum duco.* — libidine L_1*;* lividine *Bamb.* — nonne beatus *Cic.;* non vexatus *C;* non vetatus *Bamb.* — 6 canum; *puto* canum fetus. — dimminutive *C;* dinutiae *Bamb.* — 8 leena *H.* — 9 de serpente *Quicheratus; cf. 458 l.* exuvias; de serpentibus *cdd.* — 10 exuvis L_1. — nuidusque *Bamb.* — 13 te *om. Bamb.* — quasi sus catulos mulier *Ambros.;* mulier quasi sus catulos *cum C, Bamb.; Palatini* (su scapulos *B*). — quasi sus catulos; *cf. Varro de re r. II, 4, 14.* — poteram *L.* — 15 at L_2*,* H_2*, G, Bamb.;* ut H_1. — panterarum *C* (paterarum L_1); penterarum *Bamb.* — scymnique *Lucr.;* ychimnique *C;* ychimni *Bamb.* — *non puto reponendum* scymini. — 17 concursare et *M* (concursare *Gifan., alii*); concursaret *cdd.; f.* concussare et (concussaret *Fruter.*). — *illud* et *ad sequens* que *referendum.* — apros *Scal.;* agros *cdd.* — foetumque *Bamb.* — ferai *M;* ferat *C, Bamb.;* ferarum *Pius.* — 19 *cf. Luc. VII, 16; 17.* — panthérai (*vel* ferai) *M;* rate *C, Bamb.* — accedere *Iun.;* accederet *cdd.*

CONPRESSVS *coitus* cum virgine admissus dicitur. Plautus in Truculento etiam coitum cum meretrice conpressum dici vult:

núnc ad amicam décimo mense *póst* Athenas Atticas
víso, quam gravidam híc relinqui meó conpressu, quíd ea agat.

OPIFICEM non *solum* ex opere dici posse Cicero Tusculanarum lib. V auctor est: advena quidam et ignobilis verborum opifex insinuasse in antiquam philosophiam videtur.

SEMINA pro vergultis vel malleolis vel surculis dici posse auctoritatem Vergilius dedit in Georg. lib. II:

seminibus positis superest deducere terram
saepius ad capita et duros iactare || bidentis.

SVMEN proprie a sugendo dictum; nam et mulieris mammam sumen veteres dici volunt. Lucilius Satyrarum lib. IIII:

quodsin ulla potest mulier tam corpore duro
esse, tamen tenero manat quoi sucu' lacerto,
ei manus ubertim lactanti in sumine sidat.

EXVVIAS et SPOLIA non solum hominum tegmina aut vestes dici posse Vergilius auctor est in Georg. lib. III, dicens de serpente:

cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur.

---

20 II, 6, 16 || 24 V, 12, 34 || 28 II, 354 || 3 Lucilius lib. IIII || 8 III, 437.

---

20 coitus *add. M; cf. v. 21.* — ammissus *G, Bamb.* — in *om. Bamb.* — 21 coetum *L, H_1, Bamb.* — meletricem *L; Bamb.;* melemtricem *P;* meretrice *G sec. ed. Bas.; Hqos; v.* — compressum *ed. a. 1476;* compressus (conpr. *L_1; ed. Bas.; ita idem et supra cum Bamb.*) *C, Bamb.* — 22 nunc amicam *melius Pl. cdd.; cf. comm. Spengelii.* — anicam decimi *Bamb.* — post Athenas Atticas *Pl.;* athenas attis eas *C;* athenas attisteas *Bamb.* — 23 voso *Bamb.* — hic *om. cdd. Pl.* — reliqui *H_2, G; non Bamb.* — quid *Pl.; Hqos;* quod *L, G, P, Bamb.* — 24 solum *add. Quicheratus.* — ex ope *cdd.; corr. ed. a. 1471. et mrg. Ho:* non ex ope, sed ex opere. — dici posse *Bamb.;* posse dici *rell.* — Tusculanorum *L, Bamb.* — 26 ins. se *minus bene cdd. Cic.* — filosofiam, *m. 2* philosofiam *L.* — 27 virg. *L_2, H, G, Bamb.* — m. ver *Bamb.* — 28 auct. Verg. dedit. *ead. elocutio occurrit infra, pg. 460 s. l.* procacitatem, *non ut videatur esse sollicitanda.* — 29 diducere *recte pars librorum Verg.* — 1 videntis *L_1.* — 2 proprietas urguendo *L_1.* — 3 Lucil.; *cf. comm. in Luc. IV, 22.* — lib. IIII satyrarum *Bamb.* — 4 quodsin ulla *M;* quodsi nulla *cdd.* — 5 tenere *Bamb.* — manat quoi s. *M;* maneatque s. *cdd.* (maneat sucusque *H_1*). — 6 ei — ubertim *M;* et — uberi *C, Bamb.* — sidat; *cf. Lamprid. Heliogabal. 5, 4:* agebat praeterea domi fabulam Paridis, ipse Veneris personam subiens, ita ut subito vestes ad pedes defluerent nudusque una manu ad mammam, altera pudendis adhibita ingeniculanew. — 7 Exubias *C, non Bamb.* — aut; ut *Bamb. sec. Beckerum.* — puto non solum hominum, sed omnium animalium; *cf. 457, 6.* — 8 Georg.; *ita L, Bamb.;* Georgicorum *H;* Gn̄ *ed. Bas.* — *f. in aliquo codice olim fuit* Aen.; *nam versus 9 talis fere etiam in II Aen. extat.* — II *h. l. C, Bamb.* — 9, 10 *cf. 457, 10. 11.* — nob; *L_1.* — exuvis *L_1.* — nuidusque *Bamb.*

Accius Bacchis:

tunc * * *
silvéstres pecudum exúvias laevo píctas lateri accómmodant.

Lucretius:

nam saepe videmus
illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

DIVORTIA non coniugii distractionem solum *dici*, sed etiam omnium inflexionem, quae a recto detorquentur, Vergilius auctor est lib. VIIII:

obiciunt equites sese ad divortia nota
huc illuc.

VIRGINES non solum feminae dicuntur, verum etiam pueri investes; nam et quicumque ex ephebis excesserant, devirginari dicebantur. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: quam sympathian lumbi at oculos haberent, quid magnum interesset, puerum utrum essem devirginatum usurus an μονογέροντας puros *putos*, dum cogito.

ENIXAS non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas auctore Vergilio Aeneidos lib. III:

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

---

11 Accius Bacchis ‖ 14 IV, 61 ‖ 19 Aen. IX, 379 ‖ 24 Varro περὶ ἐξαγωγῆς ‖ 28 III, 326.

---

11 Accius; *cf. 244 l.* accommodatum — adiunctum *ibique comm.* — 13 silvestres *h. l. om. cdd.; pg. 244:* pecudum. — levo *C, Bamb.* — accomodant *L, G; non Bamb., Hqos.* — 14 Lucret.; *cf. 231 l.* vepres. — 16 vepres *cdd. 231;* vere *h. l.* — 17 Divortia; *cf. 290 l.* divortium; *ubi et Verg. locus pr. verba* huc illuc. — coniugia *L.* — distractationem *Bamb.* — dici *Quicheratus add.* — 18 inflexionem *M;* inflexionum *C;* infelixionum *Bamb. sec. Beckerum.* — 21 huc (illuc L_1) illuc; hinc atque hinc *cdd. Verg.* — 22 investes (inves *Bamb.*); inberbes *olim nos; sed cf. 45 l.* investes — inpuberes. — 23 ex ephebis excesserant *ed. a. 1476;* ex yfoebis (ifoebis *Bamb.*) excesserat *C, Bamb.* — *possit et reponi* excesserat — dicebatur. — 24 περιξατωτηc *L; H; Bamb.;* περιξαγωτηc *G.* — symphatian *C, Bamb.; in hoc supra* sym *cum compendio scr.* natus; sympathiam *Iun.* — lumbi at; lumbi ad *Lips.;* lubiat *L, H;* lubi at *ed. Bas.; Bamb.;* lubidinis oculi *ingeniose Iun.* — 25 magnum *Iun.;* imagnum *Bamb.;* imaginum *L, H_2, G;* imaginem *H_1;* inguinum *non bene Lips.* — intereet *Bamb.* — puerum *Iun.;* puer (*seq.* u) *C, Bamb.* — essem *Popma;* esset *Iun.;* esse *cdd.* — 26 usuras *Bamb.* — an; n *in ras. L.* — μονογέροντας *Oehlerus;* monuce ρωcαc *L, H* (monuce ρωc *pr. L*); monuceρωcαc *G, Bamb.* — puros putos *M;* purus (ac purus *pr. L*) *C, Bamb.* — 27. 28 Enixas; *cf. 57; 297 l.* enixae; enixa. — non in partu *e. q. s.; vid. olim fuisse:* non partu solum, sed etiam omni labore exercitas possumus dicere. — omni labore; *i. e.* omni genere laborum. — exercitas *ed. a. 1476;* exercitus *Bamb.;* exercitos *C.* — auctorem *G;* ductore *Bamb.* — Verg.; *cf. comm. in 297, 12.* — 29 iuvemque *H_1.*

458. 459 M.

PRANSI non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro Flaxtabulis, || περὶ ἐπαρχιῶν: quare, o Marce, pransum ac paratum esse hominem oportet.

Os rostrum vel faciem hominum tantum dici putant; ut de rostro Vergilius lib. VIIII:

donec Rutuli clamantis in ore
condidit advorso;

[sed] de facie idem Aeneidos lib. I:

os umerosque deo similis;

cum auctoritate veterum et pecudum et ferarum dici possit. Vergilius lib. XII:

ora citatorum dextra detorsit equorum.

et de leone [lib. XII idem]:

inpavidus frangit telum et fremit ore cruento.

os etiam *ora* alicuius rei et omne patens accipi potest. Vergilius Georg. lib. III:

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os.

idem lib. II:

et ingentem lato dedit ore fenestram.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: nam in ipso aditu adque ore portus.

DORSA et TERGORA hominum vel aliorum animantium dici tantum consuetudo putat, cum et aquarum dici possint. Vergilius in Georg. lib. III:

---

1 Varro Flaxtabulis || 4 Aen. IX, 442 || 7 I, 589 || 10 XII, 373 || 12 XII, 8 || 15 III, 453 || 18 Aen. II, 482 || 20 II, 5, 12, 30 || 24 III, 361.

---

31 pranderint *Guietus;* pranderent *C, Bamb.* — 1 flaxtabulis (flaxabulus *Bamb.*) ιτερι (ite ρι *H;* ite. ρι *Bamb.*) επαρχιων *C, Bamb.* — o Marce; a marte H_1. — 2 esse hominem *Lips.;* esset hoc minumo (*seq.* o) *Bamb.;* esset hoc minume *C.* — esse te hoc minume *non bene Rothius.* — 5 rutili L_1. — 6 condidit *Verg.;* contendit *cdd.;* contudit *Ald.* — 7 sed (*praec.* so; *seq.* d) *add.* L_2, H_1; sed *pro* de *Bamb.* — idem; *cf. 440 l.* ora. — 9 auct. verum *Bamb.* — Verg.; *cf. 440 l. m.* — 12. 13 *huc revocavit Quicheratus; in cdd. leg. post v. 17.* — lib. XII idem (indem H_1) *secl. M; f.* et eodem de leone. — creunto H_1. — 14 ora *add. M.* — 15 Verg.; *cf. 434 l.* ulcus. — 16 summam L_2, *Bamb.* — 17 ulc. os; ulcerius L_1. — 18 *non scribendum* Aen. lib. II; *ut iam in re simili monitum.* — 20 M. Tull.; *cf. 237 l.* aditus est ingressus; *ubi cdd.* M. Tullius de suppliciis. — in Verrem de Suppliciis *Quicheratus;* de suppliciis in verrem *L, H, Bamb.* (M. Tull. *e. q. s. om. G*). — adiditu *G.* — atque L_2, *H, G, Bamb.* — 21 ora *h. l. cdd.; 237* opere. — porcus *Bamb.* — 22 tergora; *expectes* terga. — 23 tantum *om. Bamb.* — consuitudo L_1. — putat *om. Bamb.* — possint *Quicheratus;* possit *cdd.*

undaque iam tergo ferratos sustinet orbes.

et in Aeneidos lib. I:

dorsum inmane mari summo.

Omne castum *et* incorruptum veteres [sub] VIRGINIS vocabulo appellaverunt. Cicero in Oratore: philosophia casta, verecunda, virgo incorrupta.

NIDOS non solum domicilia avium, sed et fetus earum Vergilio auctore dicere possumus, in Georg. lib. IIII:

ipsasque volantis
ore ferunt dulcem nidis inmitibus escam.

IMBRES consuetudo agmen caelestium aquarum et pluviarum induxit solum dici, cum auctoritas variet. Vergilius omnium aquarum dixit in Georg. lib. IIII:

ipse feracis
figat humo plantas || et amicos inriget imbres.

PECVDES non solas quadrupedes, sed et alia animalia dicere Vergilio auctore possumus in Georg. lib. IIII:

quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers.

et:

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Varro Sexagesi:

néqueíquam agipínnís anatés rémipedés búxeiróstrís pecudés palúdibús nócte nigra ád lúmina lámpadís sequéntés.

---

26 I, 110 || 29 19, 64 || 32 IV, 16 || 37 IV, 114 || 3 IV, 327 || 5 Georg. IV, 168 || 7 Varro Sexagesi.

---

25 feratus L_1; ferratus L_2; H_1; *Bamb.* — 26 *cf. 203 l.* dorsum. — 27 immane L_2, *H*, *non Bamb.* — 28 castam *Bamb.* — et incorruptum veteres *M;* veteres incorruptum *cdd.* (et *iam Quicheratus add.*). — sub *secl. M* (*praec.* s, *seq.* u). — virgines *Bamb.* — 29 philosophia (filosofia, *m. 2* pilosofia *L*); *ap Cic. subiectum est:* oratio philosophorum; *quod quidem longiore intervallo praecedit.* — *igitur non male Quicheratus:* Cicero in Oratore de philosophia *(similiter compluriens in hoc capite Nonius):* casta *e. q. s.* — verecunda; veneranda *Bamb.* — 30 *Cic.:* incorrupta quodam modo. — 31 foetus L_2, *Bamb.* — 32 auctor *Bamb.* — III *Bamb.* — 33 ipsaeque (ipseque *H*) *C*, *Bamb.; et ut puto ipse Non.* — 34 nidis; *cf. Serv.* — 36 indixit *Bamb.* — duci *L.* — varies L_1. — omnium; *puto* omnino. — 2 Pecudes; *cf. 158 l.* pecus. — sed *om.* L_1. — 4 *cf. 158.* — 5 *cf. 33 l.* ignavum. — 8. 9 *scite Buechelerus usus invento nostro, quo apud Laevium systema ionicorum a maiore denorum et novenorum reperiri demonstravimus, etiam Varroni hic denos restituit ionicos a maiore; et eandem numerorum discriptionem olim nos in margine ed. Bas. notaveramus.* — nequeiquam *M* (nequiquam is *Riesius*); neque quas *C*, *Bamb.* — agipinnis *M;* agi pennis *C* (agi pennas G_1); aqui pennis *Bamb.* — agipinnis *dictum ut* agipes *ap. Luc. l. inc. 68.* — agipennes *Bent. in Castigationibus; non bene id.* agilipennes; *cum Palmerio Me:* quassagi-

460 M.

PACEM peti et a dis posse Vergilius significat in Georg. lib. IIII:

tu munera *supplex*
tende petens pacem.

et in Aeneidos lib. III:

hic Helenus caesis primum de more iuvencis
exorat pacem divum.

Plautus Amphitryone:

út Iovis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.

PROFVNDVM non solum imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpavit. Vergilius in Aen. lib. I:

ni faciat, maria ac terras caelumque profundum.

PROCACITATEM non animantium solum [a precando et poscendo] dici posse Vergilius auctoritatem dedit lib. I:

penitusque procacibus austris;

quod est: saevientibus, procellosis.

PVTIDVM non solum ab odore faetido et gravi quod naribus inprobetur, sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum sit [putidum] dici posse auctoritas vetustatis admisit. Cicero in Oratore: quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur *ut* putidus?

---

10 IV, 534 ‖ 14 III, 369 ‖ 17 V, I, 75 ‖ 20 I, 58 ‖ 23 Aen. I, 536 ‖ 28 8, 27.

---

pennas. — *possis et* acipinnis *sive* acupinnis, *vel potius, id quod Bamb. libro commendatur,* aquipinnis. — *cf. O. Muelleri comm. in Pauli pg. 9 l.* acupedius. — remipedes *Passeratius; Rothius;* tremipedas *C, Bamb.;* remipedas *Paris.7666.* — buxeirostris *Roeperus;* buxeis rostris *cdd.* — limina *Bamb.* — sequentes *M;* sequens *cdd.* — **10** a diis *C, Bamb.* — **12—14** *om.* H_1. — **12** tum *(ita et V. libri quid.)* munere *C, Bamb.* — suppl. *om. cdd.* — **15** cesis *C, non Bamb.* — **16** *cf. 371 l.* pax, propitiatio. — **18** *cf. 388 l.* supremum, summum. — hostis L_1; *Bamb.* — pacem petam *recte libri 388.* — **19** imum *P ex corr.; cd. a. 1476 (quae om.* altum); in imum *C, Bamb., pr. P.* — *non bene scribetur* infimum. — **20** usurpat *pr. Bamb.* — in Aen. *om.* H_1. — II *Bamb.* — **21** faciam L_1. — **22** *illa* a prec. (a procando *Pius*) et posc., *ut ex 23 l.* procacitas *illata, del. Quicheratus.* — **26** Putidum; *cf. 450 l.* putidum. — ab ore *G.* — foetido L_2, H_1, *G, Bamb. sec. Beckerum;* fetido H_2. — **27** inprobetur (*vel* reprobetur) *M;* probetur *cdd.;* prebetur *ed. a. 1471.* — *contra recte habere videtur illud* probari *pg. 450 l. m.* — tristis L_1. — rancedum L_1. — **28** sit *Quicheratus;* se *L, G, Bamb.;* em H_1; *m. 2 supra scr.* seu, *sed id del. et in mrg. scr.* est. — putidum *secl. M.* — **29** quonam *Cic.;* quoniam *C;* quo *Bamb.* — fryx *C;* frix *Bamb.* — Athenis H_2, *G;* Atenis *rell.* — **30** demostenes *pr. L.* — exagitetur *Cic.;* agitetur (*praec.* es) *cdd.* — ut *om. C, Bamb.*

DEVOTVM ad prosperum tantum usus trahit, sed auctoritas et adversum significare voluit. Vergilius || [in] Aen. lib. I:

praecipue infelix, pesti devota futurae.

REOS non solum crimini et culpae obnoxios, sed etiam honeste voti debitores vel promissi auctoritas voluit. Vergilius in lib. V:

constituam ante aras voti reus.

DAPES non tantum opiparos adparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos auctore Vergilio possumus doceri, *qui* in Aen. lib. III Cyclopem describens his designat humana viscera:

nam simul expletus dapibus vinoque sepultus.

et in Bucolicis:

quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

DOMVM consuetudo hominum tantum habitacula dici putat, cum auctoritas et templa et nidos d o m o s dixerit. Vergilius lib. VI:

ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua.

et in Georg. lib. II:

antiquasque domos avium cum stirpibus imis
eruit.

INCESTVM usu dicitur flagitium in affines admissum; sed et i n c e s t a r e [f u n e r e] polluere auctore Vergilio possumus dicere lib. VI:

praeterea iacet exanimum tibi corpus amici,
heu nescis! totamque incestat funere classem.

[REVOCARE] PEDEM cum hominum et aliquarum animantium

---

1 I, 712 || 4 Aen. V, 237 || 8 III, 630 || 11 VI, 79 || 15 Aen. VI, 81 || 18 II, 209 || 23 Aen. VI, 149.

---

1 adversum significare *(ita ed. a. 1471) Me;* adversus significari *cdd.* — in *om.* H_1. — 3 honeste *Quicheratus;* honesti *cdd.* — 4 vel *in libris positum post illud* honesti; *traiecit M* (vel voti vel promissi deb. *Quicheratus*). — 5 reus L_1, *ut vid.;* H_2*; G;* reos L_2, H_1, *Bamb.* — 8 Verg. (Virg; Virg.) *C, Bamb.* — possimus *Bamb.* — doceri *M;* dicere *v.* — qui *add. M.* — Ceclopem *cdd.* — 9 his designat *M;* hostes (hostas *Bamb.*) ad *C, Bamb.* — 11 Verg.; *cf. 527 l.* dona. — 12 *om. Bamb.* — filomela L_1. — parit *pr. L.* — 13 consuitudo L_1; consuetodo *Bamb.* — tanta L_1. — 14 templa *M; cf. 462, 16;* templum *v.* — domum duxerit *G.* — 18 *cf. 425, 33.* — III *G.* — 21 flagium *Bamb.* — 22 funere *om. ed. a. 1471; secl. M.* — 24 preterea *(ita et L)* licet *Bamb.* — 26 Revocare *del. Quicheratus.* — Revocare pedem *om. Bamb.* — hocminum *pr. L.* — et aliquarum; etati quarum L_1.

dici manifestum sit, Vergilius lib. VIIII etiam fluviorum dici posse ostendit:

cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.

et Plautus remos navium pedes dixit.

MVRICES vetustas etiam saxorum asperitates et talia omnia voluit posse dici. Vergilius lib. V: ||

et acuto in murice remi
obnixi crepuere.

DENTES non solum quibus cibus adteritur, sed omnia quibus aliquid exsecari vel teneri potest Vergilius dici voluit; ut in Georg. lib. II de falce:

et curvo Saturni dente relictam
persequitur vitem adtondens fingitque putando.

et in Aen. lib. VI:

tum dente tenaci
anchora fundabat navis.

LOCVPLETIS non magnarum opum tantummodo, sed et ad quamlibet rem firmos et certos M. Tullius dici voluit ad Caesarem iuniorem lib. II: nihil omnino certi nec locupletem adhuc auctorem habebamus. — et de officiis lib. III: accedit eo testis locuples Posidonius.

MONVMENTA et templa dici posse M. Tullius auctor est in Verrem, actione secunda: ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, *quod templum in oculis cotidianoque aspectu populi Romani* positum est.

PROMERITVM etiam in malam partem posuit Plautus in Amphitryone:

quíd malí sum, ére, tua éx ré promérítús?

---

27 Aen. IX, 124 || 31 Menaechm. II, 2, 75 || 33 Aen. V, 205 || 4 II, 406 || 8 VI, 3 || 12 M. Tullius ad Caes. iun. II || 14 III, 2, 10 || 16 de praet. urb. 49, 129 || 20 II, 1, 20.

---

29. 30 et animis L_2; H_1; *Bamb.* — revocat L_1. — **32** et talia *Rittershusius;* tela *C;* vela *Bamb.* — **33** Verg.; *cf. 255 l.* crepare, frangi. — VI *cdd. h. l.* — **1** acute *G.* — **3** omnia *M;* omne *cdd.* — omne quo *ed. a. 1471.* — **4** exsiccari *L; cf. Serv. in Georg. l.* — vel teri *Bamb.* — Verg.; *cf. 308, 23; 369, 23.* — **8** etineñ, *tum* etiaeñ, *L.* — in *om. Bamb.* — **9** dente naci *pr. L.* — **11** opuum *pr. L.* — et *supra add. L.* — **13** adhuc *M;* ad hoc *cdd.* — **14** habeamus *Bamb.* — eodem *cdd. Cic.* — **15** Possidonius *C, Bamb.* — **17. 18** actione II *ed. Bas.; Bamb.* — celeberrimoque, *m. 2 supra scr.* clarissimo, *H.* — amonumento L_2; *Bamb.* — **18. 19** quod — Romani *ex Cic. add. Me.* — *lacunam in archetypo fuisse indicatam ideo probabile, quod L,* H_1 *a* Positum est *novum incipiunt lemma.* — *in H tamen ante erasum:* positum est. — **20** *nullum l. in L;* H_1. — in malam partem *Quicheratus;* in mala parte *v.* — **22** *tetram. bacchiacus.* — *praec.* perdat. — sumere *H, Bamb.* — tua *Pl.;* tanta *C, Bamb.*

SQVALLOREM vetustatem et neglegentiam Lucilius lib. XXX voluit dici posse:

lanai opus omne perit; squallor, tiniae omnia caedunt.

BONVS et fortis et aptus dici potest. Lucilius lib. XXX:

Calvu' Palantina quidam vir non bonu' bello.

Vergilius in Georg. lib. II:

et bona bello
cornus.

MVLTARE cum sit condemnare, positum est augere, voti conpotem reddere. Naevius Colace:

et me ádseri
laudés ago. sum vótis multatús || meis,
quom praéter quam velle aúdebam, hoc mi *ultro* ánnuis.

DISCIPLINOSVS etiam *de* pessima arte potest dici. Cato de re militari: quam gladiator disciplinosus.

PROPITIOS et homines placatos dici vetustas voluit. *Lucilius lib.* XXVII:

ín bonis porróst viris, si iráti seu cui própitii
súnt, diutius út eadem una máneant in senténtia.

---

23 Lucilius l. XXX || 26 Lucilius l. XXX || 28 II, 447 || 32 Naevius Colace IV || 3 Cato de re militari || 5 Lucilius l. XXVII.

---

23 Squallorem *M; cf. comm. in 272, 18; ubi idem v. Lucilii;* Pallorem; *C, Bamb.* (Pallor Hs_1). — *f.* Paedorem. — 24 dicere *L.* — 25 lanai *M;* lanae *B 272;* lana *rell. utrobique exc. quod Bamb. h. l. cum Montepess.* luna. — fallor *cdd. 272;* pallor *hic.* — tineae *Par. 7665; Montep.* — cadunt *Bamb. sec. Beckerum.* — 26 aptus *M;* pius *v.* — et pius *om. Lugd.* — 27 Palantina; Palatina (*sc.* tribu) *Fruterius;* pallantino *cdd.* — non bonu' *Guictus; Lachmannus comm. Lucr. 37;* nobilis bonus *cdd.* — 28 *cf. Serv. in h. l.* — 31 voti *Bent.;* votis *C, Bamb.* — conpetem *L;* competem *Bamb.;* conpotem *H, ed. Bas.* — 32 Novius *non bene Me;* Nevius *cdd.* — Colace *Bent.* (Collace *Ald.*); colare *C, Bamb.* — 33 me *ex sequente v. huc revocavit M.* — asseri *(quod permire pro dativo habuere quidam)* L_2, *H, G; non Bamb.* — et affatim *Quicheratus* (est adfatim. *Bothius*). — 1 laudes; *expectes* grates; *v. infra.* — sum votis multatus meis *M;* cum votis me multatis meis *C, Bamb.;* me multat *Hermannus.* — *f.* tu votis me multas meis. — 2 quom *M;* quod *v.* — velle audebam *Me;* vellem audiebam *cdd.* — mihi *id.* — ultro *add. M.* — annuis *Quicheratus;* ennius (hennius *L*) *C, Bamb.* (emunus *ed. a. 1471;* eminus *Pius*). — *Mercerus dedit haec trochaica;* grates et laudes ago, quum notis (*l.* votis) me multatis (*l.* multas) meis, | quod praeterquam velle audebam, mihi evenit. — *at Hermannus:* et asseri | laudes ago, cum votis me multat meis, | quod praeter quam vellem audiebam hoc mi eminus. — 3 Disciplinosus; *cf. Gell. IV, 9, 12; quo tamen non usus Nonius.* — de *add. M.* — 4 disciplinosus; *i. e.* disciplinae suae, quae est contemptissima, tenax. — 5. 6 pl. vetustas dici *Bamb.* — Lucilius lib. *Ald.;* Luc. *(sic)* in *ed. 1476; om. cdd.* — 7 bonis *Iun.;* vonis *cdd.* — propiti L_1. — 8 diutius ut *M;* ui (ut *Ald.*) diutius *L,* H_1, *Bamb.;* di diutius H_2, *G.* — sententia *G.*

* * * nam cum benignitate sollicita propositos * * * — Terentius in Adelphis:

. . . quam ut ea quaé parentes própitii.

CACHINNARE non *de* risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit. Accius Phinidis:

simul ét circum stagná sonantibus
excíta saxis saevá sonando†
crepitú clangente cachínnat.

TACERE etiam ea possumus dicere quae sine voce vel sono sunt. Vergilius Aen. lib. IIII:

totumque pererrat
luminibus tacitis.

et:

cum tacet omnis ager.

ADFARI non solum respondere vel fabulari, sed etiam rogare positum. Accius Tereo:

deúm Cadmigena nátum Semela affáre et famulantér pete.

Vergilius Aen. lib. IIII:

i, soror, adque hostem supplex adfare superbum.

---

9 auctor incertus ‖ 10 I, 1, 6 ‖ 13 Accius Phinidis ‖ 18 IV, 363 ‖ 21 Aen. IV, 525 ‖ 24 Accius Tereo ‖ 26 IV, 424.

---

9 nam — propitios *haec ut aliena a Lucilio iam in ed. Lucilii sunt seclusa; neque Quicheratum res fugit.* — cum *utrum praepositio sit an coniunctio non comparet.* — sollicita *Quicheratus;* sollicito *C, Bamb.* — propositos; propitios *Quicheratus; sed tutius fuit abstinere a coniectando, cum et finem huius loci appareat esse mancum.* — Ter. (Terrentius *Bamb.*); *cf. 59 l.* propitium. — Adelfis L_1, *H, Bamb.* — **11** quam ut ea; quam ea *cdd. pg. 59;* quam illa *Ter.* — parenter *Bamb.;* parentis *cdd. 59.* — **12. 13** de *add. M.* — *f.* sed et de quolibet sono vehem. — finidis *cdd.* — **14** stagna *Bentleius;* magna (megna *L; Lugd.*) *C, Bamb.* — stagna sonantibus. *dubitat nec immerito Spengelius de canticis Plaut. pg. 326 sq.. an aliena sit ab usu Romanorum soluta ultima dimetri vel tetrametri anapaestici arsis. — certe licentiae huius, quae apud Graecos haud infrequens, exempla extant rarissima. — emendandi tamen apte loci Acciani via nulla patuit.* — **14. 15** sonantibus — saxis; *Symplegades significantur.* — saeva sonando; *illud* sonando *ex v. prioris fine apparet ortum. — itaque emendare difficile.* — saeva Celeno *Bentleius;* saevisona echo *Bergkius; qui illud* saevisona *male.* — *f.* raucisona echo. — **16** trepitu *Bamb.* — clangente cachinnat *Scal.;* clangentes cachinnant (cachinant L_1) *C, Bamb.* — **17** possum L_1. — **23** fabulare L_1, *Bamb.; f. recte; cf. 464, 1* admetiuntur. — **24** Accius; *cf. 111 l.* famulanter *cum comm.* — **25** *h. l. cdd.:* deum cadmo generatum (genera tum *L*) semel affare (adfare *ed. Bas.; non Bamb.*) et famularent (effamularent, *om.* et, *G*) perpetuere (perpeture *Bamb.; seq.* Vergilius; *cf. comm. in 315, 11*). — **27** atque *cdd. pr.* L_1. — suplex L_1; supplexa H_1.

FASTIGIA consuetudine summae altitudines dici putantur, cum sint et imae; significant et finis. Vergilius Georg. lib. II:

forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

M. Tullius de officiis lib. III: sed quoniam operi inquoato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium inponimus.

NVMERVM et de his quae non numerantur, || sed admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tullius de officiis lib. III: si exempli gratia vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit.

FERVOR cum ex igni sit et ex flammis, ex contrario et *de* frigoribus * * * positus invenitur, ut sit fervere non solum ex incendio calere, sed et quibuscumque molestiis perturbari; unde et iactatus marini et exaestuatio animi sub hac significantia recte positi sentiuntur. Vergilius Georg. lib. I:

omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
fervere.

TEMPLVM et sepulchrum dici potest veterum auctoritate. Vergilius Aen.:

praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui.

VESTIGIA consuetudine signa inpressorum pedum dicimus. lectum invenimus partes extremas pedum dicta vestigia. Vergilius lib. V:

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.

PARERE etiam viros dici posse Caecilius auctor est Chalciis:

---

29 II, 288 || 31 III, 7, 33 || 2 III, 12, 50 || 9 I, 455 || 13 IV, 457 || 18 Aen. V, 566 || 21 Caecilius Chalciis.

---

28 Fastigia; *cf. 302 l.* fastigium. — consuitudine L_1. — altitudinis L_1, H_1, *Bamb. — cf. 302 l. m.* — 29 Verg.; *cf. 302 l. m.* — 31 sed quando *Bamb.* — opere (operae *pr. L*) *cdd.* — inquoato *L; P;* inchoato *H, G, Bamb.* — 3 Alexandrea *cdd. Baiteri.* — alexandri archodum *Bamb.* — frumentum *L.* — frumentari umerum *Bamb.* — 4 advexerit *Cic.;* adlexerit *ed. Bas.;* adlixerit L_1; *Bamb.;* allexerit L_2; *H.* — 5. 6 e contr. *Par. 7665.* — de *add. M.* — *post* frigoribus *intercidit ut puta:* vel aliis rebus. — 7 sed et *M;* sed ex *v.* — molestis *Paris. 7666.* — iactatus *Quicheratus*; iactus *cdd.* — 10 tum *Verg.* — nymbisque H_2. — 12 sepulcrum *L ex corr.;* H_2; *Lugd.* — 16 consuitudine L_1. — inpressurum, *m. 2* impressorum, *L.* — 17 *puto* invenimus et partes. — peduum *pr. L.* — Verg.; *cf. 420 l.* vestigium, extrema pars pedis. — 20 aliba pedes L_1. — ostentans H_1; *supra* s *alterum scr.* t, *L;* ostentant H_2; *G; Lugd.* — sarduus *G;* ardus H_2; aydus *Bamb.* — 21 Chalciis *Spengelius;* calchis *C, Bamb.*

464. 465 M.

át *ait* hic vicínus, se eas péperisse; id vobís datum.

id prudenter mutuatum ab Homero:

αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

parere etiam dicta ea quae non concipiant. Vergilius lib. XI:

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo.

VIROS etiam de animalibus posse dici Vergilii auctoritas iubet in Bucolicis:

vir gregis ipse caper derraverat;

cum posset *et* maritum dicere; sicut in Georg. lib. III:

quem legere ducem et pecori dixere maritum.

GRVNDIRE cum sit proprie suum, ut Laberius || in Sedigito:

grúndientem aspéxi scrofam;

et Claudius Annalium lib. XVI: grundibant graviter pecus

---

23 Iliad. VI, 155 || 25 XI, 24 || 29 VII, 7 || 31 III, 125 || 1 Laberius Sedigito || 3 Claudius Annal. XVI.

---

22 at ait *M;* sat (*praec.* s) *cdd.;* at hic *Spengel.;* ait hic *Grauertus.* — se eas pep. *Iun.;* se as perisse (seasperisse *H;* se asperasse *Bamb.*) *cdd.* — id *M;* et (*fuerat* it) *v.* — datum, *pro* editum, dictum. — 23 prudenter mutuatum *Rothius;* prudente mutuatum *cdd.* (prudentem ut uatum *L, H*). — 24 Γλαῦκος *ed. Bas.;* ταδνκος *L, H, Bamb.* — ἔτικτεν; ειкτεν *G; τ priore eraso H.* — βεμερεφοντην *cdd.* — 25 dicta *Quicheratus;* dictum *cdd.* — eo quod non *Bamb.* — Verg.; *cf. 466 l.* animas. — 26 aite *G;* agite *pulchre Perlcampius.* — nobilis *pr. L.* — 27 patiam *pr. L.* — pepere *L; H; non Bamb.* — 28 de an.; *puto* de aliis an. *vel* de an. quibuslibet. *nam diversum est quod leg. infra, 465, 7.* — iuvet L_1. — 30 *cf. de hoc exemplo et sequente Serv. in ecl. 7, 7.* — deerraverat *cdd. Non. et Verg.* — 31 posset et *M;* posset *v.* — 32 pecoris d. magistrum *Palatin. ap. Verg.* — 1 Grundire; *cf. 114 l.* grunnire. *ubi quod adnotavi ad ea, quae sunt posita v. 28, 29, interceptam videri notionem Varronis librorum rerum humanarum vel de v. p. R.* (*potuere etiam poni in Satura, quae inscribitur* Aborigines *vel in secundo librorum de l. Lat.; cf. Wilmansii de Varr. libris grammaticis pg. 23*), *quamquam etiamnunc haec petita e Varrone duco probabile, tamen fuit addendum etiam ap. Diomedem pg. 379 sine nomine Varronis haec legi:* grunnit porcus dicimus; veteres grundire dicebant, ut sit instans 'grundio'. Caecilius: 'cruento ita ore grundibat miser'; Claudius Annalium quinto decimo: 'grundibat graviter pecus suillum'. hinc quoque Grundiles lares dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrofae quae triginta pepererat. haec ita esse hoc modo adfirmat Cassius Hemina in secundo historiarum: pastorum *e. q. s.* — *cf. Hertz. Opusc. Gell. pg. 119.* — Sedigito *Bent.;* sedicit *cdd. h. l.;* sedicito *pg. 114.* — 2 scrofum *Bamb.* — 3 Annalium lib. XVI *M;* lib. XVI Annal. *Me;* lib. XVI (XV *Florent.; om. numerum Montepess.*) agni (Agni *Bamb.*) *cdd.* — Claudius Annalium quinto decimo *Diom.* — *similiter* annal. *vel* ann. *(nam ita in archetypo erat scriptum) corruptum 417 s. l.* urguere *ita:* Quadrigarius arena lib. IIII. — grundibat *Diomed.* — graviter *Diomed.;* grumiter *C, Bamb.*

suillum; etiam hominum esse grunditum Caecilius Imbriis designavit:

cruento ita óre grundibát miser.

INSANIAM non hominibus solum aut animalibus, verum et his, quae sine anima sint * * * Vergilius in Bucolicis:

huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

ELEGANS non solum, ut consuetudine plerumque, ab elegantia ingenii aut cultus electione et dilectu dici potest; sed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium et Curionem: tu elegans, tu solus urbanus, quem decet mulieris ornatus, quem incessus psaltriae; qui laevare vultum, mollire vocem potes. — Cato Carmine de moribus: avaritiam omnia vitia habere putant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus.

AMARVM non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa terribile et infensum Maronis auctoritate dicimus * * * idem lib. X:

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

MVLTITVDO cum sit numeri populorum†, ut quidam putant,

4 Caecilius Imbriis ‖ 8 IX, 43 ‖ 12 M. Tullius in Clodium et Curionem 5, 1 ‖ 14 Cato Carmine de moribus; cf. comm. ‖ 18 cf. comm. ‖ X, 900.

4 imbriis *Bamb.; pr. L;* in imbris *L ex corr.; H; G; om. Diomed.* — 8 quae *L,* H_1, *Bamb.;* qui H_2, *G.* — *post illud* sint *vid.. versus haustus in archetypo, quem possis ita supplere:* attribui (*cf. 435 l.* dignitatem) posse veteres voluerunt. — **9** adhuc ades *pr. L.* — **10** *probabile usum in hoc l. Nonium Gellii XI, 2; sed non solo; cf. Hertz. Opusc. pg. 142.* — Elegans *M;* Elegantes (el., *sed cum lemmatis nota, L*) *L,* H_1, *Bamb.;* Eligantes H_2, *G.* — consuitudine L_1. — plerumque *huc revocavit M; in cdd. legitur v. 11 post* dilectu. — eligantia H_2, *G.* — **11. 12** dilectu *Me;* dilectus *v.* — ab aetheribus L_1; a *om.* H_1. — tu; tum *Lugd.* — **13** eligans *H; G.* — tu vero festivus, tu elegans *cd. Taurinensis; et ita Rufinianus pg. 38 ed. Halm.* — quem decet; quem de *in ras.* L_1. — muliebris *Taur.; Rufin.* — **14** qui laevare (levare *cdd.;* laevare *Taur.*) v.; m. v. potes; *cd. Taur.:* qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare corpus potes. — *f. olim fuit ap. Non.:* qui laevare corpus, effeminare vultum, mollire vocem potes. — Cato *om. L,* H_1, *G, Bamb.; add.* H_2 *in mrg.; ut puto, ex Gellio.* — Cato; *h. e. paraphrasta carminis Catoniani; cf. libr. de v. Saturnio pg. 95 sq.* — **15. 16** putabant *Gell.; et ita Cato.* — sumtuosus (sumptuosus *H, G, Bamb.*), cupidus, elegans (eligans H_2; eligant *G*) vitiosus. — *truncatus Gellii locus, fortasse quia verbum* irritus, *quod sequitur, iam in Nonii exemplari legeretur corruptum.* — *mancus ap. Gell. et finis enuntiati. cf. lib. de v. Saturn. pg. 97.* — **17** ex *alt. om. G; f.* et; *cf. 464, 7.* — quaecumque *pr. L.* — **18** inpensum L_2; *Bamb.; ed. Bas.;* impensum H_1; L_1; imfensum H_2; infensum *Me; f.* infestum. — didicimus *Bamb.* — *lacunam significavit M.* — *potuit intercipi ut puta Bucol. 3, 110 vel Aen. IV, 203.* — idem *om. Ald., Iun., Me.* — idem; *cf. 329 l.* increpare. — **20** numeri populorum. *haec corrupta et ut puto lacunosa.* — *f.* numerus populi vel aliorum animantium. *sive* numerus vel populus. *nam populus apud posteriores scriptores interdum ponitur pro multitudine qualibet.* — ut *om.* L_1.

465. 466 M.

Varro pro multo non absurde etiam scripsit de vita populi Romani lib. II: nihilo magis [propter] argenti facti multitudinem is erat furandum, quod propter censorum severitatem nihil luxoriosum habere licebat.

SANGVINVLENTVM corporum putant esse. lectum est et de incorporeis. Varro de vita populi Romani lib. IIII: itaque propter amorem imperii magistratus gradatim seditionibus sanguinulentis || ad dominatus quom aspeirarent.

PONDVS, pro numero. Varro de vita populi Romani lib. IIII: e Graecia, Asia Sulla conportasse magnum pondus omnium artificum†.

CARERE etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio, dolentis persona:

meós parentes cáreo.

AVDIENDI sensum etiam is rebus Vergilius dedit, quae nec aures habent nec sensum, Georgicon lib. I:

et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga neque audit currus abenas.

CAVI proprietas est sinuosi et concavi ac per hoc sine dubi-

---

21 Varro de vita pop. Rom. II || 26 Varro de vita pop. Rom. IV || 2 Varro de vita pop. Rom. IV || 4 Turpilius Demetrio || 8 I, 513.

---

21 pro *om.* L_1. — absorde L_1. — scripsit *ed. a. 1476;* asscripsit (*praec.* am) *H*, L_2; adscripsit *G et Bamb., ut vid.;* abscripsit L_1; descripsit *ed. princ.* — *puto olim hunc fuisse ordinem verborum:* Varro non absurde etiam scripsit pro multo. — 22 propter *del. M Annal. philol. a. 1867 pg. 494.* — 22. 23 multitudinem is *(dativ.)* erat *ed. Bas.* (hiis erat *Me*); multitudinem (multitudine *L*) miserat *L (m. 1 in ras.); H; G;* multitudinemiserat *Bamb.* — furandum quod. *haec pr. ultimam litt. in ras.* L_1. — *puto* quom. — luxuriosum *cdd. pr.* L_1. — 25 putant *M;* potest *(om.* H_1*) C, Bamb.* — 26 Varro; *praecessisse his quae leg. pg. 499 s. l.* dativus pro accusativo *intellexere docti.* — de vita *om.* L_1. — 27 imperii *et Bamb.* — 1 ad dominatus quom aspeirarent *M;* aut dominatus quo appellerent *C, Bamb.* (appellererent *pr. L;* appellarent *ed. princ.*). — ut dominatus quos appeterent *Me; ex quibus f. recipiendum illud* appeterent, *ita, ut scribatur:* seditionibus sanguinulentis aut * * * (*supplendum, ut puta:* aliis usi artibus) dominatus quom appeterent. — 3 e Graecia, Asia Sulla *M;* e grecia (Graecia *ed. Bas.*) asias (sias *Bamb.*) in villas *C, Bamb.* — *cf. quae ap. Sall. Cat. 11, 6 de exercitu Sullae dicta.* — e Graecia suas in villas *Me; quod f. praestat, sed ut scribatur* e Graecia, Asia in villas *sive* e Graecia, Asia suas in villas. — *de Lucullo haec erunt accipienda; ad quem et Kettnerus rettulit, quamquam ab hoc res in Graecia gestae nullae.* — omnium; *i. e.* cuiuslibet generis. — artificiorum *probabiliter Gerlachius* (*non ausim reponere* artificium); *quamquam potuere in fine hauriri quaedam, sicut etiam verbum, unde pendeat infinitivus, desideratur.* — 4 Carere; *cf. 497 l.* accusativus vel nominativus pro ablativo. — dolentis persona (personat H_1); *haec f. delenda.* — 6 meos *cdd. 497;* eos *h. l., et f. ipse Non.* — parentis *ed. Bas.; Me; non Gs, Bamb.* — careo; doleo *Bamb.* — 7 etiam his *H, G, Bamb.*

tatione corporalis. Vergilius vero etiam de incorporalibus, quae sunt inania tantum vel obscura, dici posse testatur lib. VI:

ac ni docta comes tenues sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae.

et lib. X:

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram.

LAVARE, cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, vetustatis auctoritas posuit etiam polluere. Vergilius Georg. lib. III:

lavit ater vulnera sanguis.

et decimo:

lavit inproba teter
ora cruor.

Plautus Pseudolo:

eas lacrimís lavis.

Ennius Hecuba:

heú me miseram, intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Varro Hecatombe:

pater út cruore lávcret ararum ággeres.

Afranius Suspecta:

viden [ut] lávere lacrimis mé tuum collúm, pater?

ANIMAS pro corporibus. Vergilius lib. XI:

---

13 Aen. VI, 292 ‖ 16 Aen. X, 636 ‖ 19 III, 221 ‖ 22 Aen. X, 727 ‖ 25 I, 1, 8 ‖ 27 Ennius Hecuba ‖ 29 Varro Hecatombe ‖ 31 Afranius Suspecta ‖ 33 XI, 24.

---

12 corporalis *ed. a. 1471;* corporali *cdd.* (corporale H_2). — Verg.; *cf. 419 l.* vitas, umbras. — 14 et ni *cdd. 419, ut V. libri.* — tenes *pr. L.* — 15 admoveat L_2, H_1, *Bamb.* — voltare *pr. L.* — farmae L_1; famae *Bamb.* (*L sec. Rothium, qui dicit in mrg. adscriptum* formae). — 16 XII *Bamb.* — 17 nubae cau *pr. L.* — 19 Verg.; *cf. comm. in 337, 17.* — 21 aper L_1. — corpora *Verg.* — 22 et decimo; *cf. comm. in 327, 7; 413 l.* taetrum — inluviosum. — 23 improbec H_1; imbroba *G* (improba L_2, H_2; *Bamb.*). — 25 Plaut.; *cf. 503 l.* lavit pro lavat. — *integro v., sed om.* tecum, *usi Diomed. 377; Prisc. 861.* — pseudolo *Hqos;* pseudulo *rell.* (seudulo *G*). — 26 lacrimas *Bamb.* — lavis *cdd. 503;* lavi *h. l.* — 27 Ennius; *cf. comm. in 224, 10. 11.* — heucuba *Bamb.; pr. L;* ecuba *G.* — 28 eu *G.* — miserum *Bamb.* — sanguen *om.* L_1. — 29 Varro; *cf. 504 l.* lavere. — hetatonbe (hecatonbe *H;* hecatombe *P*) *cdd.* — 30 labere terrarum *L ex corr.; H; G;* labreterrarum *Bamb.; pr. L;* laveret ararum *cdd. 504.* — aggerem *cdd. 504;* ageres *h. l.;* aggeres *Ald.* — 31 Afranius (anguinius L_1); *cf. 504 l. m.* — 32 viden *ed. N. Fabri;* vident ut *cdd. h. l.;* vident *504.* — tuum *Iun.;* tu *cdd. hic;* tum *504.* — 33 *n. N.* — Verg.; *cf. 464 l.* parere.

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo, decorate supremis ||
muneribus.

in quo etiam hoc novum est, quod patriam posuit pro regione vel terra, cum patria sit civitas vel urbes parentum.

VII.

INCIPIT

DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

AVCVPAVI, activum positum pro passivo. Titinius Veliterna:

id ego aúcupavi; plénas auris ádfero.

Plautus Truculento:

lépide ecastor aúcupavi adque é mea senténtia.

idem Menaechmis:

huc cóncedamus; éx insidiis aúcupa.

Ennius Medea:

fremitus vérborum aures aúcupant.

Pacuvius Chryse:

incipio sáxum temptans scándere
vórticem in summum, índe in omnis pártis prospectum aúcupo.

Accius Astyanacte:

nunc ín consilio id réges Argivum aúcupant,
id quaérunt.

---

7 Titinius Veliterna || 9 V, 72 || 11 IV, 1, 12 || 13 Ennius Medea || 15 Pacuvius Chryse || 18 Accius Astyanacte.

---

3 urbes *L, G, Bamb.; etiam in H* e *supra* bs *m. 2 scriptum, sed idem erasum;* urbs *v.* — *illud* urbes *nominat. singul.; cf. comm. in 114, 1.* — **4** *Relicua pars operis Noniani multitudine fragmentorum aliunde non notorum vel pretiosissima. sed eadem interdum difficilior. — capitis huius prima pagina in archetypo situ videtur fuisse deformis. ex quo plures ortae corruptelae.* — **10** aepastor *Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1. — ex mea *cdd. Pl.* — lepide mecastor aucupabatque *fere cdd. Pl.* — **12** huc *Pl.;* ut *cdd.* — conconcedamus *Bamb.* — **13** media *Bamb.* — **14** fremitus *M; cf. Sen. Hippolyt. 850;* fructus *cdd.* — acicupant *pr. L.* — **15** cresae L_1*; Bamb.;* crisae L_2*;* crissae H_2*;* crisse H_1*;* Crysae *ed. Bas.* — **17** verticem H_2*, G.* — **17** in summum, inde *Me;* in summis dein *cdd.* — in o. *Lips.* (in summum, dein in omnis); hominis *C;* hominibus *Bamb.* — partes *cdd.* — **18** Asteanacte L_1*; Bamb.;* Astianacte L_2*, H.* — **19** auriguum, g *compuncto, G.*

467 M.

idem Medea:

égo me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupans.

VAGAS, pro vagaris. Plautus in Milite:

te ádloquor, vití probrique plénus
qui círcum vicinós vagas.

Serenus in Opusculis:

rure puella vagat virido.

Pacuvius Medo:

'quíd tandem? ubi east? quó receptast?' — 'éxul incerté vagat.'

Accius Baccheis:

deinde ómnis stirpe cum ínclyta Cadméide
vagánt matronae, pércitatae insánia.

Turpilius Leucadia:

vúltu vecordí vagas.

Accius Tereo:

féminam nobílitas late ex stírpe praeclara évagat.

---

21 Accius Medea ‖ 23 II, 5, 13 ‖ 26 Serenus Opusculis ‖ 28 Pacuvius Medo ‖ 30 Accius Bacchis ‖ 33 Turpilius Leucadia ‖ 35 Accius Tereo.

---

22 abiettem H_1. — in abietem altam *Bothius.* — prospectum aucupans *M* (prospectum *Gulielm.*); prospectans aucupo *cdd.;* prospectum aucupo *v.* — 24. 25 te te *G.* — vitii *cdd.* — probarique L_1; H_1; propinque *Palatini Pl.* — plenos L_1. — *Plauti haec sunt:* te adloquor, viti probrique plena, quae c. v. v. — 27 virido; *non videtur alibi inveniri illud* viridus. *itaque dubito an reponendum sit* viridi. — 29 qui tandem *Bamb.* — quo *Me;* quod *cdd.* — receptast *Bergkius;* receptat *cdd.* — exul *a nonnullis ad priorem diverbii partem refertur.* — incerte *Bergkius; cf. 468, 1; Enn. Fab. v. 61;* incerta (*quod pro* incerta via *dictum putat Ribbeckius*) *cdd.* — 30 Baccheis; Bacchis *Ald.; ut puto, Non.;* vaccheus L_2; H_1; *Bamb.;* vaccheis L_1; vacceus H_2; vacceus G_2; vacens G_1. — 31 *cf. Eurip. Bacch. 35 sqq.* — omnis *plural.* — cum *in ras.* H_1. — inclita *Bamb.* — Cadmeide *Me;* cadmide *cdd.* — Cadmeides *Quicheratus.* — 32—34 vagam L_1. — percitatae insania *e. q. s.; ita M; cdd.:* percitatae (percitate *L, Bamb.*) tumultu vecordi vagas insania *(seqq. om. Bamb.)* turpilius leucadia vultu vecordi vagas insania. — *add. L*: turpilius leucadia vultu vecordi vagas; *sed haec deleta.* — *turbatum olim in hoc lemmate non modo librorum optimorum testimoniis declaratur, sed etiam ea re quod mancae sunt editiones Aldo priores quodque ab hoc exemplorum mediorum ordo mutatus liberius.* — 36 feminam *M;* famam nam *cdd.* — *illud* evagat *cum accusativo iunctum, ut apud Horatium IV, 15, 9 sq., utque apud Sallustium, scriptorem vetustatis amantissimum, Hist. I, 87 ed. Kritz.* egredi. — *dicit Accius maiorem esse famam quam pro femina.* — *f. tamen scribend.:* famae enim (famae nam *vitiose Grotius*). — feminam. *de Semela agi videtur. nam et studiosissimi Thraces erant Bacchi et Bacchanalium tempore Philomelam a sorore receptam narrat Ov. Metam. VI, 587 sqq.* — late *Grot.;* lata (*seq.* e) *cdd.* — tirpe *G.* — praeclarae vagat *(om. L_1)* L_1, H_2, *Gs.*

idem Medea:

vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt.

Ennius Hectoris lytris:

cónstitit, cernó, Scamander; árbores ventó vacant.

Pacuvius Periboea:

tríplici pertimefáctus || merore ánimi incerte erráns vagat.

Varro Pseudolo Apolline, περὶ θεῶν διαγνώσεως:

eúm séx pueri ét puéllulaé páriter itém séx
aút séptem sin vero quae† cúm coró parí vagárúnt.

idem Hercules tuam fidem:

per máritimas orás vagat.

SVFFRAGANT, *pro* suffragantur. Pomponius Macco praeterito:

---

37 Accius Medea || 39 Ennius Hectoris lytris || 41 Pacuvius Periboea || 2 Varro Pseudolo Apolline; cf. comm. || 5 Varro Hercules tuam fidem; cf. comm. || 7 Pomponius Macco praeterito.

---

37 idem (*sic Ald.;* item *cdd.*); *cf. 159 l.* pecua. — **39** Haectoris *H; Bamb.* — lystris *L ex corr.; H; Gs;* litris *Bamb.* — **40** cerno *M;* credo *v.* — *cf. comm. in Ennii fab. 143; vitae Enn. pg. 265 sq.* — arbores *Bent.;* arboris *cdd.* — **41. 1** Periboea: triplici. Periboeam triplici *L_1; Bamb.;* Periboea in tripl. *rell.; del.* in *Gifanius.* — Periboea: multiplici *Passerat.* — **2** pseudulo *L, H_2, G;* pseudo *Bamb.* — *puto* Pseudopolline (Pseudoapollo *quidam ap. Turneb. VI, 9*), *ut alius liber Varronis inscriptus fuit:* Pseudaeneas; *ab eodemque* pseudotragoediae *editae. codicum scriptura a mala Plautinae fabulae recordatione traxisse videtur originem.* — *Serapim significari putat Buechelerus; Apollinem* Ψευδόμαντιν *vel* Λοξίαν *Oehlerus.* — *at tum erat potius ponendum:* Apollo Pseudulus. — *de Apollinis apud Admetum servitio cogitat Turnebus; quod sicui probetur, potius restituendum videri* Ψευδόδουλος Ἀπόλλων *adicit Oehlerus.* — *sane propter paucitatem fragmentorum (duo extant, non plura) parum constat de argumento.* — *ipsius certe Apollinis mentionem factam in hac satura demonstrat pg. 478 l.* excalceatur. — θων *H_1 sec. Riesium; Bamb.* — διαγνώσεως *Buechelerus;* αιατνωcεωc *L, H, Bamb.;* αιαγνωcεωc *G;* ἀναγνώσεως *Me;* ἀναγνωρίσεως *Turneb. IV, 8.* — **3** puellulae *Lachmann. Opusc. II, 69; qui et metrum agnovit;* puellae *cdd.* — **4** sin vero quae; in utroque *Me; Lachm.; quae verba cum numeris satisfaciant, tamen quid significent obscurum.* — *illud* cum *si verum est, et ipsum coniunctio, non praepositio. sed ne commate quidem post* utroque *posito sensus fit perspicuus.* — *totum lemma gravius fuisse adfectum in archetypo iam supra memoravi. ita verba Varronis nemo praestet. sententiam puto hanc:* aut septem indugressei compari coro vagarunt. — choro *H_2.* — vagrunt *H_1.* — **5** hercles *H_2, G. quod nescio an sit memoria dignum. nam potuit titulo huius libelli finis trim. iambici vel tetram. trochaici contineri, sicut compluries factum in Varronis saturis.* — **6** per; pro *Bamb.* — oras *Ald.;* horas *cdd.* — **7** Suffragant pro *add. Iun.; apud quem sicut apud priores et Mercerum hic turbatum.* — *l. novi initium in cdd. v. 9.* — Macco *Rothius;* mappo *cdd.* — Pappo *Bentin.* (*qui illud* praeterito *ad v. add. seq.*); *at non est probabile ut Novii, ita Pomponii fuisse Pappum praeteritum; nisi f. et hic scribend.* Novius; *cf. 4, 25 sqq.*

populís voluntas haéc est et vulgó datas:†
primó subfragant, póst refragabúnt, scio.

Sisenna Historiarum lib. XXIII:† multi populi, plurimae contiones dictaturam omnibus animis et studiis suffragaverunt.

MERET, pro meretur. Plautus in Menaechmis:

item huic ultro fit ut meret, potissimus nostrae domi ut sit.

idem in eadem:

adíbo atque hominem accípiam dictis quíbu' meret.

Turpilius Philopatro:

útinam possim tíbi referre grátis, ut de mé meres!

idem Hetaera:

meréto ut diligáre.

AVSPICAVI, pro auspicatus sum. Plautus in Persa:

lucró faciendo ego aúspicavi.

idem in Sticho:

eam aúspicavi ego ín re capitalí mea?

---

10 Sisenna Hist. XXIII; cf. comm. ‖ 12 II, 3, 8 ‖ 14 V, 1, 7 ‖ 16 Turpilius Philopatro ‖ 18 Turpilius Hetaera ‖ 20 IV, 6, 7 ‖ 22 III, 2, 46.

---

8 populi *Ald.* — voluptas *non bene, ut puto, Iun.* — et vulgo datas. *apparet rursus in archetypo locum fuisse obscurum. videtur olim fuisse:* populis voluntas haec est; id (*vel* ita) vulgo ratumst. — 9 primo subfragant, post refragabunt, scio. *sic M;* refragabunt (r *capitali, per lemma, L, H;* refragabant *pr. Bamb.*) pro (per *Bamb.*) subfragabunt (suffr. L_2, *H, Bamb.;* sufr. *Gs*) post scio *cdd.* — refragant primo, subfragabunt post scio *Bothius; quod posset placere, nisi lemma supra restitutum adversaretur.* — 10 Sisenna Historiarum (*om.* L_1; histor̃ L_2; hist. *G, Bamb.*) lib. XXIII *C, Bamb.* — *etiam hic erratum. nam relicua Sisennae fragmenta quotquot afferuntur duodecimi libri numerum non excedunt.* — XXVI *Vatic. 1557;* XXII *Vrbin. 307; Ottobon. 1725; Reg. 1817;* XXIIII *ed. princ.;* XII *a. 1471; 76; 80; 98; Pius; f. recte;* XIIII *Bentin.; Iun.; inde* lib. IV *coniecit* Me_1. — contiones *Vrbin. 307; ed. princ.;* contionis *C, Bamb.;* nationes *Petrus.* — 11 dictaturam; *sc.* Sullae. — refrag. *Vrbin. 307 aliique Romani.* — 13 huic ultro *F, Z ap. Pl.;* hinc ultro *rell.;* hic ultro *C;* in cultro *Bamb.* — *cf. Caesar. pg. 48; 19 sq.; qui recte dicit hunc locum videri olim graviorem traxisse corruptelam.* — potissimum *B ap. Pl.* — 14 in *om.* H_1. — 15 aque L_1. — quibus dictis *elegantius cdd. Pl.* — 16 filopatro *cdd.* — 17 possim *ed. princ.;* possint *cdd.* — gratis *M;* gratias *cdd.* — gratiam, ut de me meres *Bothius;* gratias ut demeres *Ribbeckius.* — 18 hetera *cdd.* — 19 mereto *M;* meret merito *C, Bamb.* (*olim supra* merito *illud* meret *adscriptum erat emendandi causa*). — mereto merito ut diligare *Buechelerus.* — 22 *f.* Sticho; isticho *L*, H_2, *G, Bamb.;* in sticho H_1. — 23 eam auspicavi ego *Acidalius;* ea ego auspicavi auspicavi *L, H;* ea ego auspicavi *ed. Bas.;* cego (istichocego) auspicavi *Bamb.;* eam ego auspicavi *ap. Pl. C, D;* ea ego auspicavi *(om.* i *quod sequitur) B;* ego auspicabi *Ambros. Pl.*

Atta Lucubratione:

cum prímo *fac* luci hódie ut exornáta sit
utque aúspicetis: crás est conmunís dies.

Caecilius Plocio:

'insánum auspicium!' — '*haut* áliter istrióniumst;
aeque út magistratus aúspicant cum públice.'

Naevius Belli Poenici lib. IIII:

verúm praetór advénit, aúspicát auspícium
[prosperum].

DELVCTAVI, pro deluctatus sum. Plautus in Trinummo:

cum hísce erumnis déluctavi.

idem in Vidularia:

quid múlta verba? plúrimum luctávimus.

Terentius Hecyra:

dicítque sese illi ánulum, dum lúctat, detraxísse. ||

SCRVTO. Plautus in Aulularia:

póstremo hunc iam pérscrutavi.

---

24 Atta Lucubratione || 27 Caecilius Plocio || 30 Naev. Belli Poenici IV || 33 IV, 1, 20 || 35 Plautus Vidularia || 37 V, 3, 31 || 1 IV, 4, 30.

---

24 Atta *Ald.;* Acta *cdd.* — 25 fac *add. M;* cum primo l. hocedie *Bergkius.* — 26 utque *M;* atque (adque L_1) ut *cdd.;* atque *Bothius.* — 28 *diverbium institui Bothium secutus; qui quidem cetera male.* — auspicium *G, Bamb.;* hospitium *L; H.* — haud (haut *Ribbeckius*) *add. Spengel.* — istrioniumst; histrionium est *Guietus; Bothius;* istrionum est *C, Bamb.* — istrionium; *i. e.* comicum. — 29 aeque *M;* atque (adque L_1) *v.* — auspicant cum publice *M;* publice (publicae *pr. L*) cum auspicant *cdd.;* publice quando auspicant *Bothius.* — *fuit qui coniceret* cum publicitus auspicant. *illo* publicitus *etiam alibi in Plocio usus Caecilius; cf. pg. 513 l.* publicitus. — *apparet autem hic ut plurimum in fabulis latinis aruspicum augurumque rideri ludibria. — ceterum etiam hac in parte olim fuisse turbas demonstratur eo, quod 30—32 om. Bamb., quodque C post v. 32 exhibet iterum:* Caecilius (Caelius *G*) Plocio: ut magistratus publice cum auspicant (auspiciant *pr. H*). — 30 Nevius *H.* — libro tertio *Ald.; qui primus hoc exemplum addidit.* — 31 verum *Iun.;* virum *cdd.* — advenit *Merula; Mc;* adveniet *cdd.* — prosperum *secl. Iun.* — *sane tale genus additamentorum rarissimum in cdd. Nonii. itaque nescio an melius Spengelius, qui scribendum coniecit* prosprum *et ab hoc novum incipit versum. non licet propter r. m. scribi:* vérum | praetór advénit. prósperum aúspicát auspícium; *cf. libri de v. Saturnio pg. 62.* — 33 pro luctatus sum *Bamb.* — 34 quibus aerumnis (erumnis) *cdd. Pl.* — dum hisce *Hermannus; f.* quis cum. — deluctavit *cdd.* — 38 sese illi anulum *cdd. interpol. Ter.;* illis anulum sese *C, Bamb.;* sese anulum didigito *Bemb.; quo demonstratur olim fuisse lectum* dicitque se digito anulum *vel* dicitque digito se anulum. — 1 Scuto *Bamb.;* Scroto H_1. — Pl.; *cf. 317, 31.*

AVGVRO. Accius Oenomao:

adque éa coniectura aúguro.

idem Amphitryone:

sí sati' recte haut vána ratione aúgurem . . . .

Ennius Melanippa:

certátio hic est núlla, quin monstrúm siet:
hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Pacuvius Chryse:

própemodum animus cóniectura de érrore eius aúgurat.

Cicero ad Calvum: praesentit animus et augurat quodammodo, quae futura sit suavitas. — Vergilius lib. VII:

hunc illum poscere fata
et reor et siquid veri mens augurat opto.

M. Tullius de re publica lib. IIII: cui quidem utinam vere, fideliter abundiente† auguraverim!

ADSENSIT, *pro adsensus* est; [et] *activum positum pro* passivo. Accius Neoptolemo:

úbi nil contra orátionem aequam hábuit, adsensít silens.

idem Erigona:

adséntio: age nunc [tu] tuám progeniem ede órdine.

---

3 Accius Oenomao ‖ 5 Accius Amphitryone ‖ 7 Ennius Melanippa ‖ 10 Pacuvius Chryse ‖ 12 Cicero ad Calvum ‖ 13 Aen. VII, 272 ‖ 16 M. Tullius de re publ. IV ‖ 19 Accius Neoptolemo ‖ 21 Accius Erigona.

---

3 *nullum l. in L.* — Augurio *Bamb.* — Oenemao *Bamb.; etiam in L* e *scr. supra* o. — **4** atque *cdd. pr.* L_1. — ea *accusat.* — **6** h. v. *M;* aut vera (ver L_1*; Bamb.*) *cdd.* — augurem *pr. H; P; ed. princ.;* augurer *rell.;* auguret *ed. a. 1471;* augurent *a. 1476.* — si récte satis aut véra ratione aúgurent *Vossius.* — **7** Menalippo L_2, *H, G, Bamb.;* Melanippo L_1*; corr. Columna.* — **8** certatio *Passerat.;* certo *cdd.* — nullum H_2, *G; non Bamb.* — **9** hoc *supra add. L.* — **10** Chrysae *cdd.* — **11** eius *Ald.;* etius *C, Bamb.; quod olim* eiius *fuisse putat Ribbeckius. sed cf. v. 20* etquam *pro* aequam. — **13** Verg.; *cf. 358 l.* optare. — **16. 17** vere fideliter *supra add. in L.* — abudiente *pr. L.* — abunde ante *malc Iun.;* quidem certe *Me; Madvigius Advers. II, 245.* — *sed ne hoc quidem bene habet:* utinam fideliter auguraverim! *expectes:* vere perinde ut fideliter. — **18** Adsensit — passivo. *ita M;* Adsensit (Assensit L_2, *H;* Adsentit *Bamb.*) est et passivum (pasissivum *pr. H*) *cdd.* — **19** Actius *Bamb.* — **20** nihil *cdd.* — orationem *Passerat.;* rationem *cdd.* — *illud* nihil *ubicumque occurrit apud scaenicos antiquiores, fraudis est suspectum. itaque recipiendam duxi coniecturam Passeratii.* — aequam *Fruterius;* etquam (-ã *in ras.* H_1) *cdd.* — *f.* ubi nil contra rationem atque aequom habuit; *cf. quod in Enn. Hectoris lytris 399 s. l.* spernere *legitur:* ius adque aecum. — adsentit *Bamb.* — siliens *pr. H.* — **21** id est *Bamb.* — **22** tu *om. ed. a. 1471.* — ede *Me;* et *cdd.* — *fuit qui coniceret* ex.

Pomponius Sponsa Pappi:

pól magi' *curabo,* úbi cognorint, ómnis una adséntiant.

CVNCTANT, pro cunctantur. Accius Alphesiboea:

ita térrita membra animo aégroto
cunctánt subferre labórem.

Ennius Ambracia:

béne mones tute, ípse cunctas . . vide fortém virum!

idem Hectoris lytris:

quí cupiant dare árma Achilli, ut [ipse] cúnctent?

ACCINGE, pro accingere. Pomponius Maccis geminis:

iam égo inibi adero: dum égo revortor, áge, anus, accinge ád molas.

CONTEMPLA. Accius Philocteta:

contémpla hanc sedem, in qua égo novem hiemes sáxo stratus pértuli.

Naevius Danae:

contémplo || placide fórmam et faciem vírginis.

Titinius Fullonibus:

aspécta formam adque ós contemplató meum.

Ennius Medea:

asta ádque Athenas, ánticum opulentum óppidum,
contémpla.

---

23 Pomponius Sponsa Pappi || 25 Accius Alphesiboea || 28 Ennius Ambracia || 30 Ennius Hectoris lytris || 32 Pomponius Maccis geminis || 34 Accius Philocteta || 36 Naevius Danae I || 2 Titinius Fullonibus || 4 Ennius Medea.

---

23 Pomponius; *cf. 275 l.* cognoscere est audire; *ubi omissa huius loci mentio.* — Papi *G.* — **24** curabo *om. h. l. cdd.* — *idem habent* cognorit. — omnes *legitur pg. 275.* — **25** pro cunctur *H_1.* — Alpesiboea *Bamb.; pr. L.* — **27** sufferre *L_2; item H.* — **28** anbrachia *C, Bamb.* — **29** cunctas *Bothius;* cunctato *L, H_1;* cuncto *H_2, G, Bamb.* — en vide *nos in ed. Ennii.* — *sed potuit et hauriri ut puta* multum, *quod ad priora referretur, si illud* vide *corriperet ultimam; ut plerumque fit apud vetustissimos.* — **30** Haectoris *H, Bamb.* — lystris *H_2.* — **31** ipse *del. Ribbeckius; cf. v. 29;* ipsi *Iun.* — cunctet *H_1.* — **32** macchis *C;* machis *Bamb.* — **33** inibi *Lips.;* mibi *cdd.* — adere, *sed corr., H.* — revertor *Bamb.* — amus *Bamb.* — accinge *ed. princ.;* accingere, *sed* re *punctis notato, Gs;* accingere *L, H, Bamb.* — **34** filocteta *cdd.* — **35** navem *L_2, H, G, Bamb.* — heimes, *supra* he *scr.* i, *Bamb. sec. Beckerum.* — saxo *Bamb.; v.;* taxo *C.* — **36** Nevius *H, Bamb.* — danea *L, Bamb.;* danaea *m. 2* danae (*pro* ae *caudatum* e) *Hs;* danea *P;* Dane *Gs.* — **1** *verba Iovis de Danae conspecta Mercurio referentis.* — contempla *Ribbeckius; quod propter illud* placide *non videtur posse sat probari.* — **2** fulloni *L, H_1, Bamb.* — **3** atque *cdd. pr. L_1.* — contemplato *Bothius; Hermannus;* contempla *L; H; Bamb.;* contemplo *G.* — aspecta formam meam (*vel* hanc) atque os contempla meum *idem Hermannus.* — **5** astum *Spanhemii cd. ap. Osann. Anal. crit. pg. 119;* astu *non bene Gifanius, alii.* — atque (atque atque *Bamb.*) *cdd. pr. L_1.* — anticum *Rothius; Gs;*

Plautus Asinaria:

meúm caput contémples.

ALTERCATA ES, *activum, non* passivum. Pacuvius Iliona:

'cur ílla, quae tu hic mécum altercatá's?'. — 'tace!'

ARBITRABVNT. Plautus in Sticho:

próbiores vero árbitrabunt, sí probis narráveris.

AMPLEXA, pro amplexare. Accius Alcimeone:

postrémo amplexa frúctum, quem di dánt, cape.

[AMPLEXARI, pro amplecti. Cicero Academicorum lib. I: quas mirifice Plato erat *amplexatus*.]

Cicero de oratore lib. III: nec voluptatem tuentur, quam amplexare poscunt.

CRIMINAT. Ennius Satyrarum lib. III:

nam is nón ben vult tibi, quí *me* falso críminat
apút te.

DIGNAVI, pro dignatus sum vel dignum duxi. Accius Meleagro:

rémanet gloria ápud me; exuvias dígnavi Atalantaé dare.

Pacuvius Hermiona:

cum néque me aspicere aequáles dignarént meae.

---

7 III, 1, 35 ‖ 9 Pacuvius Iliona ‖ 11 I, 2, 87 ‖ 13 Accius Alcmeone ‖ 15 I, 9, 33 ‖ 17 III, 17, 62 ‖ 19 Ennius Satyrarum lib. III ‖ 22 Accius Meleagro ‖ 24 Pacuvius Hermiona.

---

antieum *L; H_1; G sec. ed. Bas.; Bamb.;* antaeum *Hs_2;* antiquum *ed. princ.* — opulenteum *L, Bamb.* — 7 Plaut.; *cf. Gell. XVIII, 12, 1.* — 8 capud *P.* — **9** es *M;* est *v.* — activum, non *add. M.* — **10** cur illa quae tu hic mecum *(ita ed. a. 1471). sic pulchre Duentzerus;* cur illaquetur (inlaquetur *L_1; Bamb.;* illaqueetur *H_2;* inlaqueetur *ed. Bas.*) hic meum *cdd.* — altercata's *M;* altercas *v.* — 'cur inlaqueetur (inlacuetur *Ribbeckius*) hic?' — 'mecum altercas? tace!' *Bothius.* — **11. 12** Plautus — arbitrabunt *om. Bamb.* — stico *pr. Gs.* — vero; credo *cdd. Pl.* — **13** alcimeone *pr. H;* alomeone *L_1;* solomeone *Bamb.;* alcmeone *L_2; H ex corr.; G.* — **14** postremo; *i. e.* ultimum. — *illud* amplexa *recte participium dicit esse Bothius.* — fructum; *i. e.* eventum. — dit *L_1;* du *Bamb.;* dii *rell.* — **15. 16** *quae his vv. continentur, aliena prorsus, primus add. Quicheratus. non extant in L, G. — in H, Bamb. haec:* Cicero Academicorum lib. I quas mirifice (murifice *H*) Plato (Plauto *Bamb.*) erat amplexari (*add. Bamb.:* pro amplecti). — erat amplexatus *Cic.* — *verba* amplexari pro amplecti *post v. 14 hab. ed. a. 1480.* — **17** IIII *pr. H.* — **18** amplexare *H_1; Non.;* amplexari *rell. cum cdd. Cic.* — poscunt *M;* possunt *C, Bamb.;* volunt *cdd. Cic.* — **19** IIII *H_2; G.* — **20** *cf. vit. Ennii pg. 109.* — is *ed. princ.;* iis *cdd.* — ben *scripsi; ne duo anapaesti continuarentur;* bene *v.* — tibi (ibi *L_1; H_1; Bamb.*); *f.* ti. — qui f. cr. *om. Bamb.* — me *add. Quicheratus.* — **21** apud *cdd. pr. L_1.* — **22** Dignavi; Digna *H_1.* — dign. duxi *add. N., quia* dign. sum *et passive dicitur; cf. 286, 28.* — **23** Athalante (Athalantae *ed. Bas.*) *cdd.* — **24** Hermione *L_1.* — **25** *illud* neque *positum pro* ne quidem *demon-*

MISERARENT, pro miserarentur. Accius Athamante:

ádque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

LARGI, pro largire. Lucilius lib. XIIII:

quod viscus? dederas tu quidem hoc est viscera largi.†

Accius Diomede:

benígne ei pro benfício largi adque ámpliter.

Cato *de* lege Baebia: pecuniam inlargibo tibi.

INTVI et CONTVI, pro intueri *et contueri.* Turpilius Pedio:

tamen óculi ex longa intércapidine ádpetunt cupide íntui.

Pomponius Maccis geminis:

incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

PROFICISCERET, pro proficisceretur. Turpilius Hetaera:

hortátur hominem, quám primum || proficísceret.

SORTIRENT, pro sortirentur * * * Varro Rerum humanarum lib. XX: cum venerint censores, inter se sortiant.

[MODERANT, pro moderantur. Pacuvius Periboea:

neque tuúm te ingenium móderat neque fratérnum ira exiliúm levat?]

[SORTIVNT] Ennius Cresphonte:

an ínter sese sórtiunt urbem ádque agros?

---

26 Accius Athamante || 28 Lucilius l. XIV || 30 Accius Diomede || 32 Cato de Lege Baebia || 33 Turpilius Pedio || 35 Pomponius Maccis geminis || 37 Turpilius Hetaera || 2 Varro Rerum hum. XX || 4 Pacuvius Periboea || 6 Ennius Cresphonte.

---

strari non potest. — aspicere *ed. a. 1476;* inspicere *Serv. Daniel. ad Aen. XI, 169;* aspiceret *C, Bamb.* — **26** pro miserentur *G.* — Athanante *Bamb.* — **27** atque *cdd. pr.* L_1. — **28** Luc.; *cf. 184 l.* viscus, *ubi diverbium habetur duorum versuum, ibique comm.* — *vid. a Lucilio venisse* large *adverbium.* — **30** Accius; *cf. 511 l.* ampliter. — **31** ei *Gulielmius;* et *cdd.* — beneficio *idem.* — aque *cdd. h. l.;* atque (adque) *pg. 511.* — **32** de *add. M.* — inlargibo *Ald.;* inlargivo (mlargivo G_1 *sec. Iordanum*) *cdd.;* largibo *Iordanus.* — **33** et *add. M;* contueri *add. Quicheratus.* — **34** *cf. 522 l.* diem. — oculi ex *Ribbeckius* (oculi *Gulielm.*); oculis *cdd.; quod pro nominativo erat accipiendum, nisi praepositione addita vix posset careri.* — intercapedine *L, G, Bamb.* — **35** Macchis *C;* Machis *Bamb.* — **36** incepi *Ald.;* incoepi *cdd.; f.* ut coepi. — **37** pro *om. pr. L;* H_1. — hethera *C;* cthera *Bamb.* — **1** proficeret *Bamb.* — ut pr. *Bothius.* — **2** *aut* Sortiant pro sortiantur *scribendum aut post* sortirent *ponendum lacunae signum.* — **3** convenerunt *edd. veteres.* — cum venerint; *sc.* praetores tribunique plebei quique in consilium vocati sunt; *cf. Varro de l. L. VI, 87 cum comm. Spengelii* (*ibi in superioribus videtur scribendum* unguontur). — *f. etiam hic restituendum quod l. m. legitur* venerunt — sortiunt (sortiunt *iam Odofredus Mueller*). — **4. 5** *haec per errorem huc illata e 472, 17 sqq.; ubi vide comm.* — **5** moderant *Bamb.* — frater non *cdd. h. l.* — ex ira *cd. Iun.* — vetat *cdd.* — **6** Sortiunt *del. Quicheratus.* — Cresfonte *cdd.* — **7** an; avi *Ribbeckius.* — *cf. comm. in Ennii fab. v. 335.* — se *cdd.; corr. Vossius.* — atque *cdd. pr.* L_1.

471 M.

POLLICERES, pro pollicereris. Varro Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς [nam in omnibus legi *ΠΟΑΙΠΕΚΑΟ*]: ὑπέρβατον† ne dares, ne polliceres quid daturum [est].

POPVLAT *activum* est et passivum POPVLATVR. Vergilius Georgicon lib. I:

populatque ingentem farris acervum
curculio.

Caecilius Asoto:

iamdúdum depopulát macellum. . . . . .

Ennius Ambracia:

agros
audaces populant servi domini dominorum.

Quadrigarius: agrum Nolanum populare coeperunt. — Accius Astyanacte:

qui nóstra per vim pátria populavít bona.

Sisenna Hist. lib. IIII: protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit.

PVNITVR aliquem, pro punit. M. Tullius de officiis lib. I: neque ad eius qui punitur aliquem *aut* verbis fatigat, sed ad rei

8 Varro Ἀνθρωποπόλει ‖ 12 I, 185 ‖ 15 Caecilius Asoto ‖ 17 Ennius Ambracia ‖ 20 Quadrigarius ‖ Accius Astyanacte ‖ 23 Sisenna Hist. IV ‖ 25 I, 25, 88.

8 Polliceres *ed. a. 1471;* Pollicere *cdd.* — pollicereris *Pius;* polliceris *cdd.* — Pollicere pro polliceri *Me.* — Anthropopoli *Iun.;* anoputio *πολι* (*ποαι* L_1*; H post ras.; G; ποααι pr. H*) *C, Bamb.* — 9 *περὶ γενεθλιακῆς Iun.; πεκ* (*ιτεκ Bamb.*) *λενεελιακηϲ* (*ita* L_2*; αενεαιακηϲ G; αενεελιακηϲ* L_1*; item* H_2*; ανεεαιακηϲ* H_1*; λενεελιλκηϲ Bamb.*) *C, Bamb.* — *illa* nam — *ὑπέρβατον* (*ὑπέρβ. recte exclusit Riesius*) *a correctore archetypi, qui codices plures adhibuisset, addita in ipsa verba Nonii irrepsisse pulchre intellexit Rothius.* — *ποαιπεκαο: ὑπέρβατον; ποαιπεκαουπερβατον* H_2*; G; ποαιπεκαουπερατον* L_1*; ποαιπεκαουϲπερβαιτον* L_2*;* H_1*; πολιιτεκλουϲπερβλιτον Bamb.* — *illud ὑπέρβατον quomodo explicandum sit non comparet. nam in sequentibus figura talis nulla.* — *illud enim non credo, ita esse scribendum:* ne dares, ne polliceres quid datum (*sc.* permissum) est, *ut verba* datum est *in fine potius quam in principio collocata figura significentur hyperbati.* — *videntur potius ante ὑπέρβατον complura hausta.* — daturum, *om.* est, *cd. N. Fabri;* datum est (*seq.* est) *C, Bamb.* — 11 activum *add. M.* — passivum; *sc.* auctoritate veterum. — 15 Asato *Bamb.* — 17 Ambrachia *H.* — 19 populant *M;* depopulant *cdd.; cf. v. 16.* — domini dominorum *M;* dominorum dominis *cdd.; cf. comm. in Ennii Sat. v. 33 sq.* — 20 coperunt *G;* ceperunt *Bamb.* — 21 Astianacte *H, Bamb.;* Astyaanacte *L.* — 22 nostram *G.* — 23 populabundus *Florent.; Pius;* populabundos *C, Bamb.* — agros populabundus. *similimum exemplum ex eodem libro adfert Gellius XI, 15:* populabundus agros ad oppidum pervenit. — Nuceriam *Gifan.;* Numeriam *cdd.* — 25 II H_2*; G.* — 26 puniet (punit) *cdd. Baiteri.* — aut *om. C, Bamb.* — *ante* verbis *facile potuit hauriri* vel. — ueƀ *Bamb. sec. Beckerum.* — fatigat; castigat *melius cdd. Cic.; cet. cf. comm. Baiteri.*

publicae utilitatem referri. — et Tusculanarum lib. I: quom multi inimicos etiam mortuos puniuntur.

RVMINAT. Vergilius in Bucolicis:

ilice sub nigra pallentis ruminat herbas.

FABRICANTVR. M. Tullius de officiis lib. I: ut enim pictores et i qui signa fabricantur. Plautus Asinaria:

fabricáre *quidvis*, quídvis conminíscere. ||

Cicero de oratore lib. III: Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est.

PALPATVR. Lucilius lib. XXVIIII:

híc me ubi vidit, súbblanditur, pálpatur, capút scabit.†

LVCTANT, pro luctantur. Ennius lib. VIIII:

virei validis *cum* viribu' luctant.

BELLANTVR, pro bellant. Vergilius lib. XI:

et pictis bellantur Amazones armis.

PARTIRET, pro partiretur. Lucilius lib. XXVIIII:

quid? quás partiret rés pro doctriná boni?

Plautus in Asinaria:

hánc quidem, quam nánctus, praedam *páriter* cum illis pártiam.

INPERTIT. Lucilius lib. XXVII:

sóspita, inpertí salutem plúrimam et plenissímam!

---

27 I, 44, 107 || 29 VI, 54 || 31 I, 41, 147 || 32 I, 1, 89 || 1 III, 46, 180 || 3 Lucilius l. XXIX || 5 Ennius l. VIIII || 7 XI, 660 || 9 Lucilius l. XXIX || 11 II, 2, 5 || 13 Lucilius l. XXVII.

---

27 et Tusc.; *cf. 479 l.* poeniuntur. — quom; quo (*seq.* m) *cdd. h. l.;* quum *Me;* cum *id. 479; libri Ciceronis.* — 28 poeniuntur, paeniuntur, poeniantur *cdd. Cic.* — 29 Bucolicon *L*, H_1. — 30 nigram *pr. L.* — herbis H_1. — 31 pictoris *cdd.* — 32 i; ii *v. ap. Cic.;* hi *C, Bamb.* — 33 quidvis *alterum ex Pl. add. Me.* — 1 IIII *Bamb.* — fastidium L_1. — 2 edium *L.* — 3 Luc.; *cf. Fest. pg. 210 s. l.* pedes: Lucilius 'ubi me vidit, caput scabit, pedes legit.' — 4 ubi *om. Bamb.* — vidit *Fest.;* videt *cdd.* — palpatur, caput scabit. — *haec et molossico verbo post thesin posito et iambicis in fine admissis asperiora quin gravius sint interpolata vix dubito. — cet. cf. comm. in Luc. XXIX, 75.* — 6 virei; viri *ed. princ.;* viri a *C;* varia *Bamb.* — cum *add. I. Dousa.* — 7 X *cdd.* — 8 Amadiones L_1; *Bamb.; cf. 272, 26 ibique comm.* — 9 *idem l. 475, 20.* — XXVIII H_1; *P.* — 10 res *M;* ipse *cdd.* — pro; per *Bamb.* — bona *Lugd.* — *sensus ut puto hic:* quid? quas res inpertiretur pro doctrina summi boni? — 12 quidem, quam; quidem hanc L_1. — nactus *L ex corr., H, G, Bamb.; cdd. Pl.* — nanctus *pro* nanctus sum. — pariter *om. cdd.* — 13 *f.* Inperti. — Luc.; *cf. Luc. XXVII, 1; 2.* — 14 sospita, inperti *Lachmannus;* sospitat inpertit (imp. L_2, *H*) *cdd.* — plurimam et plenissimam *ed. a. 1471;* plurima et plenissima *cdd.* — *olim nos* salute et (salute *Lachmannus*) plurima et plenissima. *sed in primo l. XXVII*

COHORTARENT. Quadrigarius Annalium lib. V: et dicerent castra capta esse adque eos cohortarent uti maturarent.

MODERANT, pro moderantur. Accius Epigonis:

viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?

Pacuvius Periboea:

neque tuúm te ingenium móderat neque fratérnum ira exiliúm levat?

MISERESCIMVS. Vergilius Aen. lib. II:

his lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.

Ennius Hectoris lytris:

pér vos et vostrúm *ducum*
ímperium et fidém Myrmidonum, vígiles, conmiseréscite!

PROELIANT. Ennius Achille:

[inta] mortáles inter sése pugnant, proéliant.

CONPLECTITE. Pomponius Fullonibus:

'quin érgo, quando cónvenit, conpléctite.' —
'mi || fráter, salveto!' — 'ó soror salvé mea!'

EXPERGISCERET, pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone subposito:

nequís miretur, cúr tam clare tónuerit,
ut, síquis dormitáret, expergísceret.

---

15 Quadrigarius Annal. V || 17 Accius Epigonis || 19 Pacuvius Periboea || 21 II, 145 || 23 Ennius Hectoris lytris || 26 Ennius Achille || 28 Pomponius Fullonibus || 2 Pomponius Agamemnone subposito.

---

fragmento, quod quin haud longe afuerit ab hoc versu dubitari nequit, illud salutem inpertit *non videtur posse mutari. cf. comm. in 308 l.* fingere, conponere. — **15** quadraginarius G_1. — V; libro VI *coll. Liv. XXVI, 6 probabiliter tribuit Petrus; cuius adeundus commentarius.* — dicereni L_1. — **16** capta *Mc;* facta *cdd.* — atque *cdd. pr.* L_1. — eos *M;* os *G* (*praec.* e); hos *L, H, Bamb.* — maturarent. *recte si iudicatum de hoc fragmento a Petro, videtur olim fuisse* uti maturarent fugam. *cf. Aen. I, 137.* — **17** ephigonis *cdd.* — **18** vident *Bamb.* — **19** Pacuv.; *cf. 336; 471 l.* levare — relevare; moderant *cum comm.* — **20** ira (irae *Lugd.*); *cf. comm. in 336, 26.* — **21** Miserescimus *M;* Conmiserescimus (Comm. L_2, *H, Bamb.;* Conmiscere scimus L_1) *cdd.* — **23** ectoris *L;* H_1*;* haectori *Bamb.* — lystris *L; H; Gs;* listris *Bamb.* — **24** *verba Priami.* — per vos *Palmer.;* ser vos *(sic) C;* uservos *Bamb.* — vostrum; ūrorū *Bamb.* — ducum *add. M.* — **26** Achille Aristarchi *male Ald.* — **27** inta (ita *H, sed* it *m. 2 post ras.*) *del. Duentzerus;* ita *et ed. princ.;* interea *post Klussmannum Lachmannus Comm. Lucr. pg. 80.* — **29** convenit *praesens.* — **1** mi *cd. a. 1471;* mihi *cdd.* — salveto. o *M;* salve o (salveo L_1) *cdd.* — soror *Bamb.;* soro *C.* — *cf. Pl. Poenul. V, 2, 116:* 'mi patrue salve.' — 'et tu salveto (*ita Camerarius;* salve *cdd.*), Agorastocles.' — **2** pro sperg. *G.* — **4** miretur *ed. a. 1471;* miraretur *cdd.* — cur *M;* cum *v.* — *videtur agi de clariore crepitu ventris emisso. cf. Suetonii vitam Lucani pg. 51 ed. Reifferscheid.*

473 M.

LABASCO, pro labor. Accius:

nullúmst ingenium tam átrum neque cor tám ferum,
quod nón labascat língua, mitiscát malo.

Varro rerum divinarum lib. VII: postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi.

CONGREDIAS. Plautus in Epidico:

'quíd si adeam?' — 'haut sciam án congredias, si haéc east'. . . .

CERTATVR, pro certat. Pacuvius Armorum iudicio:

án quis est qui te ésse dignum quícum certetúr putet?

FRVSTRO, pro frustror. Pomponius Maiali:

míseret me eorum, quí sine frustis véntrem frustrarúnt suum.

IMITAT. Varro Epistularum latinarum lib. II: tuum opus nemo imitare potis. — Livius Achille:

ní malos imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

EXECRARENT * * * Afranius Incendio:

expéiurabant, éxsecrabant se ác suos.

PRAEGREDI. Novius Vindemiatoribus:

'quid stás? age, move te. mánen?' — 'i primus.' — 'praégredi.'

---

6 Accius ‖ 9 Varro Rer. div. VII ‖ 11 IV, 1, 16 ‖ 13 Pacuvius Armorum iudicio ‖ 15 Pomponius Maiali ‖ 17 Varro Epistularum latinarum II ‖ 18 Livius Achille ‖ 20 Afranius Incendio ‖ 22 Novius Vindemiatoribus.

---

6 Labasco, pro labor *M;* Labascor (Lavascor L_1) pro lavo (labo H_1; labor *ed. a. 1471*) *cdd.* — 7 non nullum est *G;* nullum est *L, H, Bamb.* — tam atrum *M* (*olim* tam asprum); tantum *cdd.* — tam; tantum, *sed corr., L.* — 8 labascat *Scriver.;* labescat *Bamb.;* labascatur *C.* — 9 VI *Merkelius Proll. Fast. Ov. CXXIV.* — 10 labasci (labisci *Bamb.*); *puto* labascere. — 12 *cf. Goetzii comm. in h. l.* — haut sciam an; haud scio an *cdd. Pl.;* aut sicia an (aut *Bamb.*) *cdd.* — congrediar *Plaut.;* congredias *auctor Nonii; cuius error e sequente* s *videtur traxisse originem. quamquam nescio an olim fuerit* congrediam *in libris Nonii et hoc v. et praecedente.* — si haec ea est *meliores libri Pl.;* si hoc est *C, Bamb.* — haut sciam — east. *haec eidem personae tribuunt cdd. Pl.; et ita haud dubie Non.; sed cf. Goetzii comm.* — 14 *nulla omnino causa cur illud* certetur *dictum existimes pro* certet. — 15 frustor *Bamb.* — 16 frustris *pr. L et G; Bamb.;* furstis *pr. H.* — frustrarum *Bamb.* — 17 Epist. latinarum *M;* epistula (epistola L_2, *H, Bamb.*) latina *cdd.* — tum L_1; *Bamb.* — 18 imitari L_1; *Bamb.* — potis *M;* potes L_1; potest *rell.* — Lucilius Achillae *Bamb.* — Livius; *cf. 365 l.* pretium *ibique comm.* — 19 si *cdd. utrobique.* — males *C;* malas *Bamb.; cdd. 365.* — tu; tum *pr. H.* — praecium L_1; praetium L_2, *H.* — 20 *videtur aut scribendum* Execrare *aut post hoc v. lacunae signum ponendum.* — 21 expeturabant *pr. H.* — execrabant *H, G, Bamb.* — 22 Praegredi *M;* Progredi *v.* — 23 quid stas? age, move te *Iun.; qui primus hoc l. addidit;* quidiscas (qui discas *H, Gs*) egemovete *C;* quidicas ege move te *Bamb.* — te *om. Iun. cd.* — manen'? *Voss.;* i *Me;* mane mi (manemi L_1) *C, Bamb.;* inanem *cd. Iun.* —

CONSOLARE. Varro Oedipothyeste: per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret.

MINITAS, pro minitaris. Naevius Danae:

étiam minitas? mítte ea, *quaeso,* quaé mea sunt magi' quám tua.

Plautus in Amphitryone:

quíd minitabas té facturum, || sí stas pepulissém fores?

MVTVET [mutuum sumat]. Caecilius Asoto:

'ad amícos curret mútuatum?' — 'mútuet causá mea.'

PERCONTA * * * Novius Malevolis:

sí percontassém, malum hoc me praéterisset.

Naevius Belli Punici lib. I:

blánde et dócte pércóntat,
Aenéa quó pácto Tróiam urbém linquísset.

---

24 Varro Oedipothyeste || 26 Naevius Danae || 28 Plautus Amphitryone || 2 Caecilius Asoto || 4 Novius Malevolis; cf. comm. || 6 Naevius Belli Punici I.

---

prius, *sed corr., Gs;* prius *L sec. Zangemeisterum* (primus *auctore Rothio*), *Bamb.* — praegredi *M; qui et diverbii partes disposuit;* progredi *cdd.* — 'i primus.' — 'praegredi.' *cf. Sophocl. Electr. illud:* ἀλλ' ἕρφ'. — ὑφηγοῦ. — σοὶ βαδιστέον πάρος. — **24** Consolaret *Quicheratus; Ho_2; mrg. G.* — Oedip.; ōedipothyeste L_2 (oedipotthyeste *L sec. Riesium*); oediopotthieste *pr. H.* — Oedipothyeste; *cf. Laevii illa:* Sirenocirca; Protesilaodamia. — odipus *pr. L; Bamb.;* oedippus *G.* — **25** qui *ablativ.* — consolaret; *sc.* calamitatem suam. — **26** pro minitaris H_1*; in mrg. adscr. m. 2* pro minaris; *ita rell.; edd. pleraeque.* — Naevius *Pius;* Livius *cdd.* — Dariae *Bamb.;* Danea (Dane a L_1) *C.* — **27** ea; ae L_1; a (aquae) H_1; *f.* ea *delendum.* — quaeso *add. M.* — quae mea sunt magi' quam tua *M;* quae tua sunt magis quam mea *v.* — **1** fact. *om.* L_1. — si istas *cdd. pr.* L_1; sistas *Lugd.* — **2** Mutuet *H post ras.; P; Iun.;* Mutum et; Mutumet *rell.* — mutuum sumat *del. Quicheratus.* — Asato *Bamb.* — **3** causa mea *Quicheratus;* mea causa *v.* — *hoc servato trimetros instituit Ribbeckius, quorum prior finiretur post* mutuet. — **4** *post* Perconta *exemplum puto haustum;* Percontat *Paris. 7665; Montepess.; v.;* Percunctat *ed. princ.* — Malivolis *Bamb.* — Malivolo *cdd. 126, 20.* — *ac difficile dictu utrum praeferas.* — **5** si percontassem, hoc praeterisset me malum *integro versu Ribbeckius.* — **6** Nevius (iu *supra add.* L_2) *cdd.* — II *cdd. et pg. 335.* — **7. 8** *cf. 334 l.* liquerit — reliquerit *cum comm.* — *ubi quam praetuli scripturam propter r. m. interpolationis suspectam non dissimulavi.* — *f. talem in modum disponendi numeri:* blande ét docté percóntat, quó pacto Aénéa | urbém Troiám linquísset. — percontata *Bamb.* — Aenea; aeñ *L;* aeneidos H_1; en *Bamb.;* aennius H_2; ennius *G.* — Troiam urbem *cdd. utrobique.* — liquisset *Merula;* reliquisset (relinquisset L_1) *cdd. h. l.;* liquerit *plerique 335.* — Aenes *pro* Aenea *Buechelerus. quae forma potuit admitti, si illud* Aeneus *(quod alias invenitur nomen) et pro Veneris filio positum existimaris; id quod suspicari licet propter Vergilianum* Aenides. — *tali autem pacto poterit servari ordo traditus verborum.* — *quae cum ita sint, nescio an locus sit constituendus in hunc modum:* blande ét docté percóntat, Aénes quó pácto | urbém Troiám linquísset.

474 M.

OMINAS. Pomponius Cretula vel Petitore:

'bene évenat!' —
'ita fíat. et tibi béne sit, quom recte óminas!'

SAVIES. Pomponius Munda:

ego íllam non ampléctar? ego non sáviem?

Novius Quaestione:

mámmas téneás, pedés éxtulás, sáviés,
cóm gemit.

PACISCVNT. Naevius Belli Poenici lib. VII:

id quoque paciscunt * * * moenia sint * * *
* * * quae Lutatium concilient.

et:

captívos plúrimós ídem,
Sícíliensés pacíscit óbsidés ut réddant.

CONVIVANT, pro convivantur. Pomponius Munda:

sí calendis *híc* convivant, ídibus cenánt foris.

Ennius Satyrarum lib. I:

---

9 Pomponius Cretula ‖ 12 Pomponius Munda ‖ 14 Novius Quaestione ‖ 17 Naevius Bell. Poen. VII ‖ 20 Naevius Bell. Poen. ‖ 23 Pomponius Munda ‖ 25 Ennius Satyrarum l. I.

---

9 Petitore *Bent.;* petiture (peticurae *H*) *cdd.; cf. 206 l.* forum. — **10** evenat *Ribbeckius;* eveniat *cdd.* — **11** fiat *Ribbeckius;* sit *cdd.* — tibi bene; *utrum* ti bene *sit legendum an* tibi ben *vel* ti ben *discerni nequit. — quod fuit qui existimaret non concludendum ex eo quod pro* mihi *dicatur* mi *et pro* tibi *dictum esse* ti, *equidem minime nego. sed enim lingua nulla caret erroribus analogiae imagine ortis. et extitisse formam illam evincit multitudo locorum qui aliter non possint scandi salva r. m.* — quom *M;* qui *cdd.* — hominas *G.* — **13** amplectare *Bamb.* — sabiem (sabiaem *Bamb.*) *cdd.* — **14** questionem *L*, H_1; questione H_2. — **15** *creticos instituit M.* — ammas *L;* H_1. — extulas *M;* extollas (o *in ras. H*) *cdd.* — pedes extulas; *i. e.* ad concubitum te paratum ostendas. *ita alii* tollere pedem. — **16** cum gemit (*sc.* amica) *Iun.;* congemit *cdd.* — **17** Nevius *H, Bamb.* — punici *Bamb.* — **18—22** *duo loci misere mutilati coierunt in unum. — ac ne hoc quidem certum, verba* id quoque paciscunt *utrum initium an finem efficiant versus saturnii, sic scandendum:* íd quoqué pacíscunt. — quodque *pr. L.* — paciscunt *ed. a. 1471;* paciscuntur *cdd.* — *f.* paciscunt ut. — *illud* moenia *utrum* munia *significet an* muros *non comparet.* — sin *Bamb.* — que luctatium H_1. — concilient *M* (reconcilient *Hermannus*); reconciliant *cdd.* — **20** et *add. M.* — **21** idem *f. ad Naevium pertinuit praecessitque ei quod est* captivos. idem *punctis del. in G;* Idem *praemisso puncto Bamb.* — *in ed. Naevii ita locus totus a nobis constitutus:* id quóque (*sc.* praeter alia multa) pacíscunt, moénia út sint quaé concílient Lutátiúm. captívos plúrimós ídem, Sicílienses pacíscit óbsidés ut reddánt. — *sed gravius adfecta videntur verba Naevii, neque primi versus iam placent numeri.* — **24** hic *add. M;* domi *Duebnerus.* — convivant *ed. princ.;* convivantur *cdd.* — caenant *Bamb.*

malo hércle magno suó convivat síne modo.

MIRABIS. Pomponius Patruo:

fácies fátue, mírum si stud nímium mirabís diu.

VRINANTVR. Cicero in Academicorum lib. II: siquando enim nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum aut obscure admodum cernimus.

MISERETE. Ennius Hecuba:

miseréte, manu
date férrum, qui me animá privem!

OPINO, pro opinor. Plautus Bacchidibus:

Praénestinum opíno esse: ita erat glóriosus!

Pacuvius || Chryse:

invéni, opino [esse optumum], Oréstes uter essét tamen.

Ennius Eumenidibus:

ego sápere opino esse óptumum [et] pro víribus:
tacére ac fabulári tute nóveris.

Caecilius Asoto:

níl fore opino intér me adque illum.

PROMERES, pro promereris. Plautus in Trinummo:

nam retinérei nequeo, quín dicam ea quae prómeres.

---

27 Pomponius Patruo || 29 Cicero Academ. II || 32 Ennius Hecuba || 35 Plautus Bacchidibus || 1 Pacuvius Chryse || 3 Ennius Eumenidibus || 6 Caecilius Asoto || 8 III, 2, 15.

---

26 magno suo *Bothius;* suo magno *cdd.* — *idem instituit diverbium hoc:* 'malo hercle magno suo convivat.' — 'sine modo.' — convivant *Lugd.* — 28 facies fatue, mirum *M;* mirum facies, fatue *(vocativ. vel adverb.) v.* — mirum; *h. e.* quod tibi videtur mirum. — stud nimium *Lachmann. comm. Lucr. pg. 197;* studium (fatues istudium Ho_1; *P) cdd.* — istud studium *Vossius; f. recte.* — 29 Academicorum *M;* achademicis (acad. H_2; *G; Bamb.) cdd.* — 30 ut nihil super huma ut L_1. — 32 ecuba *cdd.* — 33 miserete; ete *in ras. L.* — manu *M;* manus *(unum punctum infra* m, *duo supra erasa in L) cdd.* — anuis *non bene in scriptore tam antiquo Scal., qui metrum agnovit.* — *debebat certe esse* anuos. — 36 *cf. Spengel. de cant. Plaut. pg. 275.* — *Ritschelius et Goetzius tetrametrum bacchiacum instituerunt; quo numero sane constant quae praecedunt.* — erat *ed. princ.;* erat (erit) *cdd. appendicis libri XI vel XVI Prisc. (I, 575 ed. Hertz.);* errat *C, Bamb.* — 1 Chrisse *Gs;* Chrysae *rell.* — 2 opinio *Gs.* — *illud* esse optumum *e v. 4 huc illatum intellexit Ribbeckius.* — 2—4 Orestes — esse optumum *om. Bamb.* — 3 uter esset *Rothius;* ut heres sed *cdd.* — tamen *pro* tandem. — 4. 5 ego sapere opino — tacere ac *M; et ita Bothius exc. quod scribit:* sapere esse opinor; *f.* tacere et; *cdd.:* tacere opino (opinio *pr. L*) — sapere atque (adque L_1; atquea H_1). — optutum *G.* — et pro *cdd.;* et *del. Bothius.* — fabularitate noveris *Bamb.* — 6 Asato *Bamb.* — 7 nihil *cdd.* — opinio *Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1. — me H_1; *Ald.;* mea *C pr.* H_1; ma *Bamb.* — 8 pro *om. cdd. pr.* H_1. — in *om. Bamb.* — 9 retineri *cdd. Pl.;* retinere *Non.*

475 M.

OPITVLA. Livius Equo Troiano:

dá mihi hasce opes,
quás petó, quás precór, pórrige, opitula.

FITE, imperativo modo. Cato de praeda militum dividenda: tum dites fite. — Crassus lib. XVI Iliados:

o socii, nunc fite viri.

Livius Odyssia:

síc quoqué fítumst.

PAENITEBVNT. Pacuvius Armorum iudicio:

próloqui non paénitebunt líbere ingrato éx loco?

PARTIRET, pro partiretur. Afranius Divortio:

cum téstamento pátria partirét bona.

Lucilius lib. III:

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
partisses.

---

10 Livius Equo Troiano ‖ 13 Cato de praeda militum dividenda; cf. comm. ‖ 14 Crassus Iliad. XVI ‖ 16 Livius Odyssia ‖ 18 Pacuvius Armorum iudicio ‖ 20 Afranius Divortio ‖ 22 Lucilius l. III.

---

11. 12 *cf. Spengel. de cantic. Plaut. pg. 68 sq.; quem ego sum secutus. — Ribbeckius in priore editione tetrametros creticos instituerat sic:* da mihi | hasce opes, quas peto, quas precor: porrige, | opitula; *in quibus tamen finalis bis in hiatu posita eademque parum validum sonans displicet. — elegantiores commendat Spengelius hos:* da mi hasce opes, | quas peto, quas precor, porrige atque opitula. — asce *pro* hasce L_1. — porrige *cd. N. Fabri;* corrige *C, Bamb.* — **13—19** *ut in fine huius capitis turbatum admixtis, quae ad partem IX pertinerent, ita hic et compluries infra illatis, quae ad tractatum de mutatis coniugationibus essent referenda.* — **13** militum; *ita et pg. 510 s. l.* avariter; militibus *recte Gell. XI, 18, 18.* — **14** tum dites *Quicheratus;* tu dives *cdd.* — site, *ut vid.,* L_1. — tu dives fito *Lauremberg.; f. recte. nec enim semper in hoc capite lemma praefixum ad primum pertinet exemplum.* — fito Crassus. — Cn. Mattius *Struvius.* — Cr.; *Ninnius Crassus; qui Homeri Iliadem latine vertit; ut puto etiam illam, quae vocatur Cypria. — a Nonio venit:* Iliados lib. XVI. — **15** o *add. Iun.;* nunc *minus bene Scal.; cf. Il. XVI, 270:* ἀνέρες ἔστε, φίλοι. — **16** luvius *pr. H.* — **17** sic *Hermannus;* fit *cdd.; cf. Odyss. XIII, 40. — minus bene, ut puto, scandetur:* síc quoque fítumst. — **18** Poenitebunt *Quicheratus; neque quidquam notat Onionsius;* Paenitebant *L; G;* Poenitebat *Bamb.;* Penitebunt *Hs;* Penitebant *P.* — **19** proloqui non *Hermannus;* prologo nunc *cdd.* — *tantum Terentii fabularum prologos aliquando memorat Nonius.* — penitebunt *H; Bamb.* — libere *M* (liberi *Hermannus, alii*); ingrato *Hermannus;* libunt (bibunt *pr. G*) liberi (biberi *pr. G*) grato *cdd.* — *de captivis Troianorum agitur, quos iudices Aiacis et Vlixis facinorum destinaverant Graeci; cf. Odyss. XI, 547. — interrogandi signum add. M.* — **20** *cf. 472, 9.* — Partiret H_2*; ed. princ.;* Partire *rell.* — **21** partiret *M propter lemma;* partis et *Bamb.;* partisset *C; v.* — **24** partissis L_1*; Bamb.*

Accius Chrysippo:

aeternábilem
dí utinam *pacém* partissint.

Ennius Telamone:

eándem in me suspícionem scéleris partivít pater.

RECORDAVIT. Quadrigarius Annalium lib. V: is ubi Dasium cognovit et patriae veteris recordavit.

POTI, pro potiri. Pacuvius Iliona:

tu sí conere, crédo, avitum hunc scéptrum patientúr poti.

PRESTOLAT, pro prestolatur. Turpilius Pedio:

ego préstolabo illi, eó citante *ut* ópitulem.

Livius Tereo:

ními' pol inprudénter servus† préstolaras. ‖

REVORTIT. Pomponius Maiali:

cénam quaéritat:
si eúm nemo vocát, revortit méstus ad menám miser.

---

25 Accius Chrysippo ‖ 28 Ennius Telamone ‖ 30 Quadrigarius Annal. V ‖ 32 Pacuvius Iliona ‖ 34 Turpilius Pedio ‖ 36 Livius Tereo ‖ 1 Pomponius Maiali.

---

25 cresippo L_1; *Bamb.;* crisippo L_2, *H.* — 27 di utinam *M;* divitiam *v.* — pacem (*sc.* in Chrysippum Atreumque et Thyestem) *add. M.* — partissint *Ribbeckius; M;* partissent *cdd.* — 29 in me *Passerat.; alii;* me in (in *om.* H_1) *C, Bamb.* — *cf. Phaedr. III, 8, 13:* dulcemque in ambos caritatem partiens. — 30 Quadrigarius; Qua *in ras. L.* — Annalium *M;* Annali *cdd.* — III H_2; *G; Bamb.* — *ut puto in archetypo fuit* VI. — is; i *m. 2 add. in L.* — Dasium *Rothius;* Decium *Augustin.* — *neutrum nomen alienum a rebus belli Punici secundi; cf. Petri comm. in h. l.* — Decium *si recte habet, Decius Magius vid. intellegendus; qui Hannibalis iussu Carthaginem missus est, sed tempestate delatus Cyrenen ibique liberatus.* — *cf. Liv. XXIII, 10.* — 31 cognovit *pro* agnovit. — patriae *(ita Iun.)* veteris rec. *M;* patria eum rec. *C;* patriaeūrecordavit *Bamb.* — *illud* recordavit *pro* recordatus est *positum adstruit Nonius* (patriae eum *male v.*). — 33 tu si conere *Me;* usi onere *L,* H_1 (*hic* usione recredo); *Bamb.;* usi honere H_2; *pr. Gs;* usi honore *ex corr. id.* (honore, c *supra* o *alterum scr., G sec. ed. Bas.*). — avitum hunc *M* (avitum *Me;* adhuc hunc *Quicheratus*); adhuic *cdd.* — pacientur L_1. — *verba sunt Iliones ad Polymestorem de Polydoro, nepote Priami.* — patientur; *sc. Graeci, qui Polydorum ad necem efflagitabant.* — 34 Praestolat *H.* — prestolaretur *L;* prestolatur *rell.* — 35 praestolabo *ed. Bas.; Bamb., ut vid.* — ilieo cicant (*sec. Fleckeisenum* cicante) *Bamb.* — illi *vid. adverb. loci.* — ut opitulem *Bothius curis alteris;* opitium (opicium H_1) *C;* optitum *Bamb.* — illi ut citanti opi sim *crassa, ut solet, interpolatione cd. N. Fabri.* — ego praestolabo illi oscitans ante ostium? *peringeniose Bothius ed. priore (interrogandi signum add. Ribbeckius).* — 36 Luvius *Bamb.* — 37 *haec quo pertineant prorsus incertum.* — servos *Scriver.;* servis (*potuit* serveis) *Iun.* — *f. illud* ser *ex praecedente* ter *ortum et scribendum* usque prestolaras. — praestolaras *Bamb.* — 2. 3 *numeri trochaici.* — caenam *H.* — menam *C, Bamb.;* maenam *cdd. quidam ap. Gothofredum.* — mena, *ut* muréna. — ad Menam *Iun.*

476 M.

RHETORICASTI. Novius Asino:

áge nunc, quando rétoricasti, résponde quod té rogo.

TVTANT. Plautus in Mercatore:

ínvoco
vós, Lares viáles, ut me *béne* tutetis.

Naevius Lycurgo:

tuós qui celsos términos tutáut..

Pomponius Parcis:

nón erat, qui córpus tremulum fámula tutarét, toga.

Pacuvius Periboea:

tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

PATITOR, pro patere. Plautus in Asinaria:

patitor tú item, cum ego te réferiam.

COPVLANTVR, pro copulant, passivum pro activo. Plautus in Aulularia:

adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras.

PRAESAGITVR, pro praesagit. Plautus Bacchidibus:

'óccidi!' — 'animus iám stoc dicto plús praesagitúr mali.'

EXPALPABITVR, pro expalpabit, quod est extorquebit. Plautus in Vidularia:

. sérvus a patre árgentum expalpábitur.

---

4 Novius Asino ‖ 6 V, 2, 23 ‖ 9 Naevius Lycurgo ‖ 11 Pomponius Parcis ‖ 13 Pacuvius Periboea ‖ 15 II, 2, 108 ‖ 18 I, 2, 38 ‖ 20 IV, 4, 28 ‖ 22 Plautus Vidularia.

---

4 Rhetoricasti; Rhetoricasti pro rhetoricatus es *add. Iun.; om. pariter cum lemmatis nota cdd.* — Asino *Iun.* (*cf. Indicem sub* Novius); asinio *cdd.* — *ita Pomponii fuit* Asina. — 5 retoricasti H_1; rethoricasti L_1; rhetoricasti *rell.* — q. ret.; *i. e.* quando multa profudisti rhetoris in modum verba. — 8 diales *C, Bamb.* — bene *om. id.* — tutetes L_1. — bene iuvetis (uiuetis *B Pl.*) *Camerar.* — 9 Nevius *H, Bamb.* — Lecurgo L_1; Licurgo *Bamb.* — 11 Parcis *Bothius;* partis *cdd.*; Patruo *Bentin.; cf. 474 l.* mirabis. — 12 qui *Ribbeckius; Quicheratus;* quid *cdd.;* quod *non bene Ald.* — famula *nominativ.* — 14 et *f. delendum* (*praec.* e, *seq.* t). — tota L_1; H_1; *Bamb.* — templo *Alb. Langius;* templa *cdd.* — 15. 16 *f.* Patito — patito. — Patitur *L;* H_1; *P; Bamb.* — patitur *P.* — tui item *C, Bamb.* — 17 *cf. 479, 21 sq. ibique comm.* — 20 praesagat *L;* H_1; presagat *Bamb.* (*idem et* Presagitur *et mox* presagitur). — 21 *cf. comm. Goetzii.* — animis *C, Bamb.* — istoc *cdd. Pl.* — 22 expalpavit L_1, *Bamb.;* expalpabitur *pr. H.* — quod est extorquebit *del. Quicheratus, f. recte; quamquam potuere illa addi, quod rarissimum esset expalpandi verbum.* — Plaut.; *cf. 104 l.* expalpare. — 24 nunc servus *cdd. 104; ubi nos:* num. — *ad Soterinem virginem a lenone redimendam haec posse pertinere statuit Winterus Pl. fab. deperditarum frgm. pg. 17; cf. tamen comm. in 332, 42.*

REDDIBO, pro reddam. Plautus in Casina:

ruri réddibo.

idem in Menaechmis:

sálvum tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo . . . .

LVDIFICATA ERO hominem, pro *ludificavero. Plautus Milite:*

ni lúdificata lépide
ero,† cúlpam omnem in me inpónito.

OSCVLAVI. Titinius ilarubra:†

laudór quod osculávi privignaé caput.

EXPEDIBO, pro expediam. Plautus in Truculento: ||

ego expedíbo:
rem pérdidi apud vos.

Pacuvius Periboea:

mane, éxpedibo. fác mi contra quód rogo respóndeas.

MANDVCATVR, pro manducat. Pomponius Pappo agricola:

néscioquis, molám quasi asinus, úrget uxorém tuam:
íta opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

---

25 I, 41 || 27 V, 7, 49 || 29 III, 3, 53 || 32 Titinius; cf. comm. || 34 I, 2, 36 || 3 Pacuvius Periboea || 5 Pomponius Pappo agricola.

---

25 Reddibo; *idem l. 508.* — 26 redibo L_1. — 28 tibi, *om.* ita, H_1. — tibi item *vel* item tibi *cdd. Plaut. priore loco (post v. 1028, ubi versus 1037—1043 etiam habent).* — **29. 30** hominem *del. Lips. Antiq. Lect. IV, 20.* — pro; ro *Bamb., pr. L.* — ludificavero Pl. ni *add. Lips.;* Mil. *add. Me.* — **30. 31** lepide ero *vel* lepidae pro (*ab* ero *vel* pro *novi v. initium*) *cdd. Pl.;* lepido ero *C;* lapide ero *Bamb.* — *non bene Ritschelius illud* hominem, *quod a N. potius e v. priore Pl. adsumptum, hic repetit ita:* ni ludificata ero hominem. *multo enim minus displicet iteratum* lepide, *in quo magna vis inest, licet iam vv. 51, 2 habeatur* lepide, lepidius. — ni l. ero lepide *Brixius ed. pr.;* ni ludificaro lepide *numeris magis rotundis Ribbeckius.* — culpam omnem in med inponito (impunito) *cdd. Pl.;* culpam omnem in me inponit (imp. L_2, *H*) *C;* culpam in me omnem inponi *Bamb.* — **32** Osculavit H_1. — ilarubra (ila *f. m. 2 add. L*) *cdd.;* Insubra *Ribbeckius;* Vlubrana *Momsenus;* Illecebra *Bothius;* Hilla rubra *Quicheratus; puto* Ilarula; *i. e.* Hilarula. — *sane titulus fabulae vid. latere.* — **33** *novercae vid. esse verba.* — ludor *Bothius; cuius si recte habeat commentum, de vitrico potius cogitandum.* — osculavi, *supra* os *scr.* b, *G.* — privignae *ed. a. 1476;* privigne *C;* provigne *Bamb.* — **34** *idem l. 505.* — Expedivo *G.* — **1** ego *om. Bamb.* — **2** aput vos *Ambros. Pl.; om. B, C, D.* — **3** peribo eama *pr. L.* — **4** *post* fac *add.* tum *L*, H_2, *G*, *non Bamb.* — expedibo actutum: ibi contra *Gulielmius.* — fac tu *(ita Delrio)* contra mihi *Ribbeckius.* — mihi *cdd.* — **5. 6** agricolanus (e *supra* u *scr. m. 2*) scio *H.* — molam quasi asinus, urget *Luchsius* (molam *iam Ribbeckius in ed. priore, ubi male illud* nescioquis *elatum per ditrochaeum*); ellam urget quasi asinus *cdd.* — **7** ita *(om.* H_1*)* opertis oculis; *cf. Appulei. Metamorphos. IX, 11.* — simitu *Bothius;* simul *cdd.* — manducantur H_1. — molit *Iun.;* molet *cdd.*

477 M.

Lucilius Satyrarum lib. IIII:

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum.

idem lib. XIIII:

num hilum quid satiat quod manducamur in ore?

Afranius Fratriis:

facile mánducari quí potest.

MISERETVR, pro miseret. Turpilius Epiclero:

quom mátris tum patrís me miseretúr magis.

Pacuvius Atalanta:

cepísti me istoc vérbo, miseretúr tui.

MVNERATVR, pro munerat. Turpilius Thrasyleone:

dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit.

RIXAT, pro rixatur. Varro Armorum iudicio: illic vero hortari ut rixarent praeclari philosophi. — idem Serrano, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν*:

dórmit alius. vígilant, clamant ní mirum, calént, rixant.

idem de re rustica lib. I: ne familiae rixent cum vicinis.

---

8 Lucilius l. IV ‖ 11 Lucilius l. XIV ‖ 13 Afranius Fratriis ‖ 15 Turpilius Epiclero ‖ 17 Pacuvius Atalanta; cf. comm. ‖ 19 Turpilius Thrasyleone ‖ 21 Varro Armorum iudicio ‖ 22 Varro Serrano ‖ 25 I, 15, 1.

---

8 Lucil.; *cf. comm. in 81, 29.* — **9** nec *per interpol. 478 s. l.* conmanducatur. — **10** conmanducatum *cdd. h. l.* (conēmanducatur H_1; conmanducandum *pr. G;* conmandatum *Bamb.*). — **12** num hilum quid satiat *M;* cum illud quid faciat *cdd.* — *post ras. in L.* — **13** fratris *cdd.* — **14** *f.* qui *(abl.)* p.? — **15** Miseret (Misere H_1) pro miseretur H_1; *Bamb.* — **16** quom *M* (cum *Bothius*); quam *cdd.* — matris H_1; *Ald.;* maris *rell.* — tum *Bothius;* tunc *cdd.* — quam matris nunc *Ald.* — ratris *Bamb.* — **17. 18** Atalanta: cepisti *Me;* at (ad L_1; *Bamb.*) accepisti *cdd.* (cepisti *pr. G.* — *in archetypo erat scriptum* Atal.). — atat *Gulielmius; quod sicui placuerit in fine praecedentis versus collocandum.* — istoc verbo *Me* (isto cum verbo *ed. princ.*); isto cum herbo (erbo H_2, *G*) *cdd.* — *verba sunt Atalantae ad Parthenopaeum, qui ad mortem cum traheretur suspicionem matri percontanti movit de origine sua; cf. comm. in 85, 7.* — *nam ineptus fuit qui illud* verbo *referret ad sequentia.* — **19** Muneratur pro munerat *Bamb.; Paris. 7666;* Munerat pro muneratur *C* (*pr.* munera, *tum* munerat L_1). — trasyleone *cdd.* — **20** muneratur *Bothius;* munerat *cdd.* — al illo *G.* — **21** Rixatur pro rixat *Bamb.* — illic *vid. esse adverbium; f.* illinc. — vero *M;* viro *Bamb.;* viros *rell.; f.* ultro. — ortari *Bamb.* — **22** pedari, *tum* preclari *L;* peclari *Bamb.* — filosofi *L.* — hortari *(infinitiv. historicus) iungendum cum* praeclari philosophi. — **22. 23** *περι* (*περ Bamb.*) *αρχηρεσιον* (*αρχηρεσιων H*) *C, Bamb.* — **24** vigilant, clamant ni mirum *M;* nimirum vigilant (vigilat H_1) clamant *v.* — *cf. comm. in 137, 4. 5.* — calant, *m. 2* calaent *H.* — **25** de re rustica *Lips.; Me;* de rerum natura *cdd.* — II *pr. H.* — rixentur *C, Bamb.; cdd. Varr.; corr. ed. princ.*

ADIVTATVR, pro adiutat. Pacuvius Doloreste:

íllum quaero qui ádiutatur.

Afranius Inimicis:

hoc, óbsecro, igitur ágite et me adiutámini.

Lucilius lib. XXVII:

néc si paulo mínus usurast mágna adiutatús diu.

PIGNERARETVR, pro pigneraret. M. Tullius de re publica lib. I: sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingeni, consili partis ipsa sibi || ad utilitatem suam pigneraretur.

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro [in] *Ἔ͂υρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων*: ita uti soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari. — Quadrigarius Annalium lib. VIII: eilico populus murmurari coepit. — Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*: hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab is amari, conmurmurantur *αὐτοί*. — idem Virgula divina: praesertim cum ventrem meum coherceam nec murmurari patiar.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline, *περὶ*

---

26 Pacuvius Doloreste || 28 Afranius Inimicis; cf. comm. || 30 Lucilius l. XXVII || 32 I, 4, 8 || 2 Varro *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα* || 4 Quadrigarius Annal. VIII || 5 Varro Papia papae || 7 Varro Virgula divina || 9 Varro Pseudulo Apolline.

---

26 Duloreste *cdd. pr.* H_1. — **27** *f.* adiutetur. — **28** Inimicis; amicis H_1; *ut dubius fiat fabulae huius titulus.* — *cf. tamen 306, 28.* — **29** obsecro is igitur *Bamb.* — **31** usurast *M* (usura est *Corpetus*); usuras *(om.* L_1*)* et *C, Bamb.* — *hoc fragmentum praemittendum ei quod legitur 275 s. l.* conmodare, mutuari. — **33** ingenii *cdd.* — ingenii, consilio, *supra* o *scr.* i, *Vatic. Cic.*; consilique *coni. Halmius.* — **1** ad *cd. Vatic. Cic.*; id *C, Bamb.* — pignaretur *Bamb.* — **2** in *secl. M.* — heu (eu H_1) renulo pasto (parto H_1) poma *C, Bamb.*; *cf. comm. in 399, 34.* — *περινευαμηκοτων* L_1; H_2; *G*; *περινεϲυαμηκότων* L_2; H_1; *περινεϲαμηκοτων Bamb.* — *cf. l. m.* — **4** *a* plodere *novum l. L.* — cepimus *L, G, non Bamb.* — Annalium *M*; annali *cdd.* (Anna *G sec. ed. Bas.*). — **5** eilico *M*; in eo (meo *sine* in Ho_1; *P*) loco *v.* — **6** *ενκωμιων L, G*; *ενκωμιον H*; *ενκομιων Bamb.* — Grecis *L, G, Bamb.* — renunciato L_1, G_1. — hoc — renuntiato; *ablativus absolutus.* — ut — amari; *haec suspensa a sequentibus.* — intellelegeres *L.* — is; iis *Quicheratus*; his *v.* — **7** *αὐτοί Oehlerus*; autoi *Bamb.*; auto i *L*; auto (*seq.* i) *H*; *G*; *αὐτῷ Ribbeckius.* — *αὐτοί si recte habeat, positum vid. pro αὐτόματοι, i. e.* ultro. — **7. 8** praesertim; praeser *Bamb.* — patiar *Iun.*; patiatur *cdd.* — *totum locum olim trimetris iambicis discripseramus ita:* praesértim cum ventrém meum cohérceam | nec múrmurari pátiar. — *probavit Quicheratus pg. 678, ita quidem, ut ad emolliendos numeros bene reponeret* praesertim ventrem cum meum. — *sed ego hic ut alibi in saturis Menippeis restituendis secutus iam sum hanc viam, ne iambicos trochaicosve numeros, qui ultro plerumque oriuntur et in scriptis pedestribus latinis, in versus cogerem nisi indiciis locupletioribus.* — **9** Pseudulo; *cf. comm. in 467 sq. l.* vagas.

478 M.

ϑεῶν διαγνώσεως: quod in eius dei templa calceati introeunt; nam in oppido quoque est aedes Apollinis, adque ibi hercules, ut introeat, nemo se excalciatur.

NVTRITVR et NVTRICATVR, pro nutrit et nutricat. Varro Testamento, *περὶ διαϑήκης*: e mea *φιλοφϑονίᾳ* eos, quos Menippea haeresis nutricata est, tutores do * * *

qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.

M. Tullius de deorum natura lib. II: omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus; omniaque, sicut membra et partis suas, nutricatur et continet. — Afranius Vopisco:

nam nútricatur * * *

Vergilius Georg. lib. II:

hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam.

---

13 Varro Testamento ‖ 16 Ennius ‖ 17 II, 34, 86 ‖ 20 Afranius Vopisco ‖ 22 II, 425; cf. comm.

---

10 *ϑεαν H_1. — διαγνώσεως Buechelerus; αναγνωcεωc G; ανατνωcεωc L; ανατηωcεωc Bamb.; ανατνωcεοc H.* — quod in eius dei templa calceati introeunt. *apparet etiam in hac satura, ut in plurimis, quae ad antiquitates divinas vel humanas pertinerent tractata a Varrone.* — eius dei (diei *Bamb.*); Apollinis. — **11** in oppido; *sc.* Romae; *ubi unum tum erat Apollinis templum.* — quoque *M;* quae *v.* — adque ibi hercules *M;* et *L ex corr.; H_2; G; Bamb.;* set (*praec.* s) *pr. L;* sed *H_1; tum cdd.:* quae ibi ad hercules (herculis *L; H ex corr.; G;* hercut *Bamb.*). — ibi *fuere qui de Tibure accipiendum putarent. quod ineptum esse demonstrat illud* ad Herculis. — hercules *additum, quod res esset notissima cuique nemo posset contradicere.* — **12** excalceatur *Scal.;* excalcietur *C, Bamb.* — **14** *διαϑήκης; alias melius διαϑηκῶν.* — *αταϑηcηc L; pr. H; αιαϑηcηc H ex corr.; G; λιλβηcηc Bamb.* — e mea philophtonia *(sic) Me; εμεαφιλοφ (ψ Bamb.) ϑονια C, Bamb.* — *f.* e mea *φιλοστοργίᾳ.* — eos *M;* natos (*praec. νια*) *Bamb.;* natis *C; v.; quod siquis servatum voluerit, ita verba traicienda:* natis tutores do, quos Menippea haeresis nutricata est. — *illud* e mea *φιλοφϑονίᾳ iungendum cum* tutores do *intellexit Oehlerus.* — Menippea *Me* (Menippi *Popma; f.* Menippei); menippe (*post* pe *ras. L;* m̃ipse *Bamb.*) *C, Bamb.* — **15** heresis *cdd.* — est *Gifanius;* et *cdd.* — tutores do; *scil. ne molliore victu utantur quam ego in pueritia; cf. 108 l.* ephippium. — *post* tutores do *quaedam apparet hausta; ut puta:* quod imitandum vobis sumite. — **16** *cf. Enn. Ann. 477 sq. ibique comm.* — lacium *L_1;* quae *pr. L.* — augescere *Porphyr. ad Hor. Sat. I, 2, 37;* alciscere *C, Bamb.* — **17** naturalibus V *Bamb.* — **19** omniaquae *C pr. H_2; Bamb.* — **20** vobisco *G.* — **21** nam; num *H_1.* — nutricatur *ed. princ.;* nutricator *cdd.* — *cf. v. 23.* — **22. 23** *hic egregia usus sollertia Quicheratus intellexit interceptum Vergilii Georg. II, 425. nam et exemplo caret, sine hoc sit, lemma* nutritur, *neque indignum memoria a Prisciano pg. 827, ubi de eo quod est* nutricor *agit, post Ciceronis locum inde a verbo* omniaque *adferri Vergilii versum.* — **23** oliva *cdd.*

Lucilius lib. XXX:

sei nutricatus sibi nunc caput opprimit ipse.

VOLAM, pro velim. Lucilius lib. XXVIII:

eidóla atque atomus víncere Epicurí volam.

Plautus in Asinaria:

atque aúdin etiam? * * *

idem eadem:

* * * volam, quoniam íntus non licitúmst mihi.

CONMANDVCATVR. Lucilius lib. IIII: ‖

adsequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum conplexu' *comestque.*

idem lib. XV:

vilicum Aristocratem, mediastrinum adque bubulcum
conmanducatus [ut] corrupit, ad incita adegit.

ESVRIBO, pro esuriam. Pomponius Augure:

'ímmo mane, non ésuribis díutius.' — 'quaré roga.'

Novius Mortis et vitae iudicio:

ita vóbis otiósu' sum, mi algébo et mi esurîbo?

FATISCVNTVR, pro fatiscunt. Accius Epinausimache:

---

24 Lucilius l. XXX ‖ 26 Lucilius l. XXVIII ‖ 28 I, 1, 96 ‖ 30 I, 2, 26 ‖ 32 Lucilius l. IV ‖ 3 Lucilius l. XV ‖ 6 Pomponius Augure ‖ 8 Novius Mortis et vitae iudicio ‖ 10 Accius Epinausimache.

---

25 sei *M;* sensu (*supra* u *et infra ras. in L*) *C;* sensi *Bamb.* — nutricatus sibi (*h. e.* in suos usus) nunc *M;* nitricatum (nutric. *H*) sane (sine *G*) *C;* nutricatum sine *Bamb.; cf. variet. script. in Luc. XXX, 102.* — caput; *cf. Catull. 15, 16:* ut nostrum insidiis caput lacessas. — 27 idola *Iun.;* eidola *Me;* etdola *cdd.* — acomus *L;* H_1*; Bamb.* — **29. 30. 31** audin; haud in *H; G;* audin *an* audim *sit in Bamb. incertum.* — *ap. Pl. feruntur haec:* 'atque audin etiam?' — 'ecce.' — 'siquid te volam.' — *cf. comm. Goetzii.* — **30. 31** et in eadem *Me; qui utrumque v. supplevit (posteriorem iam Ald., qui om. priorem).* — meo loquar modo (*ita Weisius;* meo modo loquar *cdd.*) quae volam *Pl.* (meo modo quae volam loquar *Hermannus*). — quoniam; quõ *Bamb.* — **32** Luc.; *cf. comm. in 81, 29.* — **1** neque *cdd. 477 s. l.* manducatur. — **2** comm. *G;* commanducantur *Bamb.* — conplexu' *M;* conplexum *cdd. h. l.;* conplexa (compl.) *pg. 81.* — comestque *om. cdd. hic.* — **3** idem; *cf. comm. in 123, 25.* — **4** meiastrinum *h. l. L, G, Bamb.;* maiestrinum H_1*;* maeiastrinum H_2. — adque L_1*;* atque *rell.* — bucolicum G_1. — **5** ut corr. *cdd. hoc l.; om.* ut *pg. 123.* — **7** immo *hic potius pyrrichiacum quam trochaicum.* — *diverbium disposuit M.* — *scilicet prior persona, quae vellet percontari alteram, abiturae huic promittit, si respondeat fore ut esurienti succurratur.* — esurivis *Bamb.* — eroga *Bothius.* — **9** mihi *utrobique cdd.* — sum ut mihi algebo ut mihi *cd. Palatin.* — esuribo *id.; ed. princ.;* servibo *C, Bamb.* — mi alg. et mi esur.; *h. e.* solus *sive* vestra ope destitutus algebo et esuribo. — **10** Epinausimace *cdd.*

479 M.

tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Varro Antiquitatum *Rerum* humanarum lib. XIIII: alterei ita [altera] vulneribus fatiscuntur. — Pacuvius Doloreste:

véreor, sin umquám fatiscar fácere quod quibó boni.

CONSCREABOR. Plautus in Persa:

'set quís hic ansatus ámbulat?' — 'magnífice conscreábor.'

FRVTICARI, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. XV: excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides.

EXVGEBO. Plautus in Epidico:

iam ego mé convortam in irúdinem adque eorum éxugebo sánguinem.

[COPVLANTVR, pro coniungunt. Plautus in Aulularia:

adeúnt, consistunt, cópulantur córpora.]

INVENIBO, pro inveniam. Pomponius Buccone adoptato:

saepe ámbit, inveníbit saepe.

POENIVNTVR. M. Tullius Tusculanarum lib. I: tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos et mortuos puniuntur.

---

12 Varro Antiquitatum Rer. hum. XIV ‖ 13 Pacuvius Doloreste ‖ 15 II, 5, 7 ‖ 17 XV, 4, 2 ‖ 19 II, 2, 4 ‖ 21 I, 2, 38 ‖ 23 Pomponius Buccone adoptato ‖ 25 I, 44, 107.

---

11 *cf. 307 l.* fatiscere est aperiri. — aut *cdd. 307; hic C;* ut *Bamb.* — fatiscam *cdd. hic.* — **12** Antiquitatum Rerum humanarum *M* (antiquitatum humanarum *v. d. ap. Quicheratum;* Antiquitate rerum humanarum *Quicheratus*); antiquitate (antiquitatem *pr. L*) humana *cdd.* — *f.* Ant. vel Rer. hum.; *cf. comm. in 418, 11.* — **12. 13** alterei ita *M;* altera ita (ita et H_2, *G*) altera. — *de Curiatiis agitur.* — Pacuvius *cdd. 307 l. m.;* Accius *hic.* — dolor iste *L;* duloreste H_2*; G ex corr.; item Bamb.* — **14** *cf. comm. in 307.* — sin umquam *M;* si numquam *cdd. hic;* nisi nuncquam (numquam) *307.* — quodquod *cdd. hic.* — **15. 16** persas et L_1*;* persa sed *rell.* — sed quís hic; sed quis híc *Ritschelius, operarum puto errore;* sed qui híc *Guietus. et ita omnino scribendum, si* hic *pro adverbio accipi necesse sit.* — ansatus *Pl.;* conatus (*praec.* c) *cdd.* — conscreabor; concreabo- *in Ambros. comparuit Studemundio;* constabor *B, C;* contestabor *D;* consecrabor *Pius.* — **17** Fruticare L_1. — **18** est enim *Bamb.* — fruticet' *L.* — **19** Pl.; *cf. 102 l.* exorbebo *ibique comm.* — **20** iam atque ego *H.* — vortam (voriam L_1) *cdd. h. l.* — erundinem *idem; etiam 102 turbatum.* — atque *cdd. pr.* L_1. — eor' *L;* eorum *etiam Pl. libri;* horum *cdd. 102.* — exorbebo *Non. 102.* — **21. 22** *haec videntur hic male repetita; cf. 476 l.* copulantur. — *ac Nonius certe debuit scribere:* pro copulantur, quod est coniungunt. — coniunguntur *L.* — corpora; dexteras *recte cdd. 476.* — *memoria lapsus est interpolator.* — **23** pro veniam *pr. L.* — bucone *G.* — **24** sae *G;* sepe *Bamb.* — ambit *Bothius;* adnuit (annuit L_2, *H, G*) *cdd.* — anquirit, *numeris trochaicis, Quicheratus.* — invenibit *ed. a. 1471;* invenit *cdd.* — sepae *Bamb. sec. Beckerum.* — **25** Poenitur *Bamb.* — M. Tull.; *cf. 471 l.* Punitur. — **26** et, *quod exquisitius, cdd. hic;* etiam *cum Cic. libris 471.* — **27** poniuntur, *supro* o *posito* v, *sed eraso, L.* — poeniuntur *vid. scripsisse Non., ut Cicero.*

480 M.

SACRIFICANTVR, pro sacrificant. Varro || Antiquitatum Rerum divinarum lib. XIIII: biviris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduae. — [sacrificari] Varro Manio: non maledicere, pedem in focum non inponere, sacrificari. — idem Cato vel de liberis educandis: cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, *a* potione *Potinae* nutricis.

DISCREPVIT, pro discrepavit. Cicero de oratore lib. III: nihil sane ad rem pertinet, siqua in re discrepuit ab Antoni divisione.

SPOLOR, pro spolio. Afranius Crimine:

quós inpune dépopulatur, [et] déspolatur dédecus.

Quadrigarius Annalibus: ita per sexennium vagati Apuliam adque agrum Campanum, quod is per militem licebat, spolabantur.

VERECVNDANTVR. M. Tullius in Ortensio: hi nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis.

---

1 Varro Antiquitatum Rer. divin. XIV || 3 Varro Manio || 4 Varro Cato || 7 III, 30, 119 || 9 Afranius Crimine || 11 Quadrigarius Annalibus || 13 M. Tullius Hortensio.

---

2 biviris *Popma;* viris *L;* viri *rell.* — *cf. 79 l.* biviras. — *non bene Merkelius:* viri nuptiis. — in *om.* H_1. — **3. 4** sacrificari *del. Quicheratus.* — Varro — sacrificari *om. Bamb.* — Varro (*olim fuit* idem); *cf. pg. 543 l.* patella. — nom m. *G.* — inponere (imp. L_2, *H, G*); ponere *adnotavi e Lugd.; neque defectus mentio ulla addita. — quae si recte habent, apparet scriptorem huius praeter Bambergensem etiam alio subinde usum exemplari.* — idem; *cf. 108 l.* Edusam *cum comm.* — libris H_1. — **5** primo cibo; pro cibo *cdd. 108;* primoribus (primo ribus *ed. Bas.*) *h. l.* — et; de *cdd. h. l.* — **5. 6** initiarent — potione *in mrg. add. L.* — ab idibus *cdd. h. l.* — edusae *Bamb.;* aedusae *C.* — *cet. cf. 108.* — a *om. cdd. hic.* — Potinae *om. id.;* pontinae *legitur 108.* — nutrici *cdd. loco utroque;* nutricis *(nominativ.) Riesius;* nutrices *Lips.* — 8 sano L_1. — discrepavit *meliores cdd. Cic.; Pideritus; puto, recte. — ac f. ap. Non. restituendum:* Discrepavit pro discrepuit. *cf. Gell. I, 7, 20; qui testatur Ciceronis aetate illud* explicuit *usitatius esse coepisse quam* explicavit; *quamquam hoc agnoscit ipse or. pro lege Manilia 11, 30. — cf. et Neuii gramm. lat. II, 478 sqq.* — ab ātioni L_1. — **9** pro spolior *L*, H_1, *Bamb.* — **10** et *del. Bothius.* — despolatur; despoliatur *Bothius* (dispoliatur *ed. a. 1471*); dispolatur *cdd.* — dedecus; *de homine dictum.* — **11** Annalibus *M;* annali *cdd.* — *f.* Annalium I (*seq.* ita). — *bene enim cum Rothio Petrus hoc frgm. ad Gallos qui intra annos a. Chr. 367—361 Apuliam et Campaniam sunt pervagati rettulit.* — vagati; lugati *L.* — Apuliam *Iun.;* am polam *L, H;* ampolam *Bamb.* (vagatiampolam); *G.* — atque *cdd. pr.* L_1. — **12** quod *positum pro* quoad, *quod coni. Petrus.* — is *M;* his *C, Bamb.* — quod eius *Palmer., f. recte.* — spolabantur; spoliabantur *Petrus, cuius conferendus commentarius;* spolabatur *Bamb.;* expolabatur *C* (expoliabatur *pr. H*); exspoliabantur *Iun.* — *nulla prorsus fuit causa cur contemptis libris restitueretur* Spolior, despoliatur, spoliabantur. — *nam ita, subtracta* i, *et Accius dixit* augura *et Lucilius* domina *et Lucretius* orundi, *cum praecederet ubique liquida.* — **13** Verecundantur H_1*; mrg. G;* Verecundatur *rell.* — ortensio *pr. L;* hortensio *rell.* — *f.* nil *vel* hic.

480 M.

CONVERTITVR, pro convertit. Plautus in Amphitryone:

séd fugam ín sé tamén† némo cónvértitúr.

RVMINATVR. Varro Sexagesi: erras, inquid, Marce, accusans nos. ruminaris antiquitates. — idem Bimarco: Odyssiam enim Homeri ruminari incipis.

PRECANT. Varro Eumenidibus: 'ego medicina *a* Serapi adiuter!' cotidie precant. intellego recte scribtum esse Delphis: theo hera.†

MIRAS, pro miraris. Varro Eumenidibus:

hospes. quid miras animo† curare Serapim?
quid? quasi non curat tantidem† Aristoteles.'

---

15 I, 1, 83 ‖ 17 Varro Sexagesi ‖ 18 Varro Bimarco ‖ 20 Varro Eumenidibus ‖ 22 Varro Eumenidibus.

---

16 *ita Nonius; cdd. Pl.;* in fugam sed (set *al.*) tamen nemo conv. *bene Lindemannus;* sed fugam in sic tamen n. conv. *non probabiliter Vssingius.* — **17. 18** Ruminatur *ed. princ.;* Ruminatum *C, Bamb.* — *possis conicere* Ruminat; *quod certe facillime potuit corrumpi, quia sequitur* u. — *sed frequentius fuisse videtur, licet et ipsum sit rarum admodum,* ruminare. — *cf. et pg. 18; 166 l.* rumen; ruminari. — ruminare *ipse Non. posuit pg. 18 l. m.* — inquit *cdd. pr. L.* — merce *G.* — accusans *Quicheratus;* accusare *cdd.* — ruminaris *Ald.;* criminaris *C, Bamb.* — ruminaris antiquitates; *puto* antiquitatem. — **18** idem; *cf. 383 l.* recipere, promittere; *ubi locus longe plenior.* — uimarco *cdd.* — Odyssiam; odissian *cdd. rectius 383; hic* odissiam *C, Bamb.* — **19** incipis *cdd. 383; hic* H_2; incipes *rell.;* incipies *ed. princ., quae omittit media inter* accusare nos *et* ruminari. — **20** Precant *Vahlenus (de mendo iam Popma suspicatus); cf. Prisc. pg. 799;* Precantur *cdd.* (Precantor *mrg. G*). — ego *e. q. s.; hospitis verba; cf. v. 23.* — a Serapi *(ita iam Turneb.)* adiuter *M;* serapi (*praec.* a) utar (*praec.* api) *cdd.* — *non placet propter ambiguum illud* Serapi. — medicina Serapii (*σεραπείον Me in notis manuscriptis*) *Quicheratus.* — **21** cottidie *L; H;* G_2; *non Bamb.* — precant *Vahlenus;* precantur *cdd.* — preco ter (*melius erat* precant ter) *Popma;* precantor (*debebat* precanto) *non bene Me.* — scribtum L_1; scriptum *rell.* — *puto* inscribtum. — delfis *cdd.* — theo (teo *Bamb.*) hera *cdd.* — *θεῷ ἦρα (sc. φέρε) Oehlerus; quod cum proxime absit a traditis, non tamen aptum huic loco; θεῷ ἀρῶ Iun., quod magis placet; nam ἀρᾶσθαι est vox media. — θείων vel θεῶν ἔρα Scal. — alii alia, pleraque inepte.* — **23. 24** *in his, quae minimo intervallo secuta sunt frgm. praecedens, multae tenebrae. plerique diverbium putant inter aegrotum quendam vel, quod verius, Serapim deum et hospitem. sed vix potest dubitari quin unus Serapis verba faciat. nam continuo secutus est v. 26. neque de Aristotele philosopho existimo cogitandum. nam pro hoc potius Platonem, qui longe maiore erat fama inter Romanos, nominaturus fuit Varro. — porro olim nos* animo hoc; *Vahlenus* animos. — *sed quod sequitur* tantidem *pretii potius vocabulum corruptum facit probabile. — non placet* nummo, *quod vilissimam significat mercedem. f.* magno *vel* nimio. — *ceterum* Aristoteles *videtur fuisse medicus Varronis temporum iactatione potius quam meritis nobilis (Licinium Aristotelem quendam familiarem veterem memorat Cic. ad Fam. XIII, 52, non tamen ut dicat medicum). — sequens v., ut puto, ita restituendus:* tantidem (*i. e.* perinde magno pretio) quasi non curet Aristoteles; *cdd.:* quid (qui L_1. — *praecedit*

idem eisdem:

aut ambos mira aut noli mirare deum me.

NOLITOTE, pro nolite. Sisenna Hist. lib. III: || nolitote mirare, quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam * * *

GLISCITVR, pro gliscit. Sempronius Asellio Historiarum lib. IIII: ut maior invidia Lepido glisceretur.

IGNESCITVR, pro ignescit. Laberius Colace:

figúra humana inimici† ardore ignéscitur.

LVXVRIABAT, pro luxuriabatur. Tubero lib. XIIII Hist.: pars omnis† luxuriabat. — Vergilius *Georg.* lib. III:

luxuriatque toris animosum pectus.

FOCILANTVR. Varro de vita populi Romani lib. II: propter *res* secundas sublato metu non in commune spectant, sed suum quisque diversi conmodum focilantur.

EMVNGERENTVR.† Varro Cato vel de liberis educandis: eam consecuti corporis siccitatem, *ut* neque expuerent neque emungerentur.

---

25 Varro Eumenidibus || 1 Sisenna Hist. III || 3 Sempronius Asellio Hist. IV || 5 Laberius Colace || 7 Tubero Hist. XIV || 8 III, 81 || 10 Varro de vita pop. Rom. II || 13 Varro Cato.

---

quid) quasi non curat (curet *Turnebus*) tantidem Aristoteles (Aristotheles *pr. L; om. Bamb.*). — *quondam nos:* quid quasi non curet tanti idem (tanti item *Ribbeckius*) Aristoteles. — **25** *om. Bamb.* — eiusdem L_2*; H; G.* — *cf. et comm. in v. seq.* — **26** deum me *Riesius;* de me *cdd.* — *seq. in C, Bamb.:* de eodem; *quo indicari dittographiam v. 25:* idem eodem *intellexit Roeperus.* — *nam et sic potuit scribi a Nonio.* — mirare de eodem *durissima elisione Iun.* — *hoc dicit Serapis: noli mirari et me pecuniae studiosum, quando divina humanaque pulchris divitiis parent.* — **1** *haud inscite putat Quicheratus olim fuisse ap. Sis.* mirare, *illud* Nolitote *ab interpolatoribus additum; quamquam invenitur pg. 505 lemma* Nolito. — *itaque reposui* mirare, *quod et Bamb. habet* (mirari *C*). — **2** *puto* quod desp. — viam. *hiat locus; potest addi* adplicemus animum. — **3** *cf. 22, 12.* — **5** inimici; nimio *Bothius. sed et* humana *displicet. puto hoc loco, ut pluries in hoc capite, archetypum labe quadam fuisse obscuratum.* — *f.* figura immane vini ardore (vino meliore *Gebhardus; in cd. Palatino dicitur esse* nimo nelore) ignescitur. — **7. 8** Tuuero L_1. — *olim fuit* Hist. lib. XIIII. — omnis; *puto* bonis. — Georg. lib. III *Me;* lib. II *cdd.* — **10. 11** Focillantur *ed. a. 1471 (ita et infra);* Focilatur *cdd.* — res *add. Popma.* — propter secunda *Freinshemius.* — commune *Iun.;* communi *cdd.* — spectent H_1. — sum L_1*; Bamb.* — **12** diversio commodum *Bamb.* — focilatur *cdd.* — **13** Emungerentur; *v. infra.* — Varro; *cf. 395 l.* siccum, firmum *ibique comm.* — eam; eo *cdd. l. utroque.* — *add. cdd. 395* se (*pro* sunt). — **14** ut *habent cdd. 395, hic om. L, H, Gs, Bamb.* — expuerent *M;* spuerent *cdd. hic.* — emungerentur. *cum* emungere *intransitive positum haud facile inveniatur, et in l. Nonii et in verbis Varronis vid. legendum:* emungerent. — *cet. cf. Xenoph. Inst. Cyri I, 2, 16.*

481 M.

LIBERTATEM VTI, pro [uti] libertate. Titinius Quinto:

item úti eum oportet líbertatem, quí sapit.

Novius Zona:

ádque facilitátem, video, *haut* úteris vulgáriam.

Lucilius Satyrarum lib. XIIII:

quem metuas saepe, interdum quem utare libenter.

Sic POTIOR ILLAM REM, pro illa re [potior]. Terentius Adelphis:

* * *
mílle potior gaúdia.

Lucretius lib. III:

adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
sceptra potitus.

Naevius Lycurgo:

díc quo pacto eúm potiti *sítis,* pugnan án dolis?

---

16 Titinius Quinto ‖ 18 Novius Zona ‖ 20 Lucilius l. XIV ‖ 22 (V, 4, 17; V, 4, 22; cf. comm.) ‖ 24 com. incertus ‖ 25 III, 1037 ‖ 28 Naevius Lycurgo XIV.

---

16 *quae secuntur usque ad finem capitis aliena ab hoc loco et ex nono, quo de numeris et casibus agitur, huc translata intellexere plerique. — om. ea Montepess.; valde manca exhibet ed. princ. — desunt complura et in ed. a. 1471 et sequentibus usque ad Ald. — ac monet Quicheratus verba versus 22:* sic potior illam rem *legi rursus pg. 501 s. l.* nominativus pro genetivo *post Terentii locum, ubi aperte hiat oratio. videtur igitur ibi haustum lemma:* accusativús pro ablativo *cum exemplis quibusdam. cf. comm. in hunc l. — quo ne transferremus quae secuntur ordinemque vulgatum perverteremus vel id obstitit, quod et alias in capite IX turbatum.* — **16** uti *om. P.* — Quinto *Quicheratus* (in Quinto *Me*); lib. V *cdd.* — **17** ita *Bothius.* — ut eum oportet L_1; uti cum portet *Bamb.* — *cum numeri secundi pedis sint duriores et peccatum hic olim appareat, vid. scribendum:* item utei oportet. — **18** Novius; *cf. 488 l.* vulgariam. — **19** atque *cdd. pr.* L_1. — haut *add. Ribbeckius; om. cdd. utrobique.* — **20** Licilius *H.* — XV *Lugd.* — **21** sepae interdumque mutare *Bamb.* — **22** Hic *G;* Sic et *cdd. 501.* — potior *secl. M.* — **22–24** Terentius Adelphis (adelfis L_1, *H*): mille potior *om. G, Bamb.* — *iam pro eis quae v. 24 leguntur Quicheratus substituit haec (Adelph. V, 4, 17; 22):* 'ille alter síne labore pátria potitur cómmoda'; et in sequentibus: 'hic potitur gaudia'. — *probat Bartelsius pg. 13 sq., neque ipse abnuerim, cum praesertim utroque exemplo et Arusianus et Priscianus utantur in re eadem (gr. lat. VII, 498; III, 333 sq.); cf. Bartelsium l. m. — attamen versum 24 ex primo verbo prioris exempli et duobus ultimis posterioris conflatum, ut Quicherato visum, omni caret probabilitate. — cumque verba illius nullam omnino vitii notam ostendant, potius cum Terentii versibus comici incerti apparet haustum nomen.* — **25** IIII *Bamb.* — **26** helicaoniadum *C, Bamb.* — quorum munus *L* (*sec. Zangem.* quorũm unus; *m. 1 f.* quorum unus); *Hqo; Bamb.* — omerus L_1. — **27** esceptra *L; Bamb.;* escreptra H_2; *G.* — potitur *C;* ponitur *Bamb.* (potius *cdd. Lucr.*). — **28** Nevius *cdd.* — **29** sitis *add. Ribbeckius. quod recipiendum duxi, quamquam neque opus est illo addito et integer scandi potest trimeter talis:* dic quó pacto eum potíti, pugnan án dolis, *quia haud dubie pertinent ad relationem de Baccho eiusque comitibus captis, quae trochaicis constaret septenariis.* — pugnan' an *Bothius;* pugna an (pugnan H_1) *cdd.*

Accius Phoenisis:

natús virtute scéptrum poteretúr patris.

Pacuvius Atalanta:

reíte, ut memoravi, ís nunc regnum pótitur transmissú patris.

Turpilius Lindia:

me vís potiri? fác, ego potiar quód volo.

Sic et OPVS EST ILLAM REM, pro illa re. || Plautus Cistellaria:

malum aufer; bonum mihi opus est.

et in Captivis:

iam máritimi omnis mílites opu' súnt tibi.

Lucretius lib. II:

scire licet nil principiis opus esse colores.

Sic et CALLET ILLAM REM, pro illa re. Pomponius Pictoribus:

mírum ni haec Marsást: in colubras cállet cantiúnculam.

Afranius Epistula:

quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
tamen nón fefellit.

---

30 Accius Phoenissis || 32 Pacuvius Atalanta || 34 Turpilius Lindia || 1 Plautus Cistellaria; cf. comm. || 3 I, 2, 61 || 5 II, 815 || 7 Pomponius Pictoribus || 9 Afranius Epistula.

---

30 phenisis L_2; foenisis *Bamb.*; fhenisis H_1; fenisis L_1; H_2; Phenissis *ed. Bas.* — **31** virtute *Iun.*; ut tute *cdd.* — uti tute (*pro* tuto) *Bothius* (*magis canorum erat quod Guieto placuit:* ut tute natus); *sc.* ab insidiis vel mutuis vel aliorum. — *sed magis placet inventum Iunii.* — *verba puto esse Polynicis, a fratre expulsi et querentis quod aetate potius ac stemmate quam virtute commendati solerent in regna succedere.* — sceptrum *G.* — poteretur *Guietus; Bothius;* potiretur *cdd.* — **32** Athalanta *cdd.* — **33** *verba Atalantae.* — reite *M;* regi *cdd.*; Tegiae *Ribbeckius.* — memoravi, is *Bothius;* memorabis *cdd.* — is; *aetate maximus ex fratribus Iasi.* — nunc regem *Bamb.* — patris; *sc.* Atalantae. — **34. 35** *in cdd. leguntur post 482, 6; huc revocavit Quicheratus.* — Lymdiam, *tum* Lyndia *L.* — me; e L_1. — portiri *Bamb.*; *pr. L.* — potiar *Ald.*; *qui primus hoc exemplum addidit;* potior *cdd.* — quodquod H_1. — **1** Hic et *G.* — re; ille, *m. 2* ire *L;* ille *et Bamb.* — **2** *v. 538 Cistell. in loco manco reposuit haec Gulielmius; eumque secuti plurimi.* — *sed metricae rationes videntur obstare. nam haec, ut tradita sunt, bacchiacos referunt numeros:* malum aúfér. bonúm míhi opus ést. — *ibi autem sunt septenarii iambici.* — **4** omnis (omnes *cdd. Pl.*) *nominativ.* — **6** nihil principiis *cdd. Lucr.*; nihil in principiis *Non.* — colore *cdd. Lucr.* — **7** Hic et *G.* — Pistoribus G_1. — **8** *post* haec *tres litterae rasae in H.* — colubres *Bamb.* — cantiunculam *Passerat.*; canticulam *L, H, Bamb.*; canticulum *G.* — **9** Afr. Ep. *om. Bamb.* — aepistula *L;* epistola *H.* — **10** quanquam L_2; *Hqos.* — ista haec *L;* istahaec *cd. Bas.*; istaec *et Bamb.* — **11** *f.* t. hau (haud *Guietus*). — fefellit *Bothius;* fefelli *cdd.*; tamen fefelli *Ribbeckius;* tamen non fefelli? *Rothius.* — *caput hoc vid. collocandum post cap. X.*

482 M.

VIII.

INCIPIT

DE MVTATIS DECLINATIONIBVS.

APRICATIO, pro apricitas. M. Tullius de senectute: ubi enim potest illa aetas aut calescere apricatione melius vel igni?

ITINER dictum pro iter. Varro Pranso parato:

Luná sperans Adriám se itiner longúm sermone leváre.

Plautus in Mercatore:

quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sines?

[equidem mutata declinatio non est. ab eo quod est iter iteris facit, ab eo quod est itiner itineris].

Lucretius lib. VI:

obvia discutiat plagis itinerque sequatur.

Accius Oenomao:

coniúgium Pisis pétere, at te itiner téndere.

idem Meleagro:

labórem ut minuat ítiner ingressó viae.

Turpilius Thrasyleone:

áge, age, egredere! adque ístuc utinam pérpetuum itiner sít tibi!

---

15 16, 57 ‖ 17 Varro Pranso parato ‖ 19 V, 2, 88 ‖ 23 VI, 339 ‖ 25 Accius Oenomao ‖ 27 Accius Meleagro ‖ 29 Turpilius Thrasyleone.

---

13. 14 *om. G relicto spatio.* — **14** de mutatis declinationibus *M; cf. inscr. cap. X;* de mutata declinatione *L, H, Bamb.* — **15** apricacitas *L.* — **16** aut; aeque *sive* aeque aut *plerique cdd. Cic.* — callescere *L;* H_1. — vel apricatione *minus bene cdd. Cic.; nam seq.:* aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius. — **17** Itiner; *cf. 490; 485 l.* itiner; iteris. — parato *Bentin.;* parata *cdd.* — **18** *metrum agnovit Meinekius.* — sperans *M;* expectans *L, H, Bamb.;* expectant *G;* spectant *Me.* — Adriam *Rothius;* adria *C;* adriassent *pro* adria se *Bamb.* — lavare *Bamb.* — **20** ego *Bamb.* — exsequi *pr. L;* exequi *rell.* — sines *L ex corr.; H; G;* sine *pr. L* (sin, *supra scr.* e); *Bamb.;* sinis (finis) *libri Pl.* — **21. 22** *secl. M; eadem cum glossema ei, ut ipse dicit, sapere viderentur, v. 17 post* iter *collocavit Quicheratus, ubi non magis locum habent. verba sunt interpolatoris, carpentis, et quidem merito, Nonium.* — quidem *Bamb.* — iter iteris H_1*;* itiner itineris *(ita rell.)* alter (*sc.* cd.) *mrg.* H_2. — *f.* fit. — **24** pl.; gladis *Bamb.; pr. L;* cladis *Paris. 7665;* gladiis *rell.* — **26—28** tendere — itiner *in mrg. add. H.* — **26** Pisis petere *Delrius;* ad te *Iun.;* tisis pater eat te *C;* tisis patere ate *Bamb.* — *pro* at te *Delrius* eo te. — itener *Gs;* iter *Bamb.* — **28** laborem ut *Guietus;* labore (mi lab. *pr. H*) aut *cdd.* — ingresso viae *Vossius;* ingressum via *cdd.* — viae; *sc.* laborem. — **29** traseoleone, *m. 2* traseolione *L;* trasileone *H;* transeleo onea *Bamb.;* transileone *Gs.* — **30** atque *cdd. pr.* L_1. — istuc utinam *Bothius;* utinam istuc *cdd.*

FESTINEM, pro festinantem. Titinius Quinto:

. . nunc hoc úror, nunc haec rés me festiném facit. ||

LACTE, nominativo casu, pro eo quod est lac. Ennius lib. X:

et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

Hemina Annalium lib. IIII: ex Tiberi lacte aurire. — Caecilius Titthe:

praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Varro Andabatis:

cándidum lact é papilla cóm fluit.

MANSVETEM et MANSVEM pro mansuetum, ut sit nominativus mansues. Plautus Asinaria:

réddam ego te ex ferá fame mansuétem.

Accius Meleagro:

nunc sí me matrem mánsuem misericórdia
capsít.

Varro Ὄνος λύρας:

nón vidisti *tú* leonis símulacrum Idaí loco,
úbi eum quondam súbito galli cúm vidissent quádrupedem,
týmpanis adeó fecerunt mánsuem ut tractarént manu?

---

31 Titinius Quinto || 1 Ennius lib. X || 3 Hemina Annal. IV || 3 Caecilius Titthe || 6 Varro Andabatis || 9 I, 2, 19 || 11 Accius Meleagro || 14 Varro Ὄνος λύρας.

---

31 festinentem L_1. — Quinto *Quicheratus* (in Q. *Me*); lib. V *cdd.* — **32** nunc hoc res *G.* — festinem facit *Bothius;* facit festinem *cdd.* — *f. prius* nunc *tollendum, ut trimeter fiat solidus:* hoc uror nunc, haec res me festinem facit. — **1** *post* Lacte pro *add. L; Ald.* — pro *M;* ab *cdd.* — *vestigium veri servavit L.* — X *Bamb.;* XI *C.* — *cf. vitae Ennii pg. 170 sq.* — **2** et simul *Gulielmius;* essi mulier (*seq.* er) *cdd.* — ceu; ceci H_1. — **3** aurire *L, Bamb.;* haurire *H, G.* — **4** Titthe *Iun.;* tite *cdd.* — **5** disertim quae *v. d. ap. Stephanum.* — **6** *cf. 486 l.* parti. — **7** lacte *cdd.;* lacte e *Erycius Puteanus;* lact e *Buechelerus; cf. Varr. V, 104.* — cum fluit *cdd. 486;* confluit *h. l.* — **8** Mansuetem *(ita iam Quicheratus)* et mansuem *M;* Mansuete et mansues *cdd.* — mansuitum L_1. — **10** feram *L, pr. H, Bamb.* — mansuitem L_1*;* mansuetam *cdd. meliores Pl.* — **11** Meleagro; mele *Bamb.* — **12** *trochaici septenarii partem existimat Ribbeckius. non tamen satis constat quae praecedunt apud eum hoc numero composita ad eundem pertinere locum.* — mansuem *M;* mansues *v.* — *illud* mansuem *lemmate Nonii commendatur. quod si recte feratur* mansues, *post sequens erit exemplum ponendum hoc.* — *atqui ipsum* mansues misericordia *mihi non satis videtur convenire antiquioris poesis simplicitati.* — **13** tapsit L_1. — **15. 16. 17** *trochaicos numeros post alios instituit M.* — **15** con vidisti *Bamb.* — tu *add. M (praec.* ti). — leonis simulacrum *M;* simulacrum leonis *cdd.* — Idai loco *M;* ad idam eloco *cdd.* — **16. 17** ubi eum quondam subito galli cum vidissent quadrupedem *M;* ubi quondam subito cum cum vidissent quadrupedem galli *cdd.* — timpanis *cdd.* — fecerunt *Gulielm.;* ferunt *libri.* — manu *Roeperus;* manibus *cdd.*

483 M.

QVAESTI vel QVAESTVIS dictum pro quaestus. Titinius Fullonibus:

ni nós texamus, níl erit, fullónes, vobis quaésti.

Plautus Aulularia:

nam hic ápud nos nil est *áliud* quaesti fúribus.

Novius:

pér deam sanctám Lavernam, quae aúctrix quaesti tuí siet!

Terentius Hecyra:

numquam ánimum quaesti grátia ad malás inducam pártis.

Pomponius Pistore:

nám plus quaesti fácerem quam quadrínas si haberém molas.

Turpilius Demiurgo:

múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognovít sui.

idem Hetaera:

simuláre me a se amári quaesti grátia.

Caecilius Feneratore:

satine hóc cordate? etsí nil egi, quaésti quia sunt aémuli.

Varro Cato vel de liberis educandis: non insuerunt manum

---

18 Titinius Fullonibus ‖ 21 I, 2, 5 ‖ 23 Novius; cf. comm. ‖ 25 V, 3, 38 ‖ 27 Pomponius Pistore ‖ 29 Turpilius Demiurgo ‖ 31 Turpilius Hetaera ‖ 33 Caecilius Feneratore ‖ 35 Varro Cato.

---

18 *cf. 492 l.* quaesti. — Quaesti vel quaestuis *ed. Bas.;* Questi (Questu *Bamb.*) vel questuis (questiuis *pr. L*) *L, H, Bamb.* — quaestus *ed. Bas.;* questus *L, H, Bamb.* — *eadem scripturae diversitas in sequentibus, exc. ubi aliud erit notatum.* — **20** nihil *cdd.* — erit *M;* est *noto errore cdd.;* siet *Buechelerus.* — questu *Bamb.* — **22** nihil *cdd.* — aliud *om. cdd. et f. ipse Non.* — questi *L, H.* — furius *C, Bamb.* — **23** Novius. *ante* per deam *facile potuit hauriri* Pedio. — *nam hoc solum in toto lemmate exemplum caret libri nota.* — **24** sanctam H_1; *ed. princ.;* sancta *L, G, Bamb.;* sanc Hs_2. — lauernam *Pius;* labernam *cdd. (in H m. 2 supra* b *erat scriptum* v, *sed id eras.).* — quae auctrix quaesti tui siet *M;* quae cultrix (q. c. *om.* L_1) quaestuisit (questui sit *H;* quaestui sit *Bamb.; hic sec. Ribbeckium, qui vid. errare,* quaestuissit) *cdd.* — quae cultrix quaesti siet *Quicheratus;* quae sit cultrix quaestuis *Bothius. at nullus hic locus genetivo* quaestuis. — auctrix; *i. e.* quae augere solet; *cf. Charis. pg. 30; Serv. ad Aen. XII, 159.* — **25** ecyra *H;* hecera L_1. — **26** questi *L, H.* — malam *Bamb.* — adducam *cdd. Ter. plerique* (*pauci* ducam); adducam *et Prisc. pg. 712.* — **28** quam rinas L_1; quam quadrina *Bamb.* — malos *H, G; non Bamb.* — **30** meletrix *G.* — questi *H, L.* — **31** aethera *cdd.* — **32** simulare *Bothius ed. 2, ubi cetera male;* simulari *cdd.;* simulavit *Iun.* — simulat me a sese *Carrio.* — **33** Feneratore *Spengelius;* venatore *cdd.* — **34** hoc cordate *M* (hoc *iam Quicheratus*); huc ordine L_1; huc ordini *rell.* — nihil *cdd.* — egi; *i. e.* effeci; perpetravi. — questi *L, H;* quaesti quaesti *Bamb.* — sunt aemuli (*i. e.* competitores) *Ald.;* sunemuli *cdd.* — **35** insuerunt *M;* in suarum *L; pr. H; Bamb.;* insarum *H ex corr.;* in sinuarum *G;* insinuarunt *Quicheratus.* — insuescere

opificio, qui *e* busso aut lino quid faciant aut palma. nam libertae quaestuis causa diribent suas res pueris.

TVMVLTI, pro tumultus. Plautus Casina: ||

quid íntús tumúltí fuít?

Terentius in Andria:

níl ornati, níl tumulti.

Pomponius Piscatoribus:

quid hoc ést tumulti?

Accius Aeneadis vel Decio:

nil néque pericli néque tumultist, quód sciam.

idem Nyctegresia:

cuius vós tumulti caúsa accierim et quíd parem, animum advórtite.

VICTI, pro victus. Plautus Captivis:

proín victi quotídiani véntrem *tu* ad med ádferas.

AESTI, pro aestus. Pacuvius Chryse:

aesti forte ex arido.†

SENATI vel SENATVIS, pro senatus. Plautus Epidico:

senáti qui columén cluent.

---

38 III, 5, 22 || 2 II, 2, 28 || 4 Pomponius Piscatoribus || 6 Accius Aeneadis || 8 Accius Nyctegresia || 10 IV, 2, 75 || 12 Pacuvius Chryse || 14 II, 2, 5.

---

4 apud veterem; *sc. Gell. I, 17, 2.* — **5** as *pr. L.* — eius; Xanthippae. — intemperias *H_2; ed. a. 1476;* intemperantias *rell.* — intemperies *cdd. Gell.; qui utraq. forma vid. uti; cf. Hertz. l. m.* — **6** Poem.; *cf. 488, 22.* — **8. 9** *f. ab interpol. additi; cf. 309, 12 sq.* — **9** usquam est nec *cdd. 309.* — ne scriptum (scriptum *et L_2, H*) *Bamb.* — **10** Cautio; *cf. 491 idem l.* — **11** mihi esse *cdd. Non. et Ter.* — *v.:* míhi esse (mí esse *Bentl.*); *at puto apud Terentium neglectae positionis licentiam quantum potest fieri maxime restringendam.* — cautiost *Ter.* — **12** neoptolomeo *G; apparet olim fuisse* neoptolomo, *supra* om *scr.* e. — **13** vertus *M;* veritis, *supra scr.* ta, *L;* veritatis *rell.* — veritatis vis atque acritas *Vossius.* — atque *cdd. pr. L_1.* — acritas; *cf. Gell. XIII, 3, 2.* — **14** Largitas. *nullum l. in L.* — Ter; *cf. 373 l.* proluvies *ibique comm.* — Adelfis *cdd.* — **15** istahaec *C;* isthaec *Bamb.* — subita est; subito *cdd. 373; quod nescio an sit elegantius, sive scripseris:* quae istaec subito largitas *sive* quae haece s. l. — gargitas *L_1.* — **16** dextris *Bamb.* — Livius *Bentin.;* laberius *cdd.* — odissia *cdd.* — **17** *cf. de v. Sat. pg. 132.* — denique *G.* — **18** aenucho *Bamb. sec. Beckerum;* eunuco *pr. L.* — **19** natura *om. Bamb.* — lunceas *Bamb.;* iunceam *recte Bembin.* — **20** II *Bamb.* — morborum *H_2;* verborum *rell.;* morbi *Cic.* — **21** inventa *habent cdd. Cic. (delet. in Parisino); om. C, Bamb.* — **22** Imberbi pro imberbis *Iun.;* Inverbi pro inverbis (inverbes *H_2*) *cdd.* — inberbes *ut puto Non.* — maximus si argento *secl. Cuiac.; Me; cf. v. 27.*

inberbi androgyni, barbati moechocinaedi.

Varro epistula ad Fabium: [quod] facie Saturorum similes [sunt], quod simei sunt idemque inberbi.

SESCENTVM, pro sescentorum. Lucilius lib. XXX:

Maximu' si argenti sescentum ac mille reliquid.

*   *   *

idem lib. XXX:

quid verost, centum ac || ducentum possideas si
milia?

PAVPERIES, pro paupertate. Ennius Hecuba:

senéx sum: ut iam mortem óppetam, priu' quam évenat
quod ín pauperie meá senex† gravitér gemam!

AEDIS nominativo singularis. Varro de vita populi Romani

---

24 Varro epistula ad Fabium || 26 Lucilius l. XXX || 28 cf. comm. || 29 Lucilius l. XXX || 3 Ennius Hecuba || 6 Varro de vita pop. Rom. I.

---

23 imb. *Iun.;* inverbi *cdd.* — androgini *H.* — moechocinedi (moechochinedi *Bamb.; pr. L*) *C, Bamb.* — **24** aepistula L_1; epistola *Bamb.;* aepistola *H;* L_2. — quod *secl. M.* — facie *Iun.;* facis (*seq.* s) *cdd.* — Saturorum *Cuiac.;* saturnorum *cdd.* — **25** sunt *vid. olim emendandi causa adscriptum ad illud* fiunt, *quod seq.* — simei *M* (naso simi *Riesius*); maxima L_2, H_1, *Bamb.;* maximi L_1, H_2, *G.* — fiunt L_2, H_1, *Bamb.* — imberbi *Iun.;* inverbis *Bamb.; L; pr. H;* inverbi *H ex corr.; G.* — *de Silenis agitur.* — *cf. Lucr. IV, 1169.* — **26. 27. 28. 29** *illud* sescentorum *nescio an librariis sit tribuendum. certe* sescentum *dictum pro* sescenta *loco insequente.* — *f. genetivi exempl. ante haustum.* — *loci Luciliani ap. L. fuere iuncti ita, ut posterior praecederet. cf. comm. in Luc. XXX, 18. 19.* — **27** argenti *Bamb.;* argentis (*seq.* s) *rell.* — argenti, *scil.* facti, *quod nisi fallor olim in praecedentibus Lucilii verbis fuit additum.* — ac mille *om. Bamb.* — sescentum ac mille; *sc.* milia sestertium *vel* milia nummorum; *cf. comm. in 494, 2.* — reliquit *H, G; non Bamb.; P.* — **29** idem lib. XXX; *et libri numerus idem qui praecedens et exemplum diversum demonstrat aliquid haustum.* — *intercidit ut puto l.* Ducentum pro ducenta; *tum exemplum Lucilii, f. idem quod leg. 544 s. l.* cadi. — **1** ac; *f.* aut; atque *Bouterwekius.* — *cf. de re m. 255.* — si *om. L, H, Bamb.* — **2** milia *M;* milium *cdd.* — milia; *sc.* sestertium. *quamquam dubito aliquando an illud* milia *e 493, 27 irrepserit. quo deleto et ad hoc exemplum et ad superius supplendum erit* sestertia. — *fuit et qui coniectaret scribendum* milia nummorum. — *ea quae sunt* quid vero — milia *cum septenarium trochaicum, satis quidem elumbem, efficiant, Quicheratus hoc metrum praetulit. quod falsum esse supra est demonstratum.* — **3** *f.* Pauperie. — paupertatem H_1. — Ennius; *cf. 507 l.* evenat. — **4** ut iam *M;* utinam *v.* — moriar mortem *cdd. h. l.; om.* moriar *507.* — *in ed. Ennii propositum:* mortem utinam. — evenat *cdd. 507;* eveniat *hic.* — **5** pauperiem, *om.* mea, *Bamb.* — *nihil varietatis in libris 507.* — *verba sensu cassa.* — *quid olim fuerit apud Ennium et res ipsa demonstrat et Euripideae Hecubae v. 497 sq.* — *f. ut senium pro taedio quolibet, pauperies pro calamitate qualicumque poni solita.* — *hoc si probaveris, poterit Ennio tribui ut:* quod in pauperie et miserie graviter fleam. — **6** singularis *pr. L;* singulari *rell.*

494 M.

lib. I: haec aedis, quae nunc est, multis annis post factast. namque Numae regis temporibus delubra parva facta.

VICTVIS, pro victus. Varro de vita populi Romani lib. I: primo de re familiari ac partibus; secundo de victuis consuetudine primigenia; tertio de disciplinis priscis necessariis vitae.

GRADVIS, pro gradus. Varro de vita populi Romani lib. II: multo praediti pudore et pudicitia aduliscentis vixerunt, cum maiorem partem eius graduis aetati' stipendia facerent.

PVERITAS, pro pueritia. Varro Cato vel de liberis educandis: velim mehercules, inquid, ipse voto magno pueritatis formulam audire.

ANVIS, pro anus. Varro Cato vel de liberis educandis: eam nutricem oportet esse aduliscentem. anuis enim ut sanguis deterior, sic lac. lac enim, ut quidam dicunt physici, sanguinis spuma.

PRAECANTRIX. Varro Cato vel de liberis educandis: ut faciunt pleraeque, ut adhibeant praecantrices nec medico ostendant.

RITVIS, pro ritus. Varro Cato vel de liberis educandis: itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium iurare vult prodire solet in conpluvium.

---

9 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 12 Varro de vita pop. Rom. II ‖ 15 Varro Cato ‖ 18 Varro Cato ‖ 21 Varro Cato ‖ 23 Varro Cato.

---

7 hec *L.* — edis *Bamb.* — quae *ed. a. 1471* (que *princ.*); quo *cdd.* — factast *M;* facta sit *cdd.* — **7. 8** namque Numae (*vel* namque omnia Numae) *M;* in quae (inque *H*) omnia *cdd.* — quia omnia regiis *Scal.; at minime regum temporibus templa nulla aedificata nisi parva demonstrat Iuppiter Capitolinus.* — **9. 10. 11** Vicuis *pr. L.* — Varro. *haec verba in primore libro fuere collocata. quibus demonstrat Varro, quem ordinem enarrandi in singulis libris sit observaturus.* — primo *M;* primum *cdd.* — ac *Me,* ab *cdd.* — secunde *Bamb.* — victus consuitudine L_1. — primigenia *om. Bamb.* — priscus *pr. L.* — **12** Gradus *pr. L.* — **13** adulescentis *cdd. pr.* L_1. — vixerunt *Me;* dixerunt (dierunt *Bamb.; pr. L*) *cdd.* — **14** maiorem partem *Me;* maiore patre *cdd.* — graduis *ed. princ.;* gradui *cdd.* — aetatis *Kettnerus;* aetati' *M; cf. comm. in 395, 4;* etade *pr. L;* etadte *rell.* (et aetate ad te *ed. a. 1476*); et aetatis *non bene Popma; Me.* — eius graduis *genetivus est qualitatis; a quo suspensum* aetati'. — *cf. Varronis locum 523 s. l.* sexagenarios. — **15** Pueritas *M;* Puerilitas *v.* — *ita pg. 433 s. l.* iuventus *in cdd. est* iuvenilitas *pro* iuventas *vel* iuvenitas. — **16** mehercules *Ald.* (me hercule *ed. princ.*); meherculis *cdd.* — inquit *H, G, Bamb.* — voto (*i. e.* desiderio) *M;* uto *Bamb.;* uso *L;* H_1*;* usu H_2*; G; v.* — pueritatis *M;* puerilitatis *v.* — formam *Bamb.* — **18** Annuis pro anuus *pr. L.* — **19** adulescentem *cdd. pr.* L_1. — annuis *G; pr. L.* — **20** ut quidem *Gulielm.* — fysici *cdd.* — sanguisis *pr. L.* — **21** Praecantrix; *cf. Plaut. Mil. 692.* — faciunt *Pius;* faciant *cdd.* — **22** plerique L_1. — modico *Bamb.* — ostendant *Grauertus;* ostendunt *cdd.* — **24** *illud* rituis nostri, *si integra omnia, suspensum a* qui. *sed potius adducor ut credam post verbum* nostri *(in ras.* H_1*) excidisse ut puta* cultor. — dium *Scal.;* deum *cdd.; cf. Varr. de l. lat. V, 66.* — **25** in conpluvium (compl. L_2); *cf. Varro l. m.* — *non bene Popma* in publicum (in poblicom *Scal.*).

PRONIS, positum pro prona. Varro Parmenone:

álta trábs prónis ín humum áccidéns próximaé || frángit rámós cadens.

TENERITAS. Cicero de finibus bonorum et malorum lib. V: in primo enim ortu inest teneritas ac mollitia quaedam.

IX.

INCIPIT

DE NVMERIS ET CASIBVS.

Accusativus numeri singularis positus pro genetivo pluralis.

---

26 Varro Parmenone || 2 V, 21, 58.

---

26 Varro; *cf. 178 l.* traps *ibique comm.* — 1 *iam pg. 178 est relatum deleri a Quicherato illud* cadens; *ac vix dubito quin verum viderit ortusque sit error ex eo quod praecedit* accidens. — *nam quod bis idem vitium recurrit in codicibus, sive Nonii culpa sive librariorum, non magis mirum quam quod vidimus pg. 494, 5 illud* senex *etiam 507 s. l.* evenat *iterari.* — 3 temeritas *cdd. Cic.* — mollicia H_1. — 5. 6 *om. hoc cap. Montep.; Par. 7665.* — de numeris *Bamb.; Index; ex quo ductum est, quod et in P legitur* de numeris; de generibus *C; Ottobon. 1725; Vatic. 1554.* — *hoc capite vel Nonium superavit stultitia Nonius.* — *quamquam non hic magis quam alibi ducibus caret perversitatis.* — *vetus enim grammaticorum commentum de mutatis promiscue casibus. nihil autem aliud nisi quod huius capitis parte ipsoque initio tractatur respexit Quintilianus I, 5, 45, cum dicit:* similiter in vocabulis et nominibus fit soloecismus genere, numero, proprie autem casibus, quidquid eorum alteri succedet. *cf. I, 6, 18:* idem 'centum milia nummum' et 'fidem deum' ostendant duplicis quoque soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum. *neque repugno, siquis huius erroris ut multorum aliorum initia prima ad Varronem auctorem referenda existimarit; quamquam certum eius rei indicium in scriptis quae extant non invenitur. — quis autem ignorat quam saepe diversa inter se et repugnantia de rebus isdem ille tradiderit? — in quo quidem etiam eum sunt secuti plerique posteriorum. — de permutatis casibus cf. et Prisc. pg. 1101. relicua deterioris aetatis grammaticorum, ut Serv. ad Aen. XI, 775; Donati ad Ter. Andr. V, 4, 37, placita similia Nonianis omitto. — ceterum compluries turbatum in hoc capite, cuius etiam pars quaedam in finem cap. VII delata. — tamen veriti sumus ordinem traditum mutare, cum praesertim in loco tam brevi affinia inter se vel cognata facili negotio possent colligi ab eo, cui voluntas suppeteret. — nec desunt exempla, ubi lectione falsa Nonii auctorem, quisquis fuit, appareat deceptum. — denique quod aliquoties a Numida nominativum cum accusativo, dativum cum ablativo vides confusos, et ex hoc indicio pariter atque ex lemmatis accusandi casu potius quam nominandi appositis, quae saepius inveniuntur ap. eum, cognosces, quantum iam illo tempore non modo inter rusticos, sed inter semidoctos grassata sit sermonis latini depravatio illa, ex qua deinceps ortae linguae romanicae.* — 7 Accusativus *e. q. s.* — -um *pro* -orum *positi exempla tantum adferuntur. — cet. cf. Neuii gramm. lat. I, 103 sqq.* — positum *Bamb.* — pro genitivo *G; Hqos; non P; Bamb.;* pro genetivo *G in mrg.* — plurali (*seq.* s) *cdd.*

495 M.

Sisenna Hist. lib. IIII: qui tamen quibus leitibus foedera maiorum suum dissoluta * * * Titinius Veliterna:

ómnium plenúm prohibui vítium, expertem cónsili.

idem in Gemina:

nón is exscreát parasitum néc vestrum aspellít domo?

Plautus Persa:

pol deúm virtutei dícam et maiorúm meum.

Lucretius lib. VI:

flammea tempestas Siculum dominata per agros.

Terentius Hecyra:

prope iám remotum [ab] iniúria adversárium.

Accius Eurysace:

parúmper reprime vím citatum quádrupedum.

idem Epinausimache:

ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest
fulgéntium armum animátus ardorem óbtui.

---

8 Sisenna Hist. IV ‖ 9 Titinius Veliterna ‖ 11 Titinius Gemina ‖ 13 III, 1, 63 ‖ 15 VI, 642 ‖ 17 prol. II, 14 ‖ 19 Accius Eurysace ‖ 21 Accius Epinausimache.

---

8 leitibus *(ablativus causae);* litibus *ed. princ.;* laetibus *C;* letibus *Bamb.* — *satis constat* lites *non privatarum tantum esse disceptationum.* — foedere *G.* — malorum *Bamb.* — **9** dissoluta. *sequebantur ut puta haec:* voluerint *(id fortasse librariorum culpa omissum)* notum vobis. — **10** omnium plenum prohibui v., exp. consili; *ita M; cdd.* omnium vitium expertem, consilii plenum prohibui. — *de adulescente temerario eodemque corrupto agitur.* — *id melius placet quam quod etiam venit in mentem:* omnium vitium me expertem, consili plenum praehibui (consili plenum praehibui *iam coni. Bothius ed. 2*). *ubi* praehibui *idem quod* praestiti. *et poterit comparari Ter. Phorm. III, 1, 12.* — **12** non is exscreat *M* (exscreat *iam Buechelerus*); non exsecratis *C;* non exscrat is *Bamb. secundum Fleckeisenum; Lugd.* — cur non exscrattis *Ribbeckius.* — vestrum *scite Ribbeckius excepto quod eum fugit, quomodo explicandum esset illud.* — *nimirum auctor Nonii non putavit id positum pro* vestri *vel* vestra *(neutri enim cum lemmate conveniret), sed pro* vestrorum. *de qua genetivi forma, frequenti apud vetustissimos, cf. Neuii gramm. lat. II, 185.* — aspellis *cum Bothii ed. 2 Ribbeckius.* — domo; modo *Bamb.* — nomen exsecrat parasitum nec virum aspellit domo? *Hermannus.* — *at displicet illud* virum. — **14** virtutei; virtute *cdd. Pl.;* virtutem *C, Bamb.* — dico *Ambros. Pl.; sed cf. Caesar pg. 117.* — **16** flammae *non bene cdd. Lucr.* — **18** ab *om. cdd. Ter.* — abversarium *Bamb.* — **19** Euresace L_1; Eurisace L_2, *H.* — **20** parumper reprime (*vel* reprimes parumper) vim *M;* reprime parumper vim *C;* reprime para imperium *Bamb.* — cicatum *Bamb.* — **21** epinausimace *cdd.* — **23** armum *Bentin.;* armorum *cdd.* — animatus *Bothius;* armatus *v.;* advorsus *Madvigius Advers. II, 667.* — obtuli *Bamb.*

Novius [Eurysace]:

mília
sex númmum in arcam démisi nummáriam.

Turpilius Epiclero:

ni Cálliphonis núnc te miseret líberum.

Pacuvius Atalanta:

paréntum incertum invéstigandum grátia.

idem Periboea:

regum ímperator aéterne, humanúm sator.

Varro Papia papae, περὶ ἐγκωμίων:

omni ópstant in mystério invidúm tabes.

idem de vita populi Romani lib. IIII: Hortensius supra decem milia cadum heredi re*liquid.* — *Lucilius lib. XVIII:*

milia ducentum frumenti tolli' medimnum,
vini mille cadum.

Sallustius Hist. lib. I: cuius duas insulas, propinquas ‖ inter

---

24 Novius; cf. comm. ‖ 27 Turpilius Epiclero ‖ 29 Pacuvius Atalanta ‖ 31 Pacuvius Periboea ‖ 33 Varro Papia papae ‖ 35 Varro de vita pop. Rom. IV ‖ 36 Lucilius l. XVIII ‖ 1 Sallustius Hist. VI.

---

24 Eurysace (Erisace *G*) *secl. Munkius. — hoc verbo verum fabulae titulum expulsum, quod et Quicherato visum, ea re fit probabile, quod ubique in hoc lemmate libri nota addita.* — **26** numinum *Bamb.* — demisi *Passerat.;* dimisi *cdd.* — **28** ni *H, G;* in *L, Bamb.* — Callifonis *cdd.* — miseret *Iun.;* misere *G, Bamb.;* miserae *H, L.* — **29** Athalanta *cdd.* — **30** invest.; *caesura post* in. — **32** regum *Gulielm.;* regnum *cdd. — cf. Hor. III, 1, 6.* — aeterne, humanum; aeterne humanum *Bothius;* aeternum morum (mox *male intellecto compendio Bamb.*) *cdd.* — humanum; *cf. Lucr. III, 80. — quamquam et neutrum potest esse illud* humanum. — *ceterum invidenda ingenii facilitate, sive levitatem dixeris, Buechelerus quattuor, non minus, in hunc locum effudit coniecturas, quas videre est apud Ribbeckium.* — **33** περι-ενκωμιων *cdd.* — **34** *choliambum notavit M.* — omni obstant (opstant *Vahlenus*) in *Popma;* o mi optanti *cdd.* — mysterio *M;* ministero *L; Bamb. ex corr.; P ex corr.;* ministerio *H; G; pr. P et Bamb.* — inv. *Ald.;* inviduum *cdd.* — inv. tabes; *cf. Ovid. Metam. II, 760 sq.; 780 sq.* — **35** idem; *cf. 544 l.* cadi *cum comm.; Plin. Nat. hist. XIV, 15, 17.* — **36. 37** cadunt L_1. — reliquit *Iun. ex pg. 544;* re *cdd.* (retollis *L;* H_2*;* recollis H_1). — Lucilius — frumenti *Me supplevit ex pg. 544. — unus nimirum erat versus interceptus in archetypo.* — tolli'; tollis *G, Bamb.;* de *L, H supra dictum.* — **38** cadunt L_1. — **1** *cf. Kritz. comm. in I, 61.* — I *Gerlach.;* XI *C (in L numerus adiectus a correctore, sed ut vid. m. 1); om. Bamb.;* IIII *ed. princ.; (om. lib.)* VI histor̄ *a. 1471.* — cuius; quas *coni. Rothius. — sed non est improbabile, sicut Brossio aliisque visum, illud* cuius *spectare ad verba servata ab interpolatore Servii in Aen. II, 640:* traditur fugam in oceani longinqua agitavisse.

496 M

se et decem *milia* stadium procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. — Afranius Vopisco:

antíquitas spectánda in principióst mihi:
maióris nostri cúpidioris líberum
fuére.

M. Tullius de officiis lib. III: an emat denario quod sit mille denarium?

Accusativus positus pro dativo: 'ignoscamus illam rem' pro 'illi rei' [ignoscant]. Plautus Amphitryone:

velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suum.

Terentius in Eunucho:

au!
ne cónparandus híc quidem [ad] illumst.

Genetivus casus positus pro accusativo. Titinius Psaltria:

dic ístuc, quaeso: quór te avortistí? mei
fastídis, meae delíciae?

---

3 Afranius Vopisco ‖ 7 III, 23, 92 ‖ 10 I, 1, 101 ‖ 12 IV, 4, 13 ‖ 15 Titinius Psaltria.

---

2 $\overline{\text{X}}$ *Me;* milia *add. Brossius.* — stadium *om. G.* — gadiuus L_1. — sitas *Carrio; Me;* satis *cdd.* — 3 ingente *pr. L.* — Afran.; *vide quae de sequenti frgm. dicta comm. in 493 l.* effigia. — 4 spectanda *M;* petenda (*praec.* s) *cdd.;* repetenda *Bothius ed. 2.* — 5 maioris *nominativ.* — nostri *Iun.;* vestri *cdd.; quod cui magis placuerit, verba alterius ad patrem vopisci data existimet oportet praeferatque illud* repetenda. — cupidioris *(nominativ.) Paris. 7666; M;* incupidioris (*praec.* i) *cdd.* — maiores — incupidiores *Ald.* — 7 IIII H_2*; G.* — 9 Accusativus *e. q. s.; cf. 502 l.* accusativus pro dativo; *ubi etiam Pl. exemplum.* — 10 ignoscant *del. Me.* — 11 *versus caesura carens.* — ignoscam' *L.* — 12 Ter.; *cf. 256 l.* conparare, adaequare *cum comment.; Prisc. 1012.* — eunuco *pr. L.* — 13 aut *cdd. utrobique.* — 14 conferendus (conferundus) *cdd. Prisc.* — ad *secl. Me; habent cdd. utrobique* (*hic* L_1 aut); *item Ter. libri pr. D, G; in quibus praep. a correctoribus addita;* ad illum *et Prisc. B; apud quem plerique* cum illo. — *nimirum haec res. auctor Nonii cum et ipse incidisset in exemplar Terentii quod careret illo* ad *neque tanti duceret conferre alia, portentosum protulit commentum, cuius dignus sectator existeret Nonius. — scilicet praepositioni nullus hic locus. nam ubique in hoc capite ut res ipsa fert de nudis agitur casibus permutatis. cf. comm. in 501 l.* ablativus pro accusativo. — 15 Genitivus L_2*, Hqos, G* (*hic in mrg.* genetivus); *non Bamb.* — saltria *L, H, Bamb.;* altria *G;* in altera *ed. princ.; corr. Ald.* — 16 dic istuc *M;* dic istud *Neukirchius;* dic tu *Iun.;* dic sis tu *Gulielm.;* dicis tu *cdd.* — quor *Ribbeckius;* quoa *C* (quo ate); quo *Bamb.* — avortisti *Pius;* abortisti (abhort. *H*) *C, Bamb.* — *parum elegans nec tamen exemplo carens interpunctio post quintum trimetri pedem. septenarium formidabilem, qui* fastidis *verbo cluderctur, effecit Ribbeckius.* — 17 fastidis H_2*, Bamb.;* fastidisi *G;* fastidissi *L,* H_1. — mee H_1. — delicie H_1*;* delitiae *L,* H_2*, G; non Bamb.* (H_1 fastidissime edelicie; *L* fastidissimeaedelitiae).

Plautus in Aulularia:

ábiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei;

pro me fastidit. Lucilius Satyrarum lib. VII:

tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.

Turpilius Leucadia:

víde, nunc fastidít mei.

Lucilius lib. XXVIII:

cui saépe mille inpósui plagarum ín diem.

idem:

si argenti índiges.

Plautus Aulularia:

deinde égomet mecum cógitare intérvias
occépi.

‖ cum sit veretur illam rem, sicuti et consuetudo et Terentius in Phormione auctor est dicens:

nón simultatém meam
veréri saltim?

veteribus genetivum pro accusativo poni placet. Afranius Compitalibus:

si nón vereare, némo vereatúr tui.

idem Simulante:

quía tui verétur, me ad te mísit oratúm pater.

et in Emancipato:

optándum uxorem, quaé non vereatúr viri?

---

18 II, 2, 67 ‖ 20 Lucilius l. VII ‖ 22 Turpilius Leucadia ‖ 24 Lucilius l. XXVIII ‖ 26 Lucilius ‖ 28 II, 8, 9 ‖ 32 II, 1, 2 ‖ 35 Afranius Compitalibus ‖ 38 Afranius Simulante ‖ 40 Afranius Emancipato.

---

18 pluat', *m. 2* plaut' *H.* — in *L, H, Lugd.; om. ed. Bas.; Bamb., ut vid.* — 19 me *om. G.* — 20 *illud* pro me fastidit *f. delendum.* — 21 tristes *Lugd.;* tristis *C, item, ut vid., Bamb.; in H margini adscr.* tristris, *sed id del. m. 2.* — *male sonaret* tristis, difficilis. — 23 viden' ut f. m. *eleganter Fr. Dousa.* — 26. 27 *quod sequitur exemplum recte videtur a Quicherato collocatum pg. 498 post v. 12.* — 29 inter vias (intervias) *cdd. Pl.;* interdum *C, Bamb.; cf. Buecheleri libelli de declin. lat. pg. 32.* — 30 hoccepi *L.* — 31 consuitudo L_1. — 32 formione *cdd. pr. H;* L_2. — auctorem dicens *Bamb.* — 34 veriri *G.* — revereri *melius cdd. Ter.* — saltem *cdd. pr.* L_1. — 35 genitivum *ed. a. 1476;* genetivus L_1*;* genitivus L_2, H_1, *Bamb.;* genitivos H_2, *G.* — 37 vereare *Me;* verear *cdd.* — ego si non verear *Ribbeckius.* — 38. 39 Simulante: quia tui *M* (Simulante: tui *Iun.*); simulatui *pr. H;* simulat ui L_1*;* simula tui *rell.* — *apparet ab* ula *ad* uia *aberratum librariis.* — 39. 40 pater. et *Rothius;* peteret *L,* H_1*;* petere *Bamb.;* peteret idem H_2, *G;* pater. idem *Me.* — eamancipato L_1, H_1, *G; non Bamb.* — *f.* Ecmancipato. — 41 optandum *f. accusativ., suspensus ille a dicendi verbo praemisso.*

Pacuvius Hermiona:

Tyndareo fíeri contuméliam,
cuius té veretur máxume?

Atta Gratulatione:

nílne te populí veretur, quí vociferere ín via?

Varro Sardis venalibus: ||

non té tui saltím pudet, si níl mei revereátur?

Accius Alphesiboea:

si tuí veretur té progenitorís, cedo.

Accusativus positus pro ablativo. Titinius Gemina:

. . edepol hóminis gnavi fúnctu's officiúm..

Plautus Menaechmis:

nám parasitus ócto hominum † múnus facile fúngitur.

idem Trinummo:

sequere hác me, gnata, múnus ut fungás tuum.

Lucilius Satyrarum lib. I:

munu' tamen fungi et muros servare potissint.

idem lib. V:

Laeliu' pauperem ait se ingentia munera fungi.

Turpilius Epiclero:

séd volo ut família nostra offícia fungatúr sua.

idem Pedio:

---

42 Pacuvius Hermiona || 45 Atta Gratulatione || 47 Varro Sardis venalibus || 2 Accius Alphesiboea || 4 Titinius Gemina || 6 I, 4, 5 || 8 prol. 1 || 10 Lucilius l. I || 12 Lucilius l. V | 14 Turpilius Epiclero || 16 Turpilius Pedio.

---

43 Tindareo *cdd.;* Tyndareo *Ald.* — **44** te *Voss.;* a te *cdd.* — a te; *iam secuntur exempla diversa. at priorum respectus causa fuit librariis ponendi* a te. — maxime *L* (*pr.* maximae); H_1; *Bamb.* — **45** Atta *Lips.; Me;* acta *cdd.* — **46** nihilne *cdd.* (nilne *Ribbeckius*). — vociferare *Ald., qui primus hoc exemplum addidit.* — **1** *septenarium iambicum agnovit Havetus.* — saltem *cdd. pr.* L_1. — nihil *cdd.* — **2** Alfesiboea L_1; Adphesiboea H_1. — **5** etepol L_1. — gnavi *Puteanus;* ignavi *cdd.* — functu's *Quicheratus;* functus *v.* — **7** octo hominum munus *et B, C, D ap. Pl.;* octo hominum nunc *Ambros.* — *ad hiatum tollendum* octo homonum *Brixius;* munus hominum *Muretus.* — **9** ac me *C, Bamb.;* hac me *ap. Pl. Ambros.; Bothius;* me mea *B, C, D.* — munus ut fungas tuum *M;* ut munus f. t. *C, Bamb.;* ut munus fungas tu tuom *Schoellius;* ut munus fungaris tuum *cdd. Pl.; cf. 406, 4.* — **11** potissint *M;* possint *C, Bamb.;* potessint *v. cd. Dousae;* potissent *male Iun.* — *sententia similis ei, quae legitur Ennii Annal. v. 323.* — **13** laevius *L*, H_1; Laevius *nos cum Aldo in ed. Lucilii. sed quamquam Laevii nomen saepissime corruptum, tamen Laelium in re, de qua agitur, apud Luc. commemorari magis probabile.* — ait; *punctum subter* a *pos. in L.* — **14** Ephiclero *pr. L.* — **15** volo *H; Bothius;* vola *rell.* — sedulo ut *Gulielm.; f.* sedula ut.

núptias abiéci; amicos útor primorís viros.

Pacuvius Doloreste:

nónne vitium fúngar vulgi adque aégre malefactúm feram?

Accusativus vel nominativus pro ablativo. Turpilius Demetrio:

meós parentes cáreo.

M. Tullius de re publica lib. V: sed tamen ut bono patri familias colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est. — Varro Cygno, περὶ ταφῆς: denique sei vestimenta opus sunt, quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers? — idem Prometheo libero: id ut scias, audi hoc. quod falsum dicis esse, nemini oculos opus esse, si habet†. — Sallustius Hist. lib. II: ruinaque magna pars suismet aut proxumorum telis * * * ceteri vicem pecorum obtruncabantur * * * Afranius Vopisco:

tandem út possimus nóstra fungi múnera.

---

18 Pacuvius Doloreste ‖ 20 Turpilius Demetrio ‖ 23 M. Tullius de re publ. V ‖ 25 Varro Cygno ‖ 26 Varro Prometheo libero ‖ 28 Sallustius Hist. II ‖ 30 Afranius Vopisco.

---

17 amicos *e. q. s.; asyndeton causale.* — **18** Doloreste *P; Bamb.; G;* Duloreste *L; Hqos.* — **19** nonne vitium (*vel* non ego vitium) *M;* non officium *v.* — *verba respondentis ei, qui exprobraret, quod alter iniuria magis quam sapientem virum deceret commoveretur.* — vitium; *i. e.* malam consuetudinem. — vit. f., *ut ap. Hor.:* virtute functos. — atque *C pr.* L_1*;* atque atque *Bamb.* — egre *Bamb.* — malefactum *ed. princ.;* malefatum (male fatum *ed. Bas.; Bamb.*) *cdd.* — **20** vel nominativus; in (i *longa*) m̅ts *Bamb. sec. Beckerum.* — Turpilius; *cf. 466 l.* carere; *ubi legitur:* eos p. car. — **22** careo *om. Bamb.* — **24** racionandi *G.* — **25** cigno *G.* — ταφεc *cdd. pr. H.* — sei vestimenta *M;* si vestimenta ei (et *P*) *cdd.* — *vid. illud* ei *olim appositum ad corrigendum* si *casu quodam locum post* vestimenta *accepisse, cum deberet ante.* — si vestimenta ea *Rothius;* haec *Quicheratus.* — **26** quae fers — opus sunt *om. Bamb.* — si; *recte si supra scriptum illud* sei, *etiam hic idem oportet reponi.* — **27** prometeo *pr. L.* — libero; lib. I *cdd.* — **27. 28** id ut scias — habet. *octonariis iambicis haec contineri olim rati, quorum prior finiretur post* nemini, *minus addicente re m., quod in illis* oculós opus esse sí habet *displicet duplex anapaestus, solutam iam praetulimus orationem.* — *fuit autem hic ut saepius in saturis Varronis sophistica quaedam altercatio disceptatioque; in qua alter contenderet, oculorum usu non esse opus.* — dicis esse; esse *om.* H_2*; G; Me.* — nemini oc. op. esse *supra scr. in L m. 2.* — si habet; *vix videtur supplendum* oculos; *sed potius librariorum vel Nonii culpa haustum ut puta* ingeni aciem. — **29** ruinaque magna pars *M;* ruinaquae (ruina quae; *corr. Me*) pars magna *cdd.* — ruinaque magna; *i. e.* cum alii super alios promiscue ruerent. — ruuntque pars magna *parum eleganter Colerus.* — *post illud* telis *haustum velut* vulnerati; *quod Dietschio venit in mentem. id tamen non participium duco sed verbum finitum.* — citeri *L, Bamb.* — vecem; vicem *Passerat.; Me;* vece *L,* H_1*;* vete *Bamb.;* vice H_2*; G.* — **30** obtruncabuntur *G.* — *etiam in fine quaedam omissa, incertum cuius culpa, ut puta* ab hostibus. — **31** possumus *Bamb.*

idem Fratriis:

id aurum mé condonat lítteris.

Lucilius lib. XXVI:

haéc tu si volés per auris péctus inrigárier.

Genetivus positus pro ablativo vel adverbio loci. Plautus Trinummo:

nón ego sum dignús || salutis†?

Cicero Tusculanarum lib. IIII: aliquod malum metuit; exanimatus pendet animi. — Plautus Amphitryone:

ut sálvi poteremúr domi.

Pomponius Pappo agricola:

dómus haec fervit flágiti.

Accius Erigona:

locórum late víridia et frugum úbera.

Lucilius Satyrarum lib. VI:

hortare, illorum si possim captu' potiri?

idem lib. VIII:

---

32 Afranius Fratriis || 34 Lucilius l. XXVI || 37 V, 2, 29 || 2 IV, 16, 35 || 3 I, 1, 32 || 5 Pomponius Pappo agricola || 7 Accius Erigona || 9 Lucilius l. VI || 11 Lucilius l. VIII.

---

32 fratris *cdd.* — **33** id aurum me condonat; *simillimus loquendi usus in exemplo sequenti; porro infra pg. 500 in v. Novii:* o, quot res vis hunc privari pulchras; *neque distat, quod Horatius dixit:* dulci laborem decipitur sono; *et Verg.:* expleri mentem nequit. — literis *Bamb.* — **34** Lucilius Satyrarum lib. *G; non Bamb.* — **35** aures *G.* — **36** Genitivus L_2*; Hqos; G; non P; Bamb.* — adverbio *Ald.;* adverbium *cdd.* — **1** salute dignus *cdd. Pl.; ac negant viri docti ap. hunc inveniri illud* dignus *cum genetivo; cf. Caes. pg. 146. itaque alterum videtur praeferendum. at qui ablativum in* d *exeuntem promiscue admittendum existimarint in fabulis Plautinis, eis facile poterit persuaderi olim h. l. fuisse:* non ego sum dignus salutid? — **2. 3** qui adpropinquans aliquod m. m. exanimatusque p. a. *Cic.* — examinatus L_2, *G.* — **3** Pl. in A. *Bamb.* — **4** poteremur *Guietus;* potiremur *cdd. Non. et Pl.;* poneremur *Non. ed. princ.* — *male Lachmannus:* salvi ut potiremur domi; *nam rarissime apud antiquiores* potiri *in praesentis indic. vel coniunct. imperfecti seq. quartam.* — domum *cdd. Pl.; ap. quem f. restituendum* domu. *cf. tamen Caes. pg. 134.* — **5** Pompon.; *cf. 502 l.* fervit. — **6** fervit flagiti *cdd. 503;* fuerit placiti *h. l.* — **7** Erigena *Bamb.* — **8** locorum *Bothius* (*in archetypo* fuerat loco^{r}num); locronum *cdd.;* Locrorum *v. auctore Aldo.* — latae *L.* — fruguum *Bamb.; pr. L.* — frugum ubera; *n. N.; nam illud* ubera *vid. esse substantivum ac* frugum ubera *dicta ut ap. Verg. exemplo homerico:* ubere glebae. — **10** hortare; *secunda persona indicativi.* — *f.* hortarei. — captu' potiri (captus *iam Scal.*) *I. Dousa;* capisotiri *Bamb.; pr. L;* capisortiri *L ex corr.;* capi sortiri *H;* capis sortiri *G.* — captus; *i. e.* delectatus. — *fuit qui coniceret haud male:* illorum si possim parti' potiri. — **11** VI *G; non Bamb.*

quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus.

idem lib. VIIII:

si nil ad faciem et solum lupa prostibulumque,
nummi opus adque assis.

Pacuvius Periboea:

postquámst honeratus frúgum et floris Líberi.

[Genetivus pro ablativo.] M. Tullius de re publica lib. III: noster autem populus sociis defendendis terrarum iam omnium potitus est. — Afranius Excepto:

quod vítae studium aut quód praesidium in pósterum
mihi súbponebas, mé cum privastí tui?

Varro de vita populi Romani lib. II: [ut] noster exercitus itast fugatus, ut Galli Romae *praeter* Capitoli sint potiti neque inde ante sex menses cesserint [significat genetivus eum *qui* in

---

13 Lucilius l. IX ‖ 16 Pacuvius Periboea ‖ 18 M. Tullius de re publ. III ‖ 20 Afranius Excepto ‖ 23 Varro de vita pop. Rom. II.

---

12 *post v. h. a Quicherato commode poni illa:* idem: si argenti indiges *comm. in 496, 26 est adnotatum.* — **14** nihil *cdd.* — ad faciem; *supplendum ut puta* animattenditur. — solum *Lips.;* si olim *cdd.* — prostibulumque; *sc.* quaeritur. — **15** numi *pr. L* (nummi *Lips. Epistol. quaest. V, 12*); numini (*supra* u *in H erasa lineola*) *rell. cum Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1. — assis *Lips.;* obsit *cdd.* — *recte notat Lipsius* opus *hic minime eo sensu dictum quo putat Non., sed accipiendum pro* res. — **17** honeratus; oneratus *Bamb. sec. Fleckeisenum; ed. princ.;* honoratus *C.* — flores H_1. — **18** Genetivus (Genitivus L_2, *H; non Bamb.;* enitivus *G*) pro ablativo *om. ed. a. 1476 (etiam cum exemplis pluribus a. 1471).* — **20** potius H_1. — **21** aut q. pr. *supra add.* L_2. — **22** privasti *Me* (privares *Ribbeckius;* privas *Iun., quod non potest ferri nisi praemisso* sic); privis (*seq.* t) *cdd.* — tuis *Bamb.* — **23** ut, *quasi e v. 24 illatum, secl. M.* — excitus *G.* — **24** itast *M;* ita sit *v.* — praeter *add. Quicheratus;* nisi *Popma.* — capitolii sint (capitoliis in L_1) *cdd.* — **25** cesserint *Lips.;* gesserint *cdd.* — **25. 26. 27** significat — commoda *secl. M.* — significat genetivus eum qui *M;* significata ad genetivum (genitivum L_2, *G, Hqo;* ginitivum Hs_2) *C, Bamb.* — significat id genitivum in p. v. *male Me, qui ponit post Plautinum* hostis est. — *porro lacunae signum cum versu Ter. Adelph. V, 4, 17 hic addidit M; cdd. tantum habent* ille alter *et quidem post* Plautus Captivis. — *egregia usi cura Bartelsius pg. 13., Caesar 51 intellexere intercidisse unum vel duo exempla Terentii Adelph. (V, 4, 17; 22); quae hausta videri pg. 481 ad l.* potior illam rem *est adnotatum. neuter tamen originem erroris introspexit. scilicet interpolator cum meminisset alibi a Nonio referri de illo* potior *cum accusativo iuncto, differentiam quandam esse voluit, ut genetivus significaret sub potestatem alienam redactum, accusativus fructum percipiendum; eiusque rei firmandae causa unum vel duo apposuit exempla Terentiana, quae a Nonii lemmate plane aliena. — quae de accusativo addidit, ea hausta. et apparet olim in hoc loco turbatum.*

498. 499 M.

potestatem venit * * * 'ille alter *sine labore patria potitur commoda*']. — Plautus Captivis:

potitus hostis est.

Sallustius in Iugurtae bello: ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis potiretur. — idem in eodem: ager autem aridus et frugum vacuus. — M. Tullius de officiis lib. I: haec sunt opera magni animi et excellentis et prudentiae consilioque fidentis. — idem: omnium autem rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agri cultura melius. — Vergilius Aen. lib. I:

inplentur veteris bacchi pinguisque ferinae.

M. Tullius in Hortensio: et qui expectat, pendet animi, quia semper, quid futurum sit, incertum est. — Varro Eumenidibus: ego autem, qui essem plenus vini et veneris. — || Sic 'desipiebam mentis', pro 'mente desipiebam'. Plautus Epidico:

desipiebam mentis, cúm illa scribta mítterem.

Sic 'mille annorum vivunt' pro 'mille annis vivunt'. Plautus Milite:

qui mílle annorum pérpetuo vivúnt ab saeclo ad saéclum.

Dativus pro accusativo. Titinius Barbato:

---

26 Ter. Adelph. V, 4, 17; cf. comm. || 27 I, 1, 24; III, 5, 104; cf. comm. || 29 25, 10 || 30 90, 1 || 31 I, 23, 81 || 33 de off. I, 42, 151 || 34 I, 215 || 36 M. Tullius Hortensio || 37 Varro Eumenidibus || 2 I, 2, 35 || 5 IV, 2, 87 || 7 Titinius Barbato.

---

27 *Captivorum utrum 92 v.* nam postquam meu' rex est potitus hostium *an 762* maior potitus hostiumst. quod hoc est scelus? *significetur a Nonio definiri nequit.* — **28** potius *G; pr. L.* — **29** Iugurtae *pr. L;* Iugurthae *rell.* — legatus L_1. — **31** fruguum *Bamb.; pr. L.* — M. Tull.; *hoc exemplum nisi casu quodam huc est delatum ex pg. 502 l.* dativus pro ablativo, *quomodo ad rem faciat non video, ni statueris olim apud Nonium fuisse corrupta lectione vel:* ad haec est opus animi *e. q. s. vel* consilique *pro* consilioque. — haec H_1*; ed. Bas.; Bamb.;* hae H_2; L_2; hex L_1. — **32** et excellentis; et excelsi *cdd. Cic.* — prudentia *cdd. Cic.;* prudentiae quae (prudentiaeque H_1; *seq.* consilioque, *ubi pr. L* consilioquae) *C, Bamb.;* prudentiae aeque *Ald.; quod non placet neque magis* prudentiae suae. — consilioque *et cdd. Cic.* — **33. 34** *haec ita videtur accepisse Numida, ut illud* omnium rerum *putaret dictum pro adverbio loci.* — adquiretur *Par. 7666.* — **36** et qi *pr. L.* — exspectat *Bamb.* — *f.* et quei sperat. — **37** Varro *supra add. L.* — **1** vini; uni *Bamb.; pr. L.* — ex *Bamb.* — *f.:* ego autem quiessem, plenus vini et veneris? — sic; *lemma in L.* — **2** mentes *Bamb.* — **3** desipiebam mentis, cum illas scriptas (illa scripta *v.*) mittebam tibi *cdd. Pl.* — scripta L_2, *H, Bamb.* — miterem *Bamb. ex corr.* — **4** Sic; *lemma in H; in L supra* S *punctum.* — pro mille annis vivunt *om.* H_1. — **6** qui; quin *recte docti ap. Pl.* — mille annorum; mille *accusativus.* — ab saeclo ad saeclum *docti ap. Pl.; ubi cdd. fere* absacio (ab satio) adseclum; ad *(novum l. L, H)* saeculo pro *(cf. v. 4)* ad saeculum *C, Bamb.* — **7** *nullum l. L, H.* — Titinni *G.* — Barbato *Me;* Varrato *C;* Varro *Bamb.*

úbi ubi ambitioném virtuti vídeas antecédere.

[pro 'virtutem antecedere'.]

Plautus Truculento:

quia tuó vestimento ét cibo aliénis rebu' cúras.

Accius Meleagro:

cúius exuvias ét coronam huic múneravit vírgini.

M. Tullius de re publica lib. IIII: nec vero mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Graecos creari solet; sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. — Sallustius Catilinae bello: brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset. — Lucilius lib. XXVI:

si míserantur se ipsí, vide,
caúsam illorum súperiore cónlocarit né loco.

Terentius:

fácite ita ut vobís decet.

idem in Andria:

intérea mulier quaédam, abhinc triénnium,
ex Andro conmigrávit huic vicíniae.

---

10 I, 2, 35 ‖ 12 Accius Meleagro ‖ 14 M. Tullius de re publ. IV ‖ 16 56, 2 ‖ 18 Lucilius l. XXVI ‖ 21 Adelph. III, 4, 45; V, 8, 5; cf. comm. ‖ 23 Andr. I, 1, 42.

---

8 ubi ubi *M;* at ubi *Quicheratus;* ubi iam *Ribbeckius;* ubi *cdd.* — ambitionem virtuti *Iun.;* (ambitioni virtuti *Ald.;* ambitioni virtutem *ed. a. 1476;* virtutem *iam 1471*) ambitione virtutis *cdd.* — *f.* studeas. — 9 *om. Bamb.; P; del. Quicheratus.* — 11 *cf. Spengel. comm. in h. v.* — tuo *Pl.;* tu *C, Bamb.* — 12 Accius *Ald.;* abius *cdd.* — 13 cuius *monosyllabum.* — virgi *G.* — 15 praeponatur *Iun.;* reponatur *cdd.* — Grecos *cdd.* — 16 doceam L_1. — uxuribus *G.* — Catilline, *m. 2* Catillinae *L.* — 17 ac brevi spatio *Sall.* — 18 duobus milibus; *haec dativo casu constare putavit Numida; cf. 502 l.* accusativus pro dativo. — *illud* amplius duobus milibus *pro* amplius duo milia, *non pro* amplius quam duo milia *acceptum voluit Non.* — 19 *illud* ipsi *pro* ipsos *positum, sed dativo casu, existimasse videtur Nonius. quid enim alienum ab eius socordia? — similis infra pg. 501 s. l.* nominativus pro genetivo *error in Terentii Phorm. versu.* — 20 *ita M;* ne illorum causa superiore loco conlocavit (coll. L_2, *H, G;* non locavit *Bamb.*) *cdd.* (causam *Guietus; qui et* collocarit *iam ante nos*). — 21 Ter.; *cf. Bartelsii diss. pg. 15.* — *post* Ter. *vid. excidisse* Adelphis (Ter. Adelphis: ut vobis decet *Me*). — 22 decet *ed. a. 1476; Ter.;* placet *cdd.* — *Terentii Adelph. III, 4, 45 haec sunt:* haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet. — *sed etiam Serv. in Aen. VIII, 127 habet:* facite ut vobis decet. — *Adelph. V, 8, 5 legitur:* immo hercle ita nobis decet; *quod videntur respexisse Sacerdos, Arusianus (gramm. lat. VI, 450; VII, 465). ex quibus ille citat:* ita ut vobis decet; *hic:* ita nobis decet. — *sed apparet traditionem scholasticam locorum Terentianorum iam olim turbatam.* — 23 idem; *cf. Bartels pg. 23.* — 24 huic viciniae; *sic et Ter. libri plerique (dest Bembinus); idem error apud Priscian. gramm. lat. III, 187; ubi cf. Hertzium; sed et illud, quod verum est,* huc viciniae *quibusdam stat testibus.*

Varro de vita populi Romani lib. IIII: tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel caelum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.

Accusativus pro genetivo. M. Tullius de officiis lib. II: dum homines perditi hastam illam cruentam meminerint et sperabunt. — Vergilius in Bucolicis:

alternos Musae meminisse volebant.

Plautus Cistellaria:

méminere officiúm suum.

et Menaechmis:

proptérea illius nómen memini fácilius.

Accius Eurysace:

heú me miserum cum haéc recordor! cum íllos reminiscór dies!

idem || Epinausimache:

eos mortális, Phoenix, líbero
miséreor saepe stúdio et adiutós volo.

et Athamante:

véritus sum arbitrós; adque utinam mémet possim oblíscier!

et Nyctegresia:

án ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí velim?

---

26 Varro de vita pop. Rom. IV || 29 II, 8, 29 || 31 VII, 19 || 33 Plautus Cistellaria || 35 prol. 47 || 37 Accius Eurysace || 1 Accius Epinausimache || 4 Accius Athamante || 6 Accius Nyctegresia.

---

26 tanto *G.* — 27 dummodo; modo *G; non Bamb.* — 29 genetivo L_1*; G in mrg.; Bamb.;* genitivo *rell.* — 30 perditi *Cic.;* cruenti (*seq.* cruentam) *cdd.* — sperabant *Bamb.;* L_1. — et meminerint *melius cdd. Cic.* — 31 Verg.; *cf. 524 l.* memini illam rem. — 32 volebam *cdd. quid. Verg.* — 37 Euresace L_1*;* Eurisacc L_2*; Bamb.* — 38 heu *ed. a. 1471;* eu *cdd.* — hec *L.* — illos H_1*; Ald.;* illo *L,* H_2, *G;* ille *Bamb.* — 1 Epinausimace *cdd.* — 2. 3 *verba Patrocli.* — 2 eos; eo hos *Bothius; f.* hos (*praec.* e). — eos mortalis; *sc.* Graecos a Troianis pressos. — Phoenix, libero (*i. e.* ingenuo) *M; cdd.:* foenis (foenus *Bamb.;* Phoenix *Grotius*) lib. X *cdd.* (X *vid. olim ascriptum fuisse supra illud* foenis, *quamquam potuit numerus et librariorum arbitrio addi, ut saepius factum in Promethei liberi titulo*). — 3 misereor *Bamb.;* miseror *C.* — studio (*i. e.* favore) et adiutos volo *M;* studitos volo *cdd.* (studio *iam Iun.;* et adiutos volo *Grotius; qui ita totum locum:* eos | mortales, Phoenix, misereor saepe et adiutos volo). — *quem si potius sequendum duxeris, magis placent haec:* eós (hos) mortalis líbere, | Phoeníx, misereor saépe et adiutós volo. — *verba Accii allata a Non. propter illud* misereor *cum accusativo iunctum.* — 4 Athamante *Bent.;* adamante (amante *pr. L*) *cdd.* — 5 arbitros *Bothius;* arbitror *cdd.* — atque *cdd. pr.* L_1. — obliscier *L; Bamb.* (L_1*; Bamb. pro* obliscier et: obliscierent); *Gs* (*vel* oblicier); obliviscier *H.* — 6 et *M* (et in *Quicheratus*); ent L_1*; Bamb.; v. supra;* in L_2, *H, G; om. Bamb.* — nectegresia *cdd.* — 7 Vlixem *Bamb.;* Vlixen *C.* —

Turpilius Pedio:

iam désine
meminísse illius fórmam.

M. Tullius de re publica lib. IIII: adque ipsa mens, quae futura videt, praeterita meminit. — Varro Vae victis, περὶ φιλονικίας:

libet épigrammatia fácere et quoniam nómina
non mémini, siquod ín solum mi vénerit,
ponám.

Sic et 'invidit illam rem' pro 'illi rei.' Accius Melanippo:

únde haec? quis mortális florem líberum invidít meum?

‖ privatur illam rem, pro 'illa re' [privatur]. Novius Pedio:

ó, quot res vis húnc privari púlcras, quas utí solet!

Ablativus pro genetivo. Plautus Pseudolo:

vino modo cupidae estis.

Lucilius Satyrarum lib. I:

---

8 Turpilius Pedio ‖ 11 M. Tull. de re publ. IV ‖ 12 Varro Vae victis ‖ 17 Accius Melanippo ‖ 19 Novius Pedio ‖ 21 I, 2, 50 ‖ 23 Lucilius l. I.

---

obliscar *Ribbeckius;* oblicar *pr. L* (oblicarum quem, *tum* obliviscarum quam); obliviscar *rell.* — umquem L_1; *cf. notam priorem.* — 8 Paedio *Bamb.* — **10** *trochaica disponit Grautoffius:* méminisse illius fórmam. — **11** atque *cdd. pr.* L_1. — mens quae *H; ed. a. 1471;* mensaq̃; *L;* mensa quae *ed. Bas.;* mensasque *Bamb.* — **12** praeteritam *Bamb.* — meminit; menit, *tum* memenit *L.* — Vae victis *Ald.;* devictis *cdd.* — φιαονικιαc *L*, H_1, *G.* — **14—16** *propter gravissimam H codicis auctoritatem iam senarios cum Roepero putavi effingendos.* — **14** libet H_1; libet me *rell.* — epigrammata H_1; epiglammatia, *m. 2* aepigrammatia *L;* oepigrammatia *Bamb.;* epigrammacie *Paris. 7666.* — **15** siquod (*sc.* nomen) *M;* quod (*praec.* ni) *cdd.* — mihi *cdd.* — **16** poenam *Bamb.* — *f.* libet epigrammatia facere me et quoniam omnia (*sc.* de quibus ante dictum) non memini, quidquid in solum mi venerit, ponam. — **17. 18** *haec verba vid. divulsa a fine l.* accusativus pro dativo *(496. 502) alieno accessisse loco. sed cf. et 495, 7.* — Accius; *cf. Cic. Tusc. III, 9, 20.* — Menalippo *H, G; non Bamb.* — unde haec? *M;* unde aut *C, Bamb.; om. Cic.* — quisnam (quasnam *Gudian. m. 1*) *Cic.* — meum *(genetiv.) Cic.;* meam *cdd.* — **19. 20** *haec olim pertinuere ad lemma* accusativus — pro ablativo *sive* accusativus vel nominativus pro ablativo *(497). et quidem huius in fine videntur fuisse collocata. cet. cf. comm. ad Afran. Fratriarum v., qui ibi est.* — privatur *alterum om. ed. princ.* — Poedio *Bamb.* — **20** o *add. M* (*praec.* o). — quot *Stephanus;* quod *cdd.* — quo tu *Bothius.* — hanc *G, non Bamb.;* huic *vel* hinc *Lugd.* — pulcras *pr. L;* pulchras *rell.* — ut solet *Bamb.;* ti solent *Paris. 7666.* — **21** genitivo L_2, *Hqos.* — Pl.; *cf. 394 l.* siccum — sobrium. — Pseudolo *Hqos;* Pseudulo *rell.* — **22** vino *et Pl. libri; sed recte docti* vini; *nisi gravius latet mendum.* — cupidae estis *cdd. 394; at h. l. L; H; Bamb.:* cupide testis; *ed. Bas.:* cupidet estis.

500 M.

porro queicumque et cuicumque, ut diximus ante,
obstiterit, preimo huic *cerebrum* minuei refert re.

idem lib. VI:

mi id solum adversae fortunae reque resistit.

Turpilius Paedio:

neque mírum: educta ut pár est, expars málitieis. . . .

Vergilius Georg. lib. II:

illa ferax oleost.

Accusativus pro nominativo. Pomponius Praecone posteriore:

quót laetitias ínsperatas módo mi inrepsere ín sinum!

Nominativus pro dativo. Novius Agricola:

'licétne nunc duo vérba?' — 'set iam prímo et postremo'. .

idem * * *

Plautus in Aulularia:

crédo ego illum iam inaúdivisse míhi esse thensaurúm domi.
íd inhiat.

---

26 Lucilius l. VI ‖ 28 Turpilius Pedio ‖ 30 II, 222 ‖ 32 Pomponius Praecone posteriore ‖ 34 Novius Agricola ‖ 36 Novius ‖ 37 II, 2, 88.

---

24 queic. *M;* quaec. (quec. L_1) *v.* — **25** preimo; primo *L, H, Bamb.;* promo *G (pr. P).* — huic *M;* hoc *cdd.;* hic *ed. princ.* — cerebrum *add. M.* — minuei *M;* minuendi *cdd. (in rasura G).* — refert re *M;* refert res (referres *in* refertres *mutatum an* refertres *in* referres *habeat G non liquet; supra aliquid erasum).* — *finis v. ut ap. Verg.:* penatibus et magnis dis; *cf. et Enn. Ann. 203.* — *olim nos:* pr. c. huic refert minui re. — **27** mi *M;* et (*sq.* i) *cdd.; cf. de re m. 29.* — reque L_1, *ut vid.; Gifan.;* reique L_2, *H, G, Bamb.* — resistit (*i. e.* restat); resistat *(in rasura) pr. G.* — **28** Turp.; *cf. 501 l.* genetivus pro dativo. — Turpilius *in ras. G.* — pedio *H;* poedio *Bamb.* — **29** mirum *cdd. infra; hic C, Bamb.* virum. — exp. m.; expars (expers) malitiis (militiis) *cdd. infra; hic* L_1, *Bamb.:* expartem alicuius; L_2, *H:* expertem alicuius; *G sec. ed. Bas.:* exparte malicuius. — **30** Verg.; *cf. Arusian. gr. lat. VII, 473.* — I *cdd. (om. G).* — **31** ferat *G.* — oleae est *Medic. Verg.* — **33** quot *Iun.;* quod *cdd.* — inspiratas *Bamb.* — laetitias insperatas *nominativi pluralis forma ex antiquissimi temporis usu haesit in fabula atellana; cf. libri de v. saturnio pg. 73.* — mihi *cdd.* — **33** *post v. 33 edd. ante Me addunt:* Verg. Aen. lib. I *(corruptelas non curo):* urbem quam statuo vestrast; *quod per interpolationem est adsumptum ex Prisc. pg. 1101.* — **35** licetne *Bothius;* nunc *M;* lecte ne H_1*;* lecnete *rell. cum Bamb.* — leno, te *Munkius.* — verba *Ribbeckius;* set iam *M;* verbis etiam *cdd.* — *illud* licetne nunc duo verba *ita dictum ut apud Terentium (Andr. 893)* licetne pauca *pro* licetne paucis *(cf. Phaedri Fab. appendic. 15, 5); et est accusativus pro ablativo, non, ut ait Numida, nominativus pro dativo.* — et postremo *om. Bamb.* — primo et postremo *(adverbia); sc.* licet. — *f.* postremissimo. — **36** *lacunam indicavit M.* — **38** *simile exemplum ex Caecilii Plocio pg. 502 s. l.* accusativus pro dativo. — inaudisse *cdd. Pl.; ubi bene Goellerus* indaudisse. — thensaurum *pr. L;* thesaurum *rell. cum Bamb.* — **39** ad iniat *G.*

Cicero Tusculanarum lib. I: multaque saecula postea reviguit† Pythagoreorum nomen. — Varro de re || rustica lib. I: centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia.

Genetivus pro dativo. Accius Neoptolemo:

quid si ex Graécia
omnei íllius par némo reperirí potest?

Turpilius Paedio:

neque mírum: educta ut pár est, expars málitiis, metuéns sui.

Vergilius Aeneidos lib. I:

dives opum studiisque asperrima belli.

Plautus in Asinaria:

volo amari obsecutum illius† volo amet me patrem.

idem Pseudulo:

duorúm labori ego hóminum parsissém lubens,
mei té rogandi et tuí respondendí mihi.

Cicero de oratore lib. II: bonorum virorum plenum forum. — Varro de vita populi Romani lib. IIII: ipsa Italiae oppida sunt vasta, quae prius fuerunt hominum referta.

---

40 I, 16, 38 || 1 I, 18, 5 || 3 Accius Neoptolemo || 6 Turpilius Pedio || 8 I, 14 || 10 I, 1, 62 || 12 I, 1, 3 || 15 II, 48, 198 || 16 Varro de vita pop. Rom. IV.

---

tam maéstiter [veste] vestítas?

PROPRITIM, pro proprie. Lucretius lib. II:

quid? genus humanum propritim de quibu' factumst?

AMPLITER. Lucilius lib. XIII:

nam sumptibu' magnis
extructam ampliter adque *apte* cum accumbimu' mensam.

Pomponius Herede petitore:

heús aptate, púeri, munde adque ámpliter convívium.

Plautus in Sticho:

sátiust servo hominí modeste fácere sumptum quam ámpliter.

Accius Diomede:

---

6 Ennius Phoenice || 8 Afranius Simulante || 10 Ennius Hectoris lytris || 12 I, 5, 7 || 16 II, 975 || 18 Lucilius l. XIII || 21 Pomponius Herede petitore || 23 V, 4, 10 || 25 Accius Diomede.

---

6 fonice *L, Hqo, G;* foenice *Hs, Bamb.* — 7 suspitionem *Bamb.* — futilum est *G;* futtilum est *L, H, Lugd.* — 9 simula et *Gulielm.;* simul et (simulet *Hs;* similet *Ho; Gs*) *cdd.* — 10 Haectoris (Hectoris L_2; *ed. Bas.;* Hertoris L_1) lystris *cdd.* — 11 ferri (*f.* ferrei) *Iun.;* ferro *cdd.* — 12 Mestiter *Bamb.* — meste *cdd.* — 13—15 *secutus sum Fleckeiseni et Spengelii discriptionem; cf. pg. 410 libri de canticis Pl. — qui per dimetrum bacchiacum ponunt haec:* puellae (*praec.* salvete) sed unde. — 13 unde huc *commode Fleckeisenus.* — 14 ire vos *Pylades;* vorsi re (vorsire) *C, Bamb.;* vos ire *libri Pl.* — cum vivida *Bamb.* — 15 mestiter *H, Bamb.* — vestitas *cdd. Pl.*; veste vestitus *C, Bamb.* — 16 pro *supra add. H.* — 17 proprium L_1. — factumst *Lambin.;* actus *C, Bamb.;* auctumst *sim. cdd. Lucr.; cf. Lachm.* — 18 Ampiliter *L.* — XIIII *pr. H;* decimo quarto *Ald.* — 19. 20 magnus *pr. G.* — ampliciter *G;* ambliter *Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1. — apte *add. M.* — mensam *ed. a. 1476;* mensa *cdd.* — extructam ampliter ac decumanam accumbimu' mensam *Lachm. comm. Lucr. pg. 302.* — 21 Pomp.; *cf. 234, 35.* — potitore *Bamb.* — 22 atque *cdd. pr.* L_1. — ampliciter *pr. G.* — convium *Bamb.* — 24 satiust *Guietus;* sat est *cum cdd. Pl.* (*in Ambr. f.* satist) *C.* — *in Bamb. legitur* sa, *tum macula, ac* sa *habet Lugd.; item, ut refert Quicheratus, Paris. 7666; quem pariter cum Lugd. e Bamb. ductum haec ipsa evincit dittographia.* — servi *C, Bamb.* — modeste melius facere *Palatini Pl.; de Ambros. non constat.* — 25 Accius; *cf. 470 l.* largi.

benígne ei pro benfício largi adqne ámpliter.

ALIQVANTISPER, TANTISPER, *PAVLISPER*, *QVANTISPER*. Quadrigarius Annalium lib. VI: aliquantisper pugnato nihil promovet Poenus. — Caecilius Fallacia:

nam si ílli, postquam rém paternam amíserant,
egéstate aliquantísper iactateí forent.

* * *

Caecilius Fallacia:

'velim paulísper te opperíri.' —
'quantísper?' — 'non plus tríduum.'

Pomponius Dotata:

'possum éxorare te út recedas á me paulispér modo?' —
'quantísper sat habes.' ||

1 DVRITER, pro dure. Terentius in Andria:

primo haéc pudice vítam, parce ac dúriter
agébat.

Novius Zona:

dúriter me habére,
vigilásse.

Afranius Privigno:

vivác vetus quam dúriter nunc cónsulit tergó meo!

Ennius Phoenice:

quám ti ex ore orátionem dúriter dictís dedit!

Caecilius Fallacia:

---

27 Quadrigarius Ann. VI || 29 Caecilius Fallacia || 33 Caecilius Fallacia || 36 Pomponius Dotata || 1 I, 1, 47 || 4 Novius Zona || 7 Afranius Privigno || 9 Ennius Phoenice || 11 Caecilius Fallacia.

---

26 et *cdd. utrobique.* — beneficio *id.* — atque *cdd. pr.* L_1. — 27 tantisper *om. cdd. pr.* H_1; *P;* paulisper, quantisper *mrg. Ho* (paul. *ad v. 33 adscr.*, quant. *ad 36*) *et G (ad 33); om. rell.* — *f. illud* paulisper *non add. a Non.* — 28 annali *cdd.* — pugno *Bamb.; Montepess.* — 30 si illi postquam *in ras.* L_1. — amiserunt *Ribbeckius.* — 31 aegestate *H;* igestate *G.* — iactatio *pr. L;* iactati *rell.* — 32 *intercept. adverbii* tantisper *exempl. intellexit Quicheratus.* — 34 opperiri *mrg. Iun.;* operiri *cdd.* (experiri te *pro* te op. *ed. a. 1471*). — 2 primo *et Prisc. 1010 (duo cdd.* prima); *Servius in Aen. VIII, 412; Fleckeisenus;* primum *cdd. Ter. (dest Bembin.).* — 5 duriter me habere; *si recta haec, significant:* me in duris rebus versari. — 8 bibax *Iun.;* euax, *quod potius est gestientis, non bene Rothius.* — vetus *pro* senex. — 8—10 duriter — orationem *om. Bamb.* — consulit *Ribbeckius* (consulit o *Neukirchius*); consulis *Iun.;* consulto *cdd. cum Paris. 7666.* — 9 Foenice *ed. Bas.;* fenice *L, H;* poenice *cd. Char. pg. 178.* — 10 ti *M;* tibi *cdd.* — tibi quam *Geppertus.* — ex ore orationem; *cf. Plaut. Merc. 176.* — dictis, *quod possit videri suspectum, etiam habet Charisius; ergo* duriter *pro* duris.

512 M.

'nam quam dúriter
vos éducavit ádque asperiter!' — 'nón negat.'

CAVTIM, pro caute. Accius Alphesiboea:

sed tibi caútimst adeundum ád virum.

idem Philocteta:

contrást eundum caútim et captandúm mihi.

STRICTIM. Cicero de oratore lib. I: quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus. — Sallustius: strictim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere.

FIRMITER, pro firme. Lucilius Satyrarum lib. X:

fluctibus a ventisque adversis firmiter essent.

idem lib. XII:

firmiter hoc pariterque tuo sit pectore fixum.

Afranius Augure:

hoc haéret, utut clamós oritur, sei spíritu' firmiter ínsit.

M. Tullius de re publica lib. VI: firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt.

FIDELE, pro fideliter. Plautus Captivis:

fác fidele . . . . cáve fidem fluxám feras.

AEQVITER, pro aeque. Pacuvius Atalanta:

cóncertare ac dísceptare pártes da cursu aéquiter!

---

14 Accius Alphesiboea ‖ 16 Accius Philocteta ‖ 18 I, 35, 162 ‖ 19 Catil. 4, 2 ‖ 21 Lucilius l. X ‖ 23 Lucilius l. XII ‖ 25 Afranius Augure ‖ 27 M. Tullius de re publ. VI ‖ 29 II, 3, 79 ‖ 31 Pacuvius Atalanta.

---

12. 13 nam quod *coniecit Beckerus;* numquam *Paris. 7665.* — atque *cdd. pr.* L_1. — asperiter *Bothius;* aspere *cdd.* — nam quin — educarit *Bothius.* — *si diverb. abnueris, scribend. vid.:* nam quam (*vel* quin) duriter vos educarit. — nam quin duriter atque aspere vos educarit non negat *Grauertus.* — **14** Alfesiboea *cdd.* — **15** sed ubi *Bamb.* — ad eundem *Bamb.* — **16** filoctita *C;* filotita *Bamb.* — **17** eundem *Bamb.* — captando *G.* — **18** Cicero; *cf. 180, 15.* — transsennam *Bamb.* — **19** strictim; carptim *melius cdd. Sall.* — **20** memaria L_1. — perscriberem *C, Bamb.* — **22** fluct. avenentisque *L; item G ex corr.* — a *om. Paris. 7666.* — adversis *ed. a. 1476;* aversis *cdd.* — firmiter essent; *cf. comm. in Luc. X, 4.* — **24** probiterque *Gulielm.; f. recte.* — pictore *Bamb.* — **26** heret *cdd. pr. H.* — hoc haeret; *praesens pro futuro; ita et* oritur. — *idem fere quod alibi* hoc habet; *i. e. vulnus penitus infixum est, ut sanari non possit.* — utut *Neukirchius;* ut aut (haud *Bamb.*) *cdd.* — clamos *M;* clamor *v.* — clamos; *eius qui laesus est.* — sei *M;* sed *v.* — spiritu' *Neukirchius;* spiritum *cdd.* — insit *M* (inflat *Ribbeckius*); instat *libri.* — **30** fac fidelis sis fideli *recte cdd. Pl.* — *non bene Lindemannus* fac fidele (*quod iungeretur cum* fidelis) sis fidelis; *cf. Reblin. pg. 84; Caesar. pg. 71.* — referas H_1; geras *recte, ut puto, cdd. Pl.; cf. tamen Schoellii comm. in h. l.* — **31** Athalanta *cdd.* — **32** *cf. comm. in 85, 7.* — disceptare *M;* dissentire *v.* — disceptare; *cf. Sall. Iug. 21, 4:*

Accius Antenoridis:

ad populum intéllego
referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae
fuére.

Livius Aegistho:

nam ut Pérgama
accénsa et praeda pér participes aéquiter
partítast. ||

PVBLICITVS, pro publice. Lucilius Satyrarum lib. XII:

huic hemini quaestore aliquo esse opus adque corago,
publicitus qui mi adque e fisco praebeat aurum.

idem lib. XVI:

publicitus vendis tamen adque extrema ligurris.

Plautus Amphitryone:

hospitio publicitus accipiar.

Caecilius Plocio:

ibi démum, ad plebem, péragitur; publícitu' defendúndumst.

Pomponius Campanis:

dántor dosenno ét fulloni públicitus cibária.

PROTERVITER. Ennius Pancratiaste:

quis ést qui nostris fóribus tam protérviter?

IGNAVITER, pro ignave. Lucilius Satyrarum lib. XVI:

cur tam ignaviter, hoc praesertim tempore, curas?

---

33 Accius Antenoridis || 37 Livius Aegistho II || 1 Lucilius l. XII || 4 Lucilius l. XVI || 6 I, 1, 8 || 8 Caecilius Plocio || 10 Novius Campanis || 12 Ennius Pancratiaste || 14 Lucilius l. XVI.

---

iure potius quam bello disceptare; *Cic. ad Fam. IV, 14, 2.* — partes da cursu *M;* partem da cursum *cdd.* — aequiter *om. Bamb.* — **33** Atenoridis H_1. — **35. 36** refer̄ dū *H;* referendum *Par. 7666; Lugd.* — q. h.; quorum *Bamb.* — equitem L_1; equiter L_2. — *pro* aequae; *cf. v. 22; nisi scribend.:* favere. — **37** egisto *cdd.* — **38** Pergama *Iun.;* pergam *cdd.* — **39** praeda *Iun.;* praedam *cdd.* — equiter *cdd. pr. H.* — **1** XV *Bamb.* — **2** huic hemini; *i. e.* mihi. — hemini L_1; homini *rell.* — *f.* huice mihi. — questore *L, G, Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1. — chorago *docti.* — **3** mihi *cdd.* — atque *cdd. pr.* L_1. — e fisco *Gulielm.;* e pisco (episco *H, Bamb.*) *cdd.* — **5** vendis *Bent.;* vendit *cdd.* — atque *cdd. pr.* L_1. — *decoctorem tangi apparet.* — **7** *cf. comm. Goetzii in Amphitr. v. 159—162; Spengel. de canticis Pl. pg. 334.* — accipiar *Pl.;* accipiat *cdd.* — **9** ibi demum *Bothius;* ibo domum *cdd.* — domum ibo *Grauertus.* — peragitur *M* (*f.* peragitor; peragetur *Ribbeckius;* pergitor *Spengilius*) pergitur *cdd.* — defendendum est *Bamb.; H.* — **11** dantor Dossenno *Guietus; Ribbeckius;* dato Dorsenno *Me* (dosenno *M*); datordosenno (dat ordo senno *H*) *cdd.* — fulloni *M;* fullonibus (*seq.* pu) *cdd.* — publicitus *ed. a. 1471;* publiciter *cdd.* — **12** Propterviter (Poropt. *m. 1*) *P.* — pancratihaste *G.* — **13** qui est *G.* — tan L_1. — propterviter *P.* — **14** *cf. 514 l.* ignaviter. — **15** ho *pr. L.* — curas *M;* quaeris *cdd.* — curare *absolute dictum, ut saepius*

MVTVITER, pro mutuo. Varro Octogesi, [lib. I] περὶ νομισμάτων:

víve meque amá mutuiter!

PERSPICACE, pro perspicaciter. Afranius Divortio:

quam pérspicace, quám benigne, quám cito!

ASPRITER. Sueius Pullis:

úbi tu nequaquám cubares áspriter.

CELERANTER, pro celeriter. Accius Antenoridis:

séd quis hic est qui mátutinum cúrsum huc celerantér rapit?

DAPSILE. Pomponius Rustico:

'quid núnc vis fieri?' — 'vérrem sume dápsile ac dilúcide.'

EXQVISITIM. Varro Aiace stramenticio: acre aeger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres.

HILARE. M. Tullius de oratore: quis umquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristis remisse, severas hilare? — Afranius Privigno:

et || própter patruelém tuam
constítuit, hilare anhélans, disiectá coma.

FESTINATIM, pro festinanter. Pomponius Asina:

exsílui de nocte ád molam fullóni' festinátim.

---

16 Varro Octogesi || 18 Afranius Divortio || 20 Sueius Pullis || 22 Accius Antenoridis || 24 Pomponius Rustico; cf. comm. || 26 Varro Aiace stramenticio || 28 III, 8, 30 || 30 Afranius Privigno || 3 Pomponius Asina.

---

ap. comicos. — post h. v. l. Ignaviter *(om. ed. a. 1476; rell.), quod leg. pg. 514, cum Quadrigarii exemplo add. ed. a. 1471; sqq. ante Me.* — **16** Mutiter *Bamb.* — lib. I *om. ed. princ.* — **17** muiter G_1. — **18. 19** *haec aut delenda aut supplenda ex l.* perspicace, *quod 515 legitur, huc asciscendo. — et hoc magis probabile.* — **18** Perspicare *Bamb.* — prespicaciter L_1; perspiciter *G.* — **19** perspice G_1. — **20** Aspriter *M;* Aspiter *L; H; G ex corr.; Lugd.; Paris. 7666;* Aspiciter *pr. G;* Asperiter *Ald.* — Sueius *M;* ueius *cdd.* — Pullis *Ald.;* pulis *cdd.* — **21** nequamquam *L; H.* — cubare *Bamb.* — aspriter *M;* aspiter *L; H; Paris. 7666; Bamb.;* asperiter *ed. Bas.; Ald.* — **22** in antenoridis *ed. princ.;* tenoridis *C;* noridis *Bamb.* — **23** cursum hunc *Bamb.* — **24** Dapsile; *cf. comm. in 304, 29.* — Rectore rustico *Quicheratus; cf. 516 l.* puriter. — **25** dil. (del. L_1) *suspectum. f. dictum pro* splendide. — **26** Exquisitum *Bamb.* — aice *Bamb.* — stramentio *Bamb.;* stramentitio H_1. — atre *Bamb.* — hac re *Turneb.* — **27** exquisitum *Bamb.* — convocavas L_1, *Bamb.;* convocabat *Turneb.* — convalesceret *cdd.;* convalesceres *Popma. — philosophiae studium videtur commendari a Varrone.* — **28** M. Tullius; *cf. 383 l.* remissum, laetum *ibique comm.* — **29** severas *Cic.;* seberas H_1; *ed. Bas.;* seheras *L;* H_2; *Bamb.;* serias *Pius.* — hylare *H.* — **1** patruhelem *pr. L.* — **2** disiecta *Bothius;* delecta *cdd.;* deiecta *Ald.* — **3** Asina *Ritschelius Parerg. 142; cf. 246, 17;* Asinaria *cdd.; quod etsi defendi possit, tamen Plautinae potius comoediae recordatione videtur a librariis positum.* — **4** exilui *H, Bamb.* — ad noctem ad *Palatin.* — fulloni' *M;* fullonis *Laurenbergius;* fullone *cdd.*

Sisenna Hist. lib. IIII: praetor festinatim de castellis ad castra maxima† pedites conducit.

PVGNITVS [pro pugnis]. Caecilius Fallacia:

nísi quidem qui sése malit púgnitus pessúm dari.

IGNAVITER. Quadrigarius Annalium lib. II: et qui ibi erant non ignaviter potando eum diem pro meliore habuerunt.

FVTTILE, futtiliter. Ennius Phoenice:

út quod factumst fúttile animis vós feratis fórtiter.

HVMANITVS. Turpilius Pedio:

quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quídquam facère humánitus?

Cassius Hemina Hist. lib. IIII: qua fini *omnis res* atque omnis artis humanitus aguntur. — Afranius Repudiato:

quanto fácilius
égo, qui ex aequo vénio, adducor férre humana humánitus!

INIMICITER. Accius Didascalicorum lib. I:

plácáre ferócem hóstem inimícitérque accénsúm.

MEMORE, pro memoriter. Pomponius Philosophia:

'érgo, mi dosséne, cum istaec mémore meministi, índica,
qui íllud aurum abstúlerit.' — 'non didici háriolari grátiis.'

INMORTALITVS. Turpilius Hetaera:

---

5 Sisenna Hist. IV ‖ 7 Caecilius Fallacia ‖ 9 Quadrigarius Ann. II ‖ 11 Ennius Phoenice ‖ 13 Turpilius Pedio ‖ 15 Cassius Hemina Hist. IV ‖ 16 Afranius Repudiato ‖ 19 Accius Didascalicorum I ‖ 21 Pomponius Philosophia; cf. comm. ‖ 24 Turpilius Hetaera.

---

5 III *Lugd.* — praetor *Bent.;* praeter *cdd.* — praefestinatim (*om.* praeter) *Rothius; cf. 161, 20.* — 6 *post* maxima *quaedam hausta, ut puta:* maxima vi oppugnanda. — pedites *v.;* peditis *cdd.* — 7 pro pugnis (pro pugnus H_1) *secl. M.* — 8 nisi quis est *Madvig. Advers. II, 667.* — sese *Guietus; Bothius;* se *cdd.* — 9. 10 *cf. 513, 14 sq.* — Ann. *M;* annali *cdd.* (annalib, *om.* lib., *L*). — 10 potando *Lugd. sec. Petrum; Gulielm.;* putando *rell.* — pugnando *non bene Lips.* — 11 pro f. *bene Lugd.* — foenice *cdd.* — 12 futile *Bamb.* — an. *M* (animi *Ribbeckius*); amici *cdd.* — fer. *ed. princ.;* fueratis *cdd.* — 13 Humanitus *ed. princ.* (Humanitus pro humaniter); Humaniter *(cf. 509)* *cdd.* — Poedio *Bamb.* — 14 dicas L_1. — humanitus *Bamb.; ed. princ.;* humaniter *C.* — 15 *cf. 205, 15 cum comm.* — 15. 16 quare *h. l. cdd.* — omnis res *om. cdd. hic.* — omnis artis atque *C, Bamb.* — 17 fallacius *Bamb.* — 18 aequo *Me;* equo *cdd.* — ferre *ed. a. 1476;* fere *cdd.* — humanitas H_1. — 20 *cf. Lachmanni Opusc. 70.* — placere *L.* — fer. h. *Lachm.;* hostem ferocem *cdd.* — 21 Memore; *cf. comm. in 454 l.* bicipite. — filosofia *L.* — Pomponius; *cf. Prisc. 1014.* — Philosophia *si recte habet* (de phil. *Prisc.*), *ac non scribendum cum Gebhardo* Philosopho, *comparari potest Novii mortis et vitae iudicium.* — 22 mi Dorsenne *Me* (dossene *M*); ni dossedne (nidos sed necum *L, H*) *cdd.; om. Prisc.* — istaec *Bamb.; Prisc.;* ista hec (istahaec *H*) *C.* — memomore *pr. H;* memorero *Bamb.* — meminit *Prisc.* — 23 quid *G.* — ariolari H_2; arilari *G.* — gratiis *Me;* gratis *cdd.* — 24 Hetera *cdd.* (Haetera *H*).

satine út *sé* meúm cór volúptátibús dát?
inmórtálitús se óbtulít mi haéc facúltás.

LARGITVS, pro large. Afranius Materteris:

quid ístuc est? quid flés? quid lacrimas lárgitus?
prolóquere.

IRACVNDITER. Caecilius Subditivo:

quaesó || ne temere hanc rém agas, [et] ne iracúnditer.

MINVTIM, pro minute. Lucilius lib. V:

dic, quaenam cogat vis ire minutim
per commissuras rimarum, nocti' nigrore.

PARCITER, pro parce. Pomponius Verre:

sálve! te volo . . . . párciter. —
támquam frater míhi sis, medium abdómen tecum dívidam.

SVPERBITER. Afranius Purgamento:

illa ímperat supérbiter.

Naevius Belli Poenici lib. VI:

supérbitér contémtim cónterít legiónes.

LONGINQVE et LONGITER, pro longe. Accius * * * *Ennius* Andromacha aechmalotide:

---

27 Afranius Materteris || 30 Caecilius Subditivo || 2 Lucilius l. V || 5 Pomponius Verre; cf. comm. || 8 Afranius Purgamento; cf. comm. || 10 Naevius Belli Poen. l. VI || 12 Accius; cf. comm. || Ennius Andromacha aechmalotide.

---

25 satine; *de thesi cf. Spengel. de cant. Plaut. pg. 274.* — se *add. Grautoffius.* — 26 inm.; *i. e.* divinitus. — optulit *Gs; non Bamb.* — mihi *cdd.* — 28 quid *Bamb.; ed. princ.;* qui *C.* — lacrimas *om. Bamb.* — largitu *pr. L;* largitum *Bamb.* — 1 ne cemere *Bamb.* — *om.* et *ed. princ.* — 2 Munutim H_1. — 3 quaenam *M;* quae te *Dousa pater;* quam *C, Bamb.;* quando *Guelferbitanus chartaceus.* — cogitat *idem; Parisin. 7657.* — vis ire *Ald.;* visire *C;* tusire *Bamb.* — 4 commissuras *omnes.* — nigere *Bamb.;* nigrere *Paris. 7666.* — 5. 6 verre Ho_1; verres *rcll.* (veres *Bamb.; in L duo puncta posita supra* s, *unum infra, sed hoc elutum.* — salve *(ita Both.)!* te volo *M;* salbeolo L_2; Ho_1; salveolo L_1; albeolo *Bamb.;* Ho_2; *G.* — *videtur fuisse diverbium in hunc modum:* 'salve! te volo.' — 'tu si amicam praebes, nolo parciter.' — 'tamquam' *e. q. s.* — *nam obscene v. 7 dictum apparet.* — Verre salvo (*memoratur eiusdem Pomponii* Verres aegrotus): nolo *(ita Bothius) Ribbeckius.* — 7 abdomen tecum *Bothius ed. 2;* abdomen (abdomeri *Bamb.*) cum *cdd.* — 8 Superviter *cdd. pr.* H_1; *P; Montepess.* — 8. 9 Afr. Privigno: amanti *Lipsius, puto recte.* — illa imp. sup. (superviter *cdd. pr.* H_1) *Quicheratus;* illa sup. imp. *cdd.* — 10 Nevius (iu *supra add. L*) *cdd.* — *cf. 516 l.* contemtim. — 11 superviter *cdd. pr.* H_1. — contemtim *Lugd.; cdd. 516;* contentim *h. l. C.* — 12. 13 Longinque et longinquiter *mrg. G.* — Accius *cdd. h. l.;* Ennius *402 s. l.* summum, gloriosum. — *Accii vid. exemplum haustum.* — Andromacha *M;* andromache (andromachae *Bamb.*) *cdd.* — aechmalotide *Rothius; cf. comm. in 505 l.* sonunt; eimalo *C;* eimala *Bamb.*

annos múltos longinque á domo
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

Lucretius lib. III:

non, ut opinor, id a leto iam longiter errat.

PERPLEXIM, pro perplexe. Plautus in Sticho:

útrum ego perplexím lacessam oratione ad húnc modum.

Hemina Historiarum lib. I: prudens perplexim [scotinos] scribit.

SANITER. Afranius Megalensibus:

'ad esto!' — 'a, séntio
te nón amare mé cordate ac saniter.'

RARENTER. Caecilius Pausimacho:

edepól voluntas hómini rarentér venit.

Novius Exodio:

múltum ames, paulúm des, crebro vénias, rarentér *petas.*

Ennius Andromacha:

séd quasi aut ferrum aút lapis
durát, rarenter gémitum conatú trahens.

Pomponius Ergastylo:

lónge ab urbe vílicari', quó erus rarentér venit.

---

16 III, 676 ‖ 18 I, 2, 18 ‖ 20 Hemina Hist. I ‖ 21 Afranius Megalensibus ‖ 24 Caecilius Pausimacho ‖ 26 Novius Exodio ‖ 28 Ennius Andromacha ‖ 31 Pomponius Ergastylo; cf. comm.

---

14 ab domo *cdd. magis sonore 402.* — **15** gentes H_1. — **17** *cf. Lachm. comm.; Charis pg. 183.* — lecto H_2, *G.* — longius errat *cdd. Lucr.;* longiter rati *Non.* — **18. 19** pro — perplexim *om.* H_1. — stico *pr. H.* — ergo *Lugd.* — **19. 20** perplexim — prudens *om. Bamb.* — orationem *C; Charis. pg. 190;* oratione *Plaut.* — **20** scottino (*seq.* s) *cdd.* (scottinos *P*); *delet vir doctus (Passeratius, ut refert Quicheratus) in* Me_1; *Madvigius ad Cic. de fin. II, 5, 15. — atque ego his obsequendum duxi, quamquam tale glosema graecum permirum in libris Nonii. — cf. tamen Livius XXIII, 39* Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, *ubi etiam de interpolatione suspicati sunt docti.* — **21** in megalensibus *ed. princ.;* negalensibus *cdd.* — **22** ad esto *M; qui et diverbium instituit;* at esto *Neukirchius;* adesto *v.* — a, sentio *M;* adsentio (assentio *L ex corr.; H; G*) *cdd.* — **23** cordate *Ribbeckius;* adorate *L;* H_1; *Bamb.;* adorare H_2, *G.* — adcorate, *i. e.* adcurate, *olim nos.* — **25** volumtas *pr. L;* voluptas *probabiliter Palmerius.* — **27** *amatori, ut vid., datum consilium.* — petas (*sc.* rem veneream) *add. M.* — **29** aut *prius om.* H_2; *G; Bamb.; Paris. 7666; v.* — **30** rarenter *in ras.* L_1. — conatu trahens *Lips.;* conatur trabem *cdd.* — **31** Pomponius *(om. cdd.); cf. comm. in 164 l.* rarenter. — ergastelo *cdd. h. l.;* ergastilo *idem pg. 164 et 186.* — *illud* Ergastylo *utrum ab* Ergastylus *descendat an ab* Ergastylum *incertum.* — **32** ab unde *Bamb.* — vilicari' *M;* vilicariae (vilicari aequo *H*) *cdd. hic; quo possit commendari illud* vilicarei. *cf. comm. in 164.* — quo rus *Bamb.* — parenter *pr. L.*

Livius Tereo:

rárenter veníto.

PERSPICACE. Afranius Divortio:

quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
quam blánde! quam matérno visast péctore!

CONTEMTIM, contemnenter. Naevius Belli || Poenici lib. VI:

supérbitér contémtim cónterít legiónes.

TEMERITER. Accius Amphitryone:

hócin rest, quo tám temeriter tú meam benevoléntiam
ínterisse es rátus?

RESTRICTIM, pro restricte. Afranius Thaide:

éaque ferme cédere *aiunt* mélius consultóribus,
quám restrictim cógitata atque ómnibus ratiónibus.

PRAECLARITER. Quadrigarius Annalium lib. III: et ita rebus praeclariter gestis Romam reverterunt.

TORVITER. Pomponius Auctorato:

occídit taurum tórviter; me amóre sauciávit.

Ennius lib. I:

ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti.

PVRITER. Pomponius Aruspice vel Pectore† rustico:

---

33 Livius Tereo I || 35 Afranius Divortio || 1 Naev. Belli Poen. l. VI || 3 Accius Amphitryone || 6 Afranius Thaide || 9 Quadrigarius Ann. III || 11 Pomponius Auctorato || 13 Ennius Ann. I; cf. comm. || 15 Pomponius Haruspice vel Pectore rustico; cf. comm.

---

34 venito H_1*;* vento L_1*;* venio *rell.; v.* — **35** Perspicace; *cf. comm. in 513 l.* perspicace. — Perspicace; *cf. comm. in 454 l.* bicipite. — **36** perspicate H_1. — **37** visast (*vel* visa's) *Ribbeckius;* viast *Bamb.;* vias *C* (vius *pr. L*). — **1** Contemptim, contempnenter *ed. Bas.* — *puto* pro c. — Nevius *cdd.* — *cf. 515, 10.* — **2** superviter *cdd. pr.* H_1. — **4** hocin rest *M;* hoc in re est *cdd.;* hoccine est *Delrius; Me.* — quod *G; de Bamb. nihil notatum;* quo *et Lugd.; Paris. 7666; f.* quor. — tam tem. tu *Ribbeckius;* tu tam (ta *Bamb.*) tem. *cdd.* — benivolentiam L_2, H_1, *G, non Bamb.* — **5** esse ratus H_1. — **6** Restrictum *C (non mrg. G);* Restrictim *Bamb.* — **7** eaque *P;* eaquae *C, Bamb.* — ferme L_1, H_1*;* firme *rell.* — cedere *vir doctus ap. Quicheratum;* sedere *cdd.* — aiunt *add. M.* — se dedere *Buechelerus, f. recte.* — **8** atque *Bamb.; v.;* utquae *L; H;* utque *G.* — **9** Annalium *M;* Annali *cdd.* — **11** Torviter *ed. a. 1471;* Torbiter *cdd.* — *ita et v. 12; 14.* — **12** torbiter *cdd.* — me amore sauciavit *Lips.;* me amores amavit *C;* mea memores amavit *Bamb.* — **13** lib. I *Scal.;* lupi *cdd.* — l. VII *olim nos; sed illud* l. *pro* liber, *quod apud Festum saepius legitur, ex Nonii libris adnotari non memini; quamquam potuit extare in archetypo.* — *cet. cf. comm. in Annal. 258.* — **14** ast hic *Scal.;* astic *cdd.* — torbiter *id.* — **15** auruspice *Bamb.* — Petitore *Rothius;* Rectore *Quicheratus;* Praecone *Bothius.*

'bucco, púriter
fac ut ísta tractes.' — 'lávi iam dudúm manus.'

Novius Virgine pregnate:

séquere [me]. puritér volo facias áccipei hunc igni ádque aqua.

REVERECVNDITER. Pomponius Macco Virgine:

praéteriens vidít dossenum in lúdo reverecúnditer
nón docentem cóndiscipulum, vérum scalpentém natis.

CERTATIM. Vergilius Aen. lib. III:

certatim socii feriunt mare et aequora verrunt.

Sisenna Hist. lib. III: adque armis de vita certatim dimicare nitebantur.

ABVNDE. Sisenna Hist. lib. IIII: profuse adque abunde semper usi magnum pondus auri argentique. ||

MISERITER, pro misere. Laberius:

márceo: mens íncorrupta míseriter corrúmpitur.

PROPERITER. Catullus:†

animúla miserúla properíter abiít.

---

18 Novius Virgine pregnate || 20 Pomponius Macco Virgine || 23 III, 290 || 25 Sisenna Hist. III || 27 Sisenna Hist. IV || 1 Laberius || 3 Catullus (Serenus); cf. comm.

---

16. 17 furiter *pr. L, H_1, Bamb.* — fac ut ista *vel* fac uti sta *M;* fac uti (*seq.* tra) *cdd.* — fac uti rem *Ribbeckius;* face, *om.* uti, *per septenar. troch. Quicheratus.* — tractis *G.* — lauuandunum *Bamb.; unde* lavi iandudum *Ribbeckius.* — 18 Viginae *pr. L.* — pregnate *pr. L;* pregnante *rell.* — 19 *ita M; cdd.:* sequere me puriter volo facias igni atque (adque L_1) aqua volo hunc accipere (accipe *ed. Bas.;* accipiter *Bamb.*). — 20 Verecunditer *L, H, Bamb.; cf. priora;* Reverecunditer *ed. Bas.; et ita Prisc. 1010, ubi compilavit Non.* — Maccho *cdd.* — virgine *Bothius;* virginem *cdd.* — 21 vidi *Bothius.* — dossenum; Dorsennum *Bothius;* dossensum *Bamb.; Paris. 7666;* duos sensum *C.* — 22 *f.* cor discipulum *(genetiv.).* — vererum *Bamb.* — 23 *om. Lugd.* — 24 equora *L, G.* — 25—27 III — lib. *om. Bamb.* — 25 atque *cdd. pr. L_1.* — gertatim *L_1.* — 26 nitebantur *Me;* nitebatur *C;* nitabatur *Paris. 7666 sec. Quicheratum; cf. comm. in 511, 24.* — *f. omissa quaed. in fine, ut puta:* uterque exercitus. — 27 III *Paris. 7666.* — profuse *Lips.;* perfuse (perfusae *pr. L*) *cdd.* — atque *cdd. pr. L_1.* — 1 pro *om. Bamb.; Par. 7665; pr. L.* — 2 marceo *M;* mareo *L_1, Bamb.;* mereo (*pro* maereo) *rell.; f. recte;* in marco *(ut titulus sit) ed. princ.; similiter* Mario *vel* Morione *Ribbeckius.* — 3 Properiter; Prosperiter *male cdd. Prisc. pg. 1010.* — Catulus *G_1.* — *Sereno recte adscribit v. 4 Diomedes pg. 513. neque hoc metrum invenitur ante Serenum; cf. de re m. 107.* — *f. non peccatum a Nonio, sed haustum cum v. Catulli 63, 49:* patriam allocuta maestast ita voce miseriter, *qui ad lemma praecedens pertineret, nomen Sereni.* — 4 abiit *Lachmannus;* abit *cdd.;* obit (robit, obiit) *cdd. Diom.; cf. quae in ed. Rutilii Namatiani pg. 46 sunt adnotata.*

XII.

INCIPIT

DE DOCTORVM INDAGINE.

Omnes artem secuti negant adverbiis praepositionem addi oportere; sed auctoritas veterum praeponi iubet.

DESVBITO. Titinius Prilia:

éde, amabo, quíd desubito tám repente ad mé venisti?

Ennius Pancratiaste:

cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

Afranius Emancipato:

o quám beatae scénicae mihí videntur múlieres,
quae iúrgio torquént viros desúbito et benivoléntia.

Caecilius Asoto:

nam ego duábus vigiliís transactis dúcor desubitó domum.

Quadrigarius Annalium lib. II: hic desubito utrisque nuntiatur ipsorum copias adesse. — Novius Tripertita:

póstquam sese vídit herem, désubito divórtium
fécerunt.

Lucretius lib. II:

vim cupidam tam desubito quam mens avet ipsa.

Accius Eurysace:

---

10 Titinius Prilia || 12 Ennius Pancratiaste || 14 Afranius Emancipato || 17 Caecilius Asoto || 19 Quadrigarius Ann. II || 20 Novius Tripertita || 23 II, 265 || 25 Accius Eurysace.

---

7 De doctorum indagine. *i. e.* de doctorum observationibus curiosioribus. — *apparet capite hoc, quod ex prioribus XII ut loco ita tempore extremum fuisse statuo, cum pariter eo et quae ad sermonem spectent et quae ad antiquitates sint tractata, transitum muniri ad alteram partem operis.* — 8 O. a. s. *e. q. s.; cf. Victorin pg. 1951.* — *haec ut in principio collocarentur praec. cap. respectu vid. evenisse.* — **11** ede, amabo *M;* sede amabo *C;* sed eamabo *Bamb.;* sed amabo *ed. princ.;* sed te (*prius* iam) amabo *Ribbeckius.* — t. r. *om. Palat.* — **12** pancrasiastae *L, H, Bamb.;* pancrasiaste *ed. Bas.* — **15** o *add. Ribbeckius.* — beata escente *Bamb.* — scentce *L* (*sec. Rothium* scentae). — mihi vid. mul. *M;* videntur mihi mulieres *cdd.* — **16** *ita M; cdd.:* quae iurgio et beniv. terrent des. viros. — ben. fient *cd. Palat.; ex quo male Gebhardus* vient. — **17** Asato *Bamb.* — **18** *f.* iam. — ducor (*i. e.* abeo) *v. d. in ed. Bas.;* duco *v.* — **19** Annali *cdd.* — hic *M;* his *C, Bamb.* — **21** sese *Bothius;* se *cdd.* — herem *M;* heredem *cdd.* — sese heredem vidit *Quicheratus.* — *f.* postequam se vidit herem. — **24** de subito *Lachmann.* — avet *cdd. Lucr.;* abet *pr. L;* habet *rell.* — **25** Eurysacae *Bamb.;* Eurysache *pr. L;* Eurisace *H.*

tót tropaea tránsdes? summam glóriam evortí sines
tám desubito?

Pomponius Pappo agricola:

vólo scire ex te: cúr urbanas rés desubito déseris?

idem Pistore:

fít desubito *idem* hílarus, tristis; sáltat ridens, ríngitur.

Lucilius Satyrarum lib. X:

quamvis desubito trinis deducere scalis.

M. Tullius de re publica lib. VI: nisi, ut meministis, concursu levissimae multitudinis ex aere congesto funus || desubito esset ornatum. — Naevius Danae:

desúbito famam tóllunt, siquam sólam videre ín via.

DEREPENTE. Turpilius Boethuntibus:

eum dérepente dúcere uxorem aúdio.

Ennius Phoenice:

íbi tum derepénte ex alto in sálsum despexít mare.

Afranius Incendio:

non úsquequaque idóneum inveniás locum,
ubi dérepente, cúm velis, faciás lutum.

idem in Omine:

adque ílle derepénte in iumentum éxilit.
* * *
conténdit oculos: dérepente abiít celox.

Accius Astyanacte:

---

28 Pomponius Pappo agricola | 30 Pomponius Pistore || 32 Lucilius l. X || 34 M. Tull. de re publ. VI || 1 Naevius Danae II || 3 Turpilius Boethuntibus || 5 Ennius Phoenice || 7 Afranius Incendio || 10 Afranius Omine || 12 poeta scenicus. cf. comm. || 14 Accius Astyanacte.

---

26 tropea *C, Bamb.* — transde *Bamb.; pr. L.* — *minus placet* transdei. — summat L_1. — evorti *mrg. Iun.* (everti *Bentin.*); evortis (*seq.* s) *cdd.* — 31 idem *add. M.* — altat (*praec.* s) *Bamb.* — flet, fit desubito hilarus; tristis saltat, ridens ringitur *haud male Buechelerus.* — 34 V *Bamb.; Paris. 7666.* — nisi *Quicheratus;* in his *cdd.* — *f.* ni is *(dativ.).* — meministris *Bamb.* — 35 ex *M;* et *cdd.* — congesto *ed. a. 1476;* congestu *cdd.* — 1 ornatum; *i. e.* adornatum. — Nevius *cdd.* — Dane *H; Bamb.* — 2 *cf. 306, 6 sq. cum comm.* — Boetuntibus *cdd.* (Boetundibus *Bamb.*). — 4 ducere uxorem audio *Bothius;* ux. aud. duc. *cdd.* — 5 phenice *Bamb.;* foenicae *C* (foenice *Hs*). — 6 salsum *M;* altum *cdd.* — 8 invenias *om. Bamb.* — iocum *L; Montepess.; P; Par. 7665; Lugd.* — 9 lucrum *Lips.* — 10 homine *cdd.* — 11 atque *cdd. pr.* L_1. — 12 idem *supplet Lipsius. nec est improbabile Afr., et quidem Ominis, esse versum; nam facillime potuit hauriri* et *vel* item. — 13 abiit *ed. a. 1476;* abit *Bamb.; Paris. 7666;* habit *L, H, Gs.* — celox *Lips.;* colo *cdd.;* colos *Bothius;* loco *Maelius.* — 14 Astianacte *pr. H.*

518 M.

híc per matutínum lumen tárdo prorepéns gradu
dérepente aspício ex nemore pávidum et properantem égredi.

Novius Macco:

scálpes dentes, dérepente in céna si peccáveris.

Terentius Hecyra:

íta corripuit dérepente tácitus sed ad fíliam.

Pomponius Praecone posteriore:

vís facere ut novérca vetulum dérepente déserat?

Ennius Hectoris lytris:

écce autem calígo obortast; ómnem prospectum ábstulit
dérepente.

* * *

. . . . dérepente cóntulit sese ín pedes.

Varro Sesquulixe:

. in Thespiadum coro
derepente.

PICVMNVS et avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur. Aemilius Macer Ornithogoniae lib. I:

et nunc agrestis inter picumnus habetur.

Hyginus: est parra Vestae, picus Martis. — Fabius Pictor

---

17 Novius Macco; cf. comm. ‖ 19 IV, 1, 3 ‖ 21 Pomponius Praecone posteriore ‖ 23 Ennius Hectoris lytris ‖ 26 poeta comicus ‖ 28 Varro Sesquulixe ‖ 32 Aemilius Macer Ornithogoniae lib. I ‖ 35 Hyginus ‖ Fabius Pictor Rerum Romanarum I.

---

15 *f.* hinc. — prorepens *Bothius;* properantem *cdd.* — **16** auspicio *Bamb.;* aspitio H_1. — **17** Maccho *cdd.* — *cet. cf. comm. in 200, 9.* — **18** scalpes *(pro imperativo) Bothius;* scalpis *cdd.* — *post* der. *interpungitur vulgo.* — in cena *ed. a. 1471;* in scena *cdd.; v.;* in schemam *Palmer.* — **20** sed H_1; se *rell.;* sese *cdd. Ter.; Victorin. 1951; Arusian. VII, 468.* — *unicum hoc exemplum* d *paragogici, quod vocatur, servati in fabulis Ter.* — **22** *f.* novella. — **23** Haectoris *H, Bamb.* — lystris *cdd.* — **24** oborta est *Bamb.;* aborta est *C;* ob. ut *Delrius.* — **25. 26** *illud* derepente *addidit, lacunae sign. pos. M.* — **27** *elocutio comica.* — se H_1; se sese *G testante ed. Bas.* — pede *Bamb.* — **28** sexqueulixe *L, H.* — **29. 30** Thaespiadum *L sec. Riesium;* Tespiadum *G; H ex corr.* — coro; choro *Rothius;* oro *cdd.* — *post illud* derepente *quaedam vid. hausta; nisi potius scribendum:* en Thespiadum chorum derepente! *cf. Eumenidum illud:* ecce de inproviso ad nos accedit cana Veritas. — *versus glyconei; cf. 492 l.* gelo. — **32** et *om. L.* — deus; *cf. 528 l.* Piluminus. — **33** in ornithogonia *Bent.* (Ornithogoniae *Quicheratus*); in theogoniae *cdd.* — **34** Picumnus *v.; cf. Fest. 209 s. l.* picum. — **35** Hycynus *L,* H_1; Hycinus *Bamb.* — prara *Bamb.* — veste *cdd.; corr. Palmer.* — picus; *exspectes* picumnus; *ita v. 36* picumnum; *39* picumnus. — Martis; *sc.* sacer. — Favius *cdd. pr. Montep.* — *ad quaestionem multum agitatam, qua quis fuerit hic auctor Annal. latinorum disputaretur, cum nihil habeamus novi quod addamus, conferantur Petri eandem tractantis Proleg. pg. LXXVI sqq.; CLXXVIII sq.*

Rerum Romanarum lib. I: et simul videbant picum Martium. — idem Iuris pontificii lib. III: Pilumno et Picumno. — Varro de vita populi Romani lib. III: P. Aelius Paetus cum esset praetor urbanus et sedens in sella curuli ius diceret populo, picus Martius advolavit adque in capite eius adsedit. ||

Veterum memorabilis scientia PAVCORVM numerum pro bonis ponebat; MVLTOS contra malos appellabant. Terentius in Eunucho:

si quísquamst, qui placére se studeát bonis
quam plúrimis.

Accius Tereo:

video égo te, mulier, móre multarum útier,
ut vím contendas tuam ád maiestatém viri.

---

37 Fabius Pictor Iuris pontificii III; cf. comm. || Varro de vita pop. Rom. III || 2 prol. 1 || 5 Accius Tereo.

---

36 Rerum Romanarum *M;* rerum H_1*;* rerum gestarum *rell.* — rerum naturalium *mire Iun.* — Fabii Annales *(si idem sint intellegendi) dicit Gell. V, 4, 1.* — Marcium H_1. — Martium; *de Fausto aliisque pastoribus agitur; cf. comm. Thilonis ad Serv. in Aen. I, 273.* — **37** idem iuris pontificii libro tertio *Bent.;* idem lib. I *(cf. v. 36)* uris pontifex lib. III (IIII *Bamb.*) *cdd.* (lib. I *om. Ald.* — iuris *ed. a. 1480*) *cdd.* — *possit movere haud immerito suspicionem allatus h. l. titulus, cum a Nonio scriptorum Augusto priorum praeter Ciceronem et Catonem vix quidquam solere adferri nisi historias alibi declararim. — cf. comm. in 259, 3; 346, 24; 354, 6. — sed reputandum Nonium inde a capite VII usum fontibus plane novis diversisque a prioribus. — nam et pg. 544 s. l.* polybrum *idem videtur notari opus; ubi vide comm. — contra non possum adsentiri Petro ad hos libros referenti quae leguntur pg. 223 s. l.* salis, *ubi est:* in commentario veteri Fabi Pictoris; *nam ibi magis probabile commentarium in Fabii Pictoris vel libros iuris pontificii vel historias significari mihi quidem videtur; cf. de l. lat. VII, 39 ubi de Naevio agitur:* nam et in Corneli commentario erat. *illud* commentario Fabi Pictoris *dictum ut ap. Sueton. de gramm. cap. XVIII:* commentario Zmyrnae edito. — *porro dubitarunt multi utrum librorum de iure pont. idem esset auctor atque historiarum. — mihi in testimonio Nonii quantumvis levis hominis videtur acquiescendum, cum praesertim eum in ultima parte libri vel maxime probis satis et antiquis fontibus usum appareat.* — picumno *Bent.;* picum *cdd.* — **38** P. Aelius *Vrsin.;* pelius *cdd.;* prolius *ed. princ.;* pedius *a. 1471.* — Aelius *Me; nescio an rectius, cum de praenomine non satis constet. — cf. Valer. Max. V, 6, 4, apud quem praenomen nullum. qui utitur eo Frontini, quae feruntur, Strategem. lib. IV auctor 5, 14 dicit* Lucium, *addito quosdam tradere ei* Laelio, *non* Aelio *fuisse nomen. sed cf. Plin. X, 18, 20.* — petus *C;* pectus *Bamb.* — praetor; PR., *ut vid., L, G, Bamb.;* p̄r̄ *H.* — **39** orbanus *L,* H_1*, Bamb.* — Marcius H_1. — **40** atque *cdd. pr.* L_1. — **1** Ceterum mem. *G.* — praeponis L_1*;* prebonis *Bamb.;* prae bonis *pr. H.* — **2** appellabat *ed. princ.* — eunuco *pr. L.* — **3** se *om.* H_2*, G; item ap. Ter. Bembin. et P.* — studebat *Bamb.* — *n. N., quem apparet locum Ter. ita accepisse quasi supplendum esset ad* placere magis. *et similiter ineptit Eugraphius.* — **5** Accius; *cf. 259, 7.* — **6** mora *G.*

519 M.

idem Epinausimache:

probís probatu' pótius quam multís forem!

Lucilius Satyrarum lib. XIIII:

non paucis malle a sapientibus esse probatum
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν!

idem lib. XIII:

. . unu' modo de multis qui ingenuos sit.

M. Tullius de re publica lib. IIII: nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum. — idem de re publica lib. VI: et vero in dissensione civili, cum boni plus quam multi valent, expendendos civis, non numerandos puto. — Afranius Suspecta:

nóli ex stultitiá multarum crédere esse animúm meum.

CENSERE et ARBITRARI veteres cognatione quadam socia ac similia verba esse voluerunt. Varro Rerum humanarum lib. XX: quod verbum censeo idem et arbitror poterat ac valebat. — Plautus in Rudente:

non vídisse undas *mé* maiores cénseo.

idem in Menaechmis:

demam hánc coronam adque ábiciam ad laevám manum,
ut, sí sequentur, me hác abisse cénseant.

Varro de vita populi Romani lib. II: itaque quod hos arbitros

---

8 Accius Epinausimache ‖ 10 Lucilius l. XIV ‖ 12 Odyss. XI, 491 ‖ 13 Lucilius l. XIII ‖ 15 M. Tull. de re publ. IV ‖ 16 M. Tull. de re publ. VI ‖ 18 Afranius Suspecta ‖ 22 Varro Rerum hum. XX ‖ 24 I, 2, 78 ‖ 26 III, 3, 31 ‖ 29 Varro de vita pop. Rom. II.

---

9 probatu' *M;* probatus *Lips.;* probatum *cdd.* — **11** malle; meila H_1*; tum* mella; male H_2, *G.* — a sapientibus *M;* ac sapientibus *Dousa pater;* acsa sipientibus L_1*;* acsi sapientibus *id. m. 2;* H_1*; Bamb.; Paris. 7666;* acsia sapientibus H_2, *G.* — **12** *η πασιν νεηνεσσι ηαταη* (*ν Bamb.*) *ομενοιcιν αναccειν* (*νοιcιν αναccειν prius litt. lat. minusculis L; sed graecae maiusc. supra scriptae*) *C, Bamb.* — **14** ingenuos *(de animo dictum)* sit *M;* ingenio sit *C;* ingeniosa *Bamb.* — **16** sed paucorum *Quicheratus; qua non opus coniectura.* — *illud* de re publica *vid. tollendum.* — **17** IIII *Lugd.* — enimvero *Iun.; f.* ego vero. — bonis *L, Bamb.* — **18** civis H_1*; Cuiac.;* cibis *rell.* (cibus *Lugd.*). — **20** noli extultitia *H.* — *post illud* stultitia censere et arbitrari *add. Bamb.* — **21** cognitione L_1. — **22** Varro; *cf. v. 29.* — R. h. *Popma; Me;* de re rustica *cdd.* (re *om. G*). — **23** idem et arbitror *M;* et arbitror idem *v.* — **25** me *om. cdd.* — **27** hanc *om. cdd. Pl.* — atque *cdd. pr.* L_1. — levam *cdd. Non. et Pl.* — **28** si *om. Bamb.* — sequentum L_1. — ut si qui (quis) sequatur; ut si qui sequantur *cdd. Pl.* (ut qui sequantur *Pylades*). — hac (hec, haec) me *cdd. Pl.* — habisse *G;* abiisse, habiisse *cdd. Pl.* — **29** *f.* hos, quod. — arbitros *et L; sed* arbitr *in ras.*

instituerunt populi, censores appellarunt: idem enim valet censere et arbitrari.

AFFICI *de* malis tantum consuetudo praesumpsit, cum sit positum et *de* bonis. M. Tullius de officiis lib. I: sic ut aliquo honore aut imperio || affectos observare et colere debemus. — Varro Eumenidibus:

corónam ex auro et gémmis fulgentém gerit,
lucé locum afficiens.

DECVRIONES et CENTVRIONES a numero, cui in militia praeerant, dicebantur; ACCENSI, qui his accensebantur, id est adtribuebantur. Varro de vita populi Romani lib. III: *qui* quidem ascribtivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, quia eorum augebant numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, quia pugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur.

LATERES aput quosdam, ut scrobes, cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini. Varro de vita populi Romani lib. III: nam lateres argentei adque aurei primum conflati adque in aerarium conditi. — [et in alio *loco* idem:

later quod cónquadravit régius.]

MODESTIA, MODERATIO, MODVS, MODICVM, MEDIOCRE hunc

---

33 I, 41, 149 || 2 Varro Eumenidibus || 7 Varro de vita pop. Rom. III || 13 Varro de vita pop. Rom. III || 15 Varro (Hecatombe).

---

30 idem enim *ed. a. 1476;* id enim *cdd.* — 32. 33 de *utrobique add. M.* — M. Tull.; *cf. 359 l.* observare, suspicere. — sicut (sicuti) *cdd. 359; hic L, H, Bamb.* siquo; *G* siquos. — 1 observaret colere *Bamb.* — 2 Varro; *cf. 540; 549 l.* subparum; ostrinam. — 3 et ex, *sed* et *del., H.* — 5 militiam *Bamb.* — praeparant L_1. — 6 accensibantur *C, non Bamb.* — 7. 8 Varro; *cf. 57 l.* legionum. — *ubi qui habetur locus Varronis praecessit huic interpositis quibusdam.* — qui quidem ascribtivi *M;* qui de (quide Ho_1; quidea Ho_2) ascribtivis (ascript. L_2; H_1; *Gs; Bamb.;* scriptivis Ho_2) *cdd.* — ii quidem adscriptivi *Quicheratus.* — quia *M;* qui *v.* — 9 augebant *M* (augerent *Quicheratus*); habent *cdd.* — 10 ferrentarios *L.* — quia (*f.* quod) pugnabant *M;* quidpugnabant L_1; qui depugnabant *rell.* — fundis *Popma;* pugnis *cdd.* — 11 *puto* is *vel* id est. — qui *Bamb.* — ferentur *G; Bamb.* — *cf. Paul. pg. 85:* ferentarii auxiliares in bello a ferendo auxilio dicti vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati; *ibid. 14; 369 l.* adscripticii; velati; *Varr. de l. lat. VII, 57.* — 12 Lateres; *cf. comm. in Luc. IX, 23.* — apud *cdd. pr.* L_1. — 13 Varra H_1. — 14 atque *cdd. pr.* L_1. — *ita et 15.* — 15 erarium *Bamb.* — et *om. Ald.* — in *om. Iun.* — loco *add. Ald.* (*ed. a. 1476:* et in alio masculini loco. Idem). — *hoc exempl. ab interpol. vid. add.; nam non solet ita citare N.* — *cf. 131 l.* later. — 16 quod conq. *cdd. 131; hic H, G:* quem conquadravit; *L:* quem quon quadravit; *Bamb.:* quondravit. — 17 Molestia L_1. — hanc *Bamb.*

habent ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, basis ipsa virtutis est. e qua gignitur moderatio, quae temperat aurigatque modos, qui ex supra memoratis disciplinis in factis [sunt] et in dictis et ceteris talibus, quae agendi officia sunt, iniunguntur. modicum vero moderatum est; mediocre quod medium. ita saepe positum in magnis auctoribus aucupavimus. Varro Cato vel de liberis educandis: omnia, inquam, in docendis pueris, quae demta non prohibent verum bonum fieri, mediocria [modica] sunt.

PROVENTVM etiam malarum rerum dici || veteres voluerunt. Lucilius lib. XXVI:

dénique adeo mále me accipiunt décimae et proveniúnt male.

INBVERE consuetudo inducere [vel inficere] existimat, cum sit proprie maculare vel polluere vel inficere. Accius Armorum iudicio:

intér quos saepe et múlto inbutus sánguine.

idem Melanippo:

credíti' me amici mórtei inbuturúm manus?

Pacuvius Periboea:

nám si te regerét pudor
sive ádeo cor sapiéntia inbutúm foret.

M. Tullius de re publica lib. V: quae cum Scipio dixisset, admodum probans Mummius (erat enim odio quodam rhetorum inbutus). — Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν:

ad régis ensis sánguine inbutús nigro.

---

23 Varro Cato || 2 Lucilius l. XXVI || 5 Accius Armorum iudicio || 7 Accius Melanippo || 9 Pacuvius Periboea || 12 M. Tull. de re publ. V || 14 Varro Ἑκατόμβη.

---

18 basis *ed. princ.;* vasis *C;* vassis *Bamb.* — 19 ipsi H_1. — e qua; aequa, *tum* equa *H.* — 21 sunt *del. in H; om. G; non Bamb.* — q̃; *L.* — officia sunt; officiant *Bamb.; pr. L.* — iniunguntur *Quicheratus;* iunguntur *C* (iuntur *pr. L; Lugd.*); untur *Bamb.* — 22 modicum; *cf. 342 l.* modicum. — mediocre *cf. 29 l.* mediocritas. — 23 aucupavimus. *nota hominem gloriosum!* — 25 dempta *H;* damta *G.* — demta; *i. e.* si demta fuerint. — verum; *i. e.* virum, *quod reposuit Me.* — modica *del. Riesius.* — 3 denique *ed. princ.;* dein quae *C;* deinque *Bamb.* — me *om.* G_1. — 4 Induere *Bamb.* — n *ubique* L_1*; ed. Bas. (sed vv. 15, 23* m *in G sec. Riesium); usque ad v. 16 Bamb.;* m L_2*; H; Bamb. inde a v. 18.* — Inbuere; *cf. 324 l. idem.* — consuitudo L_1. — vel inficere *secl. Riesius.* — 6 inbutus *Bothius;* inbutos (imb.) *cdd.* — 7. 8 Menalippo *Hqos.* — crediti' *M;* crediti L_1*;* credite *rell.* — me *om. G.* — mortei; morte *Iun.;* mortem *cdd.* — inbutorum manu *Bamb.* — 10 regeret *Bent.;* tegeret *cdd.* — 12 lib. V; *libro quarto haec adscr. Maius.* — 13 admodum *bis L.* — probans *supra add. in L.* — Mummius *ed. princ.;* nummius *C, Bamb.* — quodam *duo Maii cdd. Vatic.; mrg. Iun.;* quorum *C, Bamb.* — rethorum L_1. — 14 inbutus. *sequebatur responsum Mummii.* — εκατομπεβη *cdd.* — ευσιων *G.* — 15 at *L_2, H, G, non Bamb.* — sensis *Bamb.*

Sallustius Catilinae bello: ea quasi venenis malis inbuta corpus animumque virilem effeminat. — Vergilius lib. VII:

quae fors prima dedit, sanguis novus inbuit arma.

M. Tullius in Ortensio: ut i, qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam; sic litteris talibusque† doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam inbui et praeparari decet. — Varro Agathone: ideo quod maiores nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis inbui noluerunt.

COMPOTEM bonae rei solum dici existimatur, cum etiam malae rei positum sit. Accius Clytemestra:

cúr me miseram inrídet magnis cónpotem et multís malis?

MIRA et MIRACVLA veteres pro monstris vel horrendis ponebant. Lucilius Satyrarum lib. I:

miracla cient elephantos.

Plautus in Amphitryone:

nímia memoras míra. sed vidístin uxorém meam?

Vergilius Georg. lib. IIII:

omnia conmutat sese in miracula || rerum.

DIEM volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare; masculino diem ipsum. nos contra invenimus. Turpilius Pedio:

quando équidem amorem intércapidine ípse lenivít dies;

---

16 11, 3 ‖ 17 Aen. VII, 554 ‖ 19 M. Tull. Hortensio | 22 Varro Agathone ‖ 25 Accius Clytemestra ‖ 28 Lucilius l. I ‖ 30 II, 1, 69 ‖ 32 IV, 441 ‖ 3 Turpilius Pedio.

---

16 Sall.; *cf. Gell. III, 1.* — Catillinae (Catilline L_1) L_2, *Bamb.* — 19 M. Tull.; *cf. 386 l.* sufficere, mutare inficiendo *ibique comm.* — hortensio *C pr.* L_1; horthensio *Bamb.* — ut i; uti *cdd.* — *h. l. C:* conbibit (comb. L_2) purpuram; *Bamb.:* conbibiturpuram. — 20 sufficiant *Bamb.* — talibusque; *puto* liberalibusque *vel* aliisque. — 21 ante; atque *Bamb.* — 22 Varro; *cf. 247, 23; ubi plenior locus.* — Agatone *C, non Bamb.* — ideo. *praec. haec:* virgo de convivio abducatur (abdicatur *Pius; f.* abducebatur, *h. e.* abibat). — 23 veneris *cdd.* — 24. 25 Comp.; *cf. 456 l.* compotem. — existimat *L, P, Bamb.; f.* existimant. — malae rei *M;* mala rei *pr. H;* mala re *rell.;* in mala re *Quicheratus.* — Clytemestram *Bamb.* — 26 cur *supra add. L.* — me Ho_1; *P; v.;* meae Ho_2; *rell.* — magis *cdd.; corr. Lips.* — *post* multis et *coeptum in L, sed deletum.* — 27 et; et vel H_1; *L ex corr.; Bamb.;* vel *pr. L;* H_2; *om. G (in H etiam* vel *deletum, sed restitutum).* — 29 miracula *L, Hqo, Bamb.;* miracla *Hs, G.* — cient *Iun.;* ciet *cdd.* — elephantos *M;* telefantas L_2; telefantes, *m. 2* telefantas *H;* telefantas *et G;* elefantas *Paris. 7666; Lugd.;* etelefantas L_1; elefantis *Bamb.* — 31 vidistin *Bamb.; Paris. 7666;* vidisti *C.* — oxorem *Bamb.* — 32 Georg. *om. L,* H_1, *Bamb.* — 1 transformat *Verg.* — 3 Poedio *Bamb.* — 4 et quidem *L,* H_1, *Bamb.* — quando quidem (*debebat* quandoquidem) *Gulielm. Verisim. II, 23. sed satis bene illi, qui* equidem *etiam cum aliis pr. primam singularis*

522 M.

id est: ipsum tempus. Pacuvius Duloreste:

gnatám despondit: núptiis hanc dát diem.

Vergilius Aeneidos lib. II:

ergo dies infanda aderat. mihi sacra parari.

VICTOREM altae rei superatorem dici voluit Vergilius Georgicon lib. II:

inde secutus
per ramos victor adque alta cacumina regnat.

VER SACRVM quidam dictum putant, ut plerumque, vitabile et execrandum. sed Sisenna religiosum dicit Hist. lib. IIII: quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.

APVT, ad. Lucilius lib. XXX:

aut cum iter est aliquo et causam commenta viai
bito apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

error consuetudinis aput pro in utitur. itaque vitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, aput [aut ad] forum fuisse, cum aput iuxta significet. Accius Eurysace:

ápud ipsum adstas.

Turpilius Leucadia:

utinám nunc apud ignem áliquem magnum adsídam! . . . . .

---

5 Pacuvius Duloreste ‖ 7 II, 132 ‖ 9 II, 306 ‖ 14 Sisenna Hist. IV ‖ 17 Lucilius l. XXX ‖ 22 Accius Eurysace ‖ 24 Turpilius Leucadia.

---

numeri personis apud scenicos antiquissimos iungi contendunt, licet res sit nondum profligata. — intercapedine *cdd. pr.* L_1, *H.* — *huic versui subiciendus, non quidem continuo, quae fuit Gulielmii opinio, sed ut quaedam interposita fuisse statuas, ille, qui legitur pg. 470 s. l.* intui. — *itaque frustra fuit Gebhardus, cum reponeret illud* lenibit. — 5 id est; idem *Bamb.* — Doloreste *Bamb., P.* — 6 gratam *Bamb.* — 8 ergo; *ita pessime Non.;* iamque *Verg.* — inianda *Bamb.* — pari *pr. L.* — 9 *nullum l.* L_1. — superatorem rem H_1. — 12 atque *cdd. pr.* L_1*;* perque *Verg.* — 14 Sisenna. *huic loco subiciendus qui leg. 277, 13.* — 15 novisse H_1*; G.* — vovisses tres *Bamb.* — si *om. Par. 7665.* — tres *Montep.; Par. 7665.* — constituisset *Bamb.* — *in mrg. cd. G scripta haec:* ver sacrum ab antiquis dictum quotiens iuventus egressa a parentibus urbes condebat, ab apium examine tractum. — *cf. Paul. 379 l.* ver sacrum *et quae ibi adferuntur ab O. Muellero.* — 17 *null. l. L; pr. H;* d *pro* t *cdd. pr.* L_1. — Lucil.; *cf. comm. in Luc. IX, 30; XXX, 54.* — 18. 19 at cum *Gulielm.* — commenta viai *Lips.;* bito *M;* commentavi (comm. *L*) aut *L, H, Bamb.;* commenta viaut *G.* — 20 consuitudiuis *L.* — apud L_2*, H, Bamb.* — 21 *puto* designamus. — aput *M;* apud *v.* — *nam vid. olim fuisse* apud *supra posito* ut; *cf. notam seq.* — aut ad *del. Ald.* (ad *om. L*). — 22 fuisse H_1*; ed. princ.;* fuisse se *cdd. pr.* H_1. — apud *omnes.* — Euresace L_1*;* Euris. *m. 2.* — 23 adstas *Me;* adistas *cdd.;* adsistas *Gerlachius.*

M. Tullius de re publica lib. III: cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat. — Accius Diomede:

. ádsum apud te, génitor.

Sallustius in Iugurtino bello: ceterum apud aquam Syllam ‖ cum equitibus noctem agitare iubet. ‖ [apud etiam pro in dictum invenimus; ut Terentius in Andria:

. . apud forúm modo e Davo aúdivi. . . .

M. Tullius de signis: *is* cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano.]

PRO et ante significat. Vergilius lib. VIII:

stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat.

OPERARI est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare vel convivari. Pomponius Praecone posteriore:

ád Veneris proféctust mane vétulus, votum ut sólveret;
íbi nunc operatúr.

Afranius Excepto:

proficíscor. res, tempús, locus, semul ótium hortabátur,
ut óperata illei dégerem sanctúm diem Diánae.

idem in eadem:

---

26 M. Tull. de re publ. III ‖ 29 Accius Diomede ‖ 31 98, 4 ‖ 2 II, 1, 2 ‖ 4 II, 4, 22, 48 ‖ 6 Aen. VIII, 653 ‖ 9 Pomponius Praecone posteriore ‖ 12 Afranius Excepto ‖ 15 Afranius Excepto.

---

26 M. Tull.; *vide 68 l.* apud; *ubi prorsus alio fonte usus Non.* — 29 religaverat *Bamb.* — 31 Iugurtino *pr. L;* Iugurthino *rell.* — Sylla *H.* — 1 agitari *Bamb.;* L_2. — 1—5 apud *e. q. s.; haec ab interpol. addita ad refellendum initium lemmatis.* — 3 *praec. ap. Ter.* qui scis? — apud suorum *Bamb.* — e Davo audivi *Ter. (in sequentibus recte Fleckeisenus* ei misero mihi, *nisi gravius latet mendum);* id dabo autibo (audibo L_1*;* autdibo *pr. H*) *C;* id dabo aut ibi *Bamb.* — 4 M. Tull.; *cf. 278 l.* dare, exhibere *cum comm.* — is (*h. l. praec.* is) *cdd. om. utrobique.* — 7 *aliter Serv.* — 8 Operiri H_1. — deos rel.; *f. addendum* colere. *quamquam* litare *ita cum accusat. iunctum bis terve.* — 9 litari *Bamb.* — posterior *Bamb.* — 10 profectu'st *Munkius;* profectu (profectus *Bamb.*) est *cdd.* — 11 operatur *Quicheratus;* operatus est *cdd.* — 13 simul *cdd. pr.* L_1. — 14 *Bothio obsecutus non toleravi troch. septen. iambico iunctum, quamquam non ignoro vix posse definiri, quo in copulandis metris dialogi modo usi sint poetae comici Terentio posteriores. cet. cf. seq. exempl.* — operata (*i. e.* postquam operata essem) *Buechelerus;* operatam H_2*; Bamb.; Par. 7666;* operam H_1*;* operatum *rell.* — *laetiores numeri, si scripseris* operata ut. — illei *(adverb. loci) M;* illum *cdd.* — degerem s. d. D. *Bothius ed. 2;* dianae (diane *L*) digerem (degerem H_2*;* dierem *Bamb.; Par. 7666*) sanctum diem *cdd.*

iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoveri. sólvo operám Dianae.

Vergilius Georg. lib. I:

laetis operatus in herbis.

Lucilius lib. XXX:

aut operata aliquo in celebri cum aequalibu' fano.

SEXAGENARIOS PER PONTEM *non* mittendos male diu popularitas intellexit, cum Varro de vita populi Romani lib. II honestam causam religiosamque patefecerit: cum in quintum gradum pervenerant adque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi adque otiosi. ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur sexagenarios de ponte, id est deici oportere, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.

STRICTVRAE dictae sunt quae de ferro candenti micant, cum massa malleis cuditur: unde et incus est appellata. [dictae autem quod aut strictius || emittantur aut quod oculos fulgore praestringant.] Vergilius lib. VIII:

striduntque cavernis
stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat.

PROXIMVM dicebant veteres non solum adhaerens et adiunctum,

---

18 I, 339 || 20 Lucilius l. XXX || 23 Varro de vita pop. Rom. II || 2 Aen. VIII, 420.

---

16 *nihil est in numeris quod reprehendas. displicet tamen interpunctio gravior post* confoveri. — *itaque f. sic constituendus locus:* iubeo ilico hominem tolli | et conlocari et confoveri. operam Dianae solvo. — et locari *Bamb.; non Par. 7666.* — opera *Bamb.* — 19 laetus *H ex corr.;* letus *G;* letis *L, Bamb.* — oper. est in *Bamb.* — 21 operata *Gulielm.;* operat (*seq.* a) *C;* aperat *Bamb.* — in *om. G.* — lecebri *Bamb.* — 22 Sexagenarios; *cf. Fest. 334 s. l.* sexagenarios. — *vera scilicet ac prudens explicatio proverbii, quod sequitur, non potuit Varr. impedire, quominus in satura Sexagesi vulgatum sequeretur per iocum errorem. cf. 86 l.* casnares. — non *add. M.* — mittendus est male *Bamb.* — pop.; *i. e.* vulgus. — 23 onestam *L.* — 25 atque *cdd. pr.* L_1. — 26 publiciis *pr. L.* — atque *cdd. pr.* L_1. — proverbium *ed. a. 1471;* proverbio *cdd.* — 27 sexaginarios *L.* — 27. 28 id est deici oportere *M; puto* id est de ponte deici oport.; deici oportere id est *cdd.* — ferebat *pr. L.* — *f.* ferebatur. — 29 Stricturae; *cf. 21 l.* stricturae; *ubi eadem fere traduntur.* — 30 *illa* massa — appellata *adfert Prisc. 719.* — masa *Bamb.* — etiam incus *Prisc.* — 30. 1. 2 dictae — praestringant. *haec ut ex pg. 21 translata secl. M.* — *et possis dubitare an etiam Vergilii exemplum sit inde adsumptum.* — quod aut stricte em., id est celeriter *leg. pg. 21.* — scrictius L_1*;* structius *Bamb.* — emitantur *Bamb.* — perstringant *cdd.* — VIIII *Lugd.* — 3 *illud* str. cav. *addidi, quamquam ne superiore quidem loco exhibetur. sed neque caretur eo sat commode et quam facile hauriri potuerit propter verbum sequens intellegitur.* — 4 calibum *cdd.* — 5 veteris L_1. — adherens *cdd.*

524 M.

verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. Vergilius Aen. lib. V:

proxumus huic, longo sed proxumus intervallo,
insequitur Salius.

ita et Sallustius in situ Ponti de promunturiis Paphlagonum et *eo*, quod *Κριοῦ μέτωπον* appellant, posuit.

MEMINI illam rem difficilius dictu putant plurimi. Vergilius in Bucolicis:

numeros memini, si verba tenerem.

et:

alternos Musae meminisse volebant.

Cicero de oratore lib. III: quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere ferretur?

TVRBAM et TVRBAS diversam volunt habere significationem, ut sit turba populi conventus, turbae turbationes. nos contra lectum invenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Athamante:

'ac dúbito?' — 'a, quid agis? cáve ne in turbam te ínplices.'

idem Stasiastis vel Tropaeo:

nón vides, quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

Turpilius Thrasyleone:

nemo úmquam vidit ébrium ire intérdiu
neque túrbam facere néque fores exúrere?

---

7 V, 320 ‖ 10 Sallustius (Hist. III); cf. comm. ‖ 13 IX, 45 ‖ 15 VII, 19 ‖ 17 III, 56, 214 ‖ 22 Accius Athamante ‖ 24 Accius Stasiastis ‖ 26 Turpilius Thrasyleone.

---

7 existitisset *L;* exstitisset *ed. Bas.* — 8 sed proximus *cdd.* (proximus *bis Verg. libri*). — 9. 10 Salius. ita et *om. P; Paris. 7666; Bamb.; punctis supra et infra add. delet L.* — in situ Ponti; *h. e.* in descriptione Ponti; *cf. Porphyrion. ad Hor. C. I, 17, 18.* — promunturis *Bamb.; pr. L;* promuntoriis H_1. — paphiagonum *L,* H_1*;* paflagonum H_2. — 11 eo *add. M.* — *Κριοῦ μέτωπον Ald.;* trium etopon *L;* trium et opon *H;* triu metopon *ed. Bas.; Bamb., ut vid.* — appellant *M;* appellavit *v.* — posuit: *h. e.* a Sall. promunturia Paphlagoniae, Carambis et Syrias, proxima *Κριοῦ μετώπῳ* dicta, quamquam distat ab hoc Carambis duobus milibus stadium et quingentis. — 12 Verg.; *cf. 353 l.* numeros, modos. — 14 nisi verba *G.* — 15 et; *cf. 499 l.* accusativus pro genetivo. — 16 museae *pr. L.* — 17 gracco *Bamb.* — 20 turbam *pr. L.* — turbae turbationem L_1*; H; G; Bamb.* — nosti L_1. — *f.* nos econtra. — 22 Adamante *cdd.* — 23 *diverb. disposuit Bothius.* — ac *M;* an *cdd.;* haut d. *Both.; f.* hau. — ha *cdd.* — te *om. Bamb.* — implices *ed. princ.;* implicis (inpl. L_1*; ed. Bas.*) *cdd.* — 24 stasiastris vel tropeo *cdd.* — 25 belli *M;* vel *cdd.* — 26 trasyleone *cdd.* — 28 fecere *L.* uxurare *G.*

Terentius in Eunucho:

néquam ille hodie insánus turbam fáciat aut vim Tháidi.

M. Tullius de senectute: cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar cumque ex hac turba et conluvione discedam. — || Plautus in Aulularia:

redeo íntro, nequid híc *item* turbaé fuat.

Caecilius in Imbriis:

mirum ádeo, nisi fratér domi aliquam ébrius turbám dedit.

DEMENSVM Terentius in Phormione quasi deminutum posuit:

quod ille únciatim víx *de* demensó suo,
suúm defrudans génium, conpersít miser.

|| Cicero [de] Oratore assimilatum vel aequatum dicit: *de industriaque* non ex insidiis, sed aperte, palam elaboratur ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant.

SVPERVACVVM non putat oportere dici Varro de vita populi Romani lib. IIII, sed supervacaneum: in quo est supervacuum pro supervacaneo.

CAECVM veteres pro inprovido dixerunt. Varro de vita populi Romani lib. IIII: neque id caeci consules fecissent, quei mandata arcana T. Ampio dedissent, ut vi discedentem Cn. Magnum * * *

---

29 IV, 1, 2 || 31 23, 84 || 1 II, 9, 8 || 3 Caecilius Imbriis || 5 I, 1, 9 || 8 12, 38 || 11 Varro de vita pop. Rom. IV || 14 Varro de vita pop. Rom. IV.

---

30 nequam; *i. e.* ne quam. — aut vim Thaidi *Ter.;* ausum tahidi *C; om. Bamb.* — **31** M. Tull. de sen. *om. Bamb.* — M. Tull.; *cf. 82 l.* conluvio. — in; ad *recte meliores cdd. Cic.* — illum *cdd.* — **1** discebam *Bamb.; Par. 7666.* — **2** fugiam intro *non bene cdd. Pl.; cf. Caesar. pg. 124.* — item (itidem *Caes.*) *add. M.* — turbae hic itidem *cdd. Pl.; ubi* turbarum hic itidem *Brixius.* — fiat *cdd. Non. et Pl.; corr. Harius.* — **3** in *supra add. in L; om. Bamb.* — imbris *cdd.* — **4** *ita Bothius, hiatu post caesuram admisso; cdd.:* m. ad. n. fr. d. ebrius turbam aliquam dedit; *longius abest a cdd. scriptura illud:* aliquam dedit turbam ebrius. — turbam aliquam dederit ebrius *Ribbeckius.* — **5** Ter.; *cf. comm. in 31, 10.* — formione *cdd.* — **6** unciatum *Bamb.* — de *om. cdd.* — vix *et* de *a correctore add. in L.* — **7** defrudens *Bamb.* — **8** de *secl. M;* in Oratore *Me.* — assimilatum *M;* aestimatum *cdd.* — aequantum *Bamb.* — de industriaque *Quicheratus e Cicerone;* quae *cdd.* — **9** ap. et (ac) palam *cdd. Cic.* — elaboratur *Me ex Cic.;* elaborat *cdd.* — **10** respondeat *L ex corr., H, Bamb.* — **11** Superbacuum L_1. — **12—15** sed supervacaneum — lib. IIII *in mrg. add.* L_1. — **12** sed supervacuaneum *Bamb.* — in quo est. *hoc dicit Varro, in libri vel potius tituli sive legis verbis, quae adfert, illud inusitatum dignumque memoria, quod* supervacuum *ponatur pro* supervacaneum. *sane hunc locum si exceperis, primum invenitur vocabulum illud apud Horatium.* — **14** invido *L, Bamb.;* inprovido *H, G.* — **15** neque id. *videntur ante omissa quaedam a librariis.* — consules *ed. princ.;* consulis *cdd.* — quei; qui *Martini Laguna;* quae *cdd.* — **16** archana *Bamb.* — T. Ampio *Lips.; Me; ed. Bas.;* tampio

Quotiens per accusativum casum ANNOS vel DIES loquimur, iuges annos vel dies significamus; quotiens per dativum, intervallum interiectis aliquibus annis vel diebus. itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Vergilius Georg. lib. II:

ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
convellunt: inmota manet multosque per annos
multa virum volvens durando saecula vincit.

Plautus Trinummo:

.. quia, ruri dúm sum ego unos séx dies,
me absénte adque insciénte, inconsultú meo
aedís venalis hásce inscribsit litteris.

Turpilius Philopatro:

ecce aútem tuo more, út soles, aegré pati
vidére mihi, quia hós dies conplúsculos
intércapedo || súmti faciundí fuit.

idem Hetaera:

rús ad illas cónmigrat;
habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Vergilius Georg. lib. IIII:

septem illum totos perhibent ex ordine menses
flevisse.

---

21 II, 293 || 25 I, 2, 129 || 29 Turpilius Philopatro || 2 Turpilius Hetaera || 5 IV, 507.

L, H, Lugd. — notus T. Ampius ex Cicerone. — dedissent *Lips.;* sedissent *cdd.* — uti vi discedentem *M* (ut discedentem *Martini Laguna*); autdividi centum *L,* H_2*;* autdividi H_1*;* autdivi dicentum *ed. Bas.; Bamb., ut vid. — non potest admitti quod Popma coniecit:* audivi dicentem, *nisi post illud* dedissent *quaedam statueris hausta. — quodsi, ut probabile est, agitur de bello secundo civili, omnino non habet locum commentum eius. — suppleri potest ut puta* retraheret ex fuga *vel* retineret *(similiter Martini Laguna).* — GN *vel* gn *add. supra virgula cdd.* — **17** Quoties *pr. L;* Quotiens *rell.* — adnos *Bamb.* — **18** per dativum (per dativum per *cdd.; del.* per *alterum Quicheratus*); *dativum cum ablativo confudit Numida, sicut saepius factum Cap. IX.* — **20** mel. dixerunt *L,* H_1*;* dixerunt mel. *Bamb.* — **22** ghiemes *G.* — illa *Bamb.* — **23** multosque nepotes *elegantius pars cdd. Verg.; alterum videtur adscitum e Georg. IV, 208.* — **26** *praec. ap. Pl.:* quidum? — rure *cdd. Pl.* — dum sum ego *et cdd. plures Pl.* (dum ego *B*); dum ego sum *cum Kochio Ritschelius.* — **27. 28** atque *cdd. pr.* L_1. — inconsultu meo *Pl.;* inconsulto me (meae dis *pr. H*) *cdd.* — venaL, L *lineola transfixo,* L_1. — inscripsit L_2*, H, Bamb.;* inscribit *meliores libri Pl.* — **29** Turpil.; *cf. 484 l.* sumpti *ibique comm.* — filopatro *cdd.* — **30. 31** videre mihi aegre (egre *L, G, Bamb.*) pati *cdd. h. l.; post* aegre id *add. 484.* — **1** intercapedos *Bamb.* — sumti *L;* sumpti *rell.* — **2** hetera *cdd.* — **4** hiemam, *m. 2* hiemaem *H.* — **5** Verg. Georg. lib. IIII; *his lineola supposita m. 2 in L.* — **6** illos *cdd. pr.* H_2. — perhibens L_1. — menses; *seq. ap. Vergilium:* rupe sub aeria deserti ad Strymonis undam. — **7** flevisse; *ita et Arusian. gr. lat. VII, 474, qui*

526 M.

Cicero de re publica lib. I: nec tantum Carthago habuisset opum sescentos fere annos sine consiliis et disciplina. — idem de re publica lib. II: itaque illa praeclara constitutio Romuli cum ducentos annos et XXXX fere firma mansisset. — Sallustius Hist. lib. I: et Diponen, validam urbem, multos dies restantem, pugnando vicit. — Lucilius lib. XXVI:

quí sex menses vítam ducunt, Órco spondent séptimum.

invenimus et in Varrone multis annis *de* continuis dici, *περὶ γεγαμηκότων*:

cúius ubi annis múltis maculae *víx* vestigium ínventumst.

Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit Mantuanus:

sed misera ante diem subitoque accensa furore;

quom huic sententiae adversetur versus eius cum opinione sentiens plurimorum:

FORTVNA omnipotens et ineluctabile fatum.

---

8 Cicero de re publ. I ‖ 9 Cicero de re publ. II ‖ 11 Sallustius Hist. I ‖ 13 Lucilius l. XXVI ‖ 15 Varro περὶ γεγαμηκότων ‖ 18 Aen. IV, 697 ‖ 20 Aen. VIII, 334.

---

adfert integros vv. 507; 8; cdd. Verg. partim flevisse et, *partim, id quod melius,* flesse sibi et. — 8 Karthago *Paris. 7665; 6.* — **9** opuum *pr. L.* — sescentes *G;* sescentum *Bamb.; Paris. 7665;* sexcentum *Par. 7666; puto* septingentos. — consilii set disciplina *pr. L.* — **9. 10** de re publica *vid. delendum.* — ita quia praeclara *Bamb.* — **11** XXXX *Maius;* XX *C;* viginti *Bamb.* — triginta *ed. a. 1471.* — in Hist. *Bamb.* — *cf. Kritzii comm. in I, 74.* — **12** Diponen *Kritzius;* diponem *C, Bamb.;* digonem *ed. Iun.;* deponere *edd. vet.* — Olyssiponem *Iun.;* Hipponem *vel* Vizonem *alii.* — *cf. Prob. pg. 1450* lectum in Sallustio Vizzo, Vizzonis *ibique comm. Keil.* — **13** vincit, *quod magis placere possit, Lugd.; Paris. 7666; P.* — Luc.; *cf. 283, 24 cum comm.* — **15—17** *haec in cdd. leguntur pg. 527 ante l.* dona. *huc revocavit Iun.* — **15** invenimus. Invenimus *L, sed non add. l. nota; nullum l. in H;* venimus *Bamb., sed cf. comm. pg. 527 in fine l.* inpotentiam. — de *add. M.* — continuis di *Bamb.* — **15. 16** περὶ γεγαμ. *Iun.; περπεταvηκοτωv L; περιτ (τ ex al. litt. factum m. 2) εταvηκοτωv H; περιτεταvεκοτωv G; περτιταvηκοτωv Bamb. sec. Beckerum.* — **17** cuius *monosyllabum.* — anni H_1 *sec. Riesium* (anui *P*). — animi mustis *Bamb.; Par. 7666.* — maculae vix *vel* non (nec *Riesius*) *M;* masculi *L, H, Bamb.;* maculi *P;* masculini *per interpolationem G;* masculinum *ed. princ.* — *de levitate uxorum puto agi.* — *versum, qui videtur indicari seiunctis inter se longius eis quae sunt* cuius *et* maculae, *post alios constituit M.* — annos multos *idem V. 77, 18.* — **18** *philosophum rursus agit Nonius; cf. 455 l.* fatum; *Gell. VII, 1; XIII, 1; Serv. Dan. ad Aen. IV, 696.* — Dubio *om. Bamb.* — *puto* Difficili potius quam dubio. *id quod traditum si scripsit Nonius, ita videtur explicandum, ut dicat dubia esse Vergilii versum sententia, quamquam verbis facillimis ad intellegendum.* — vatis L_1; *et ita f. Non.* — **19** mira *G.* — miserante diem *pr. L.* — ascensa *Bamb.* — **20** quom *M;* quem *L, P, Bamb.;* quum, *supra scr. m. 2* c, *Hs;* cum *G.* — opiniones *Bamb.*

verum sensibilitatis eius nunc levis ratio est, quia *si* prisca sententia philosophica accipit intellectum, quae ait:

sui cuíque mores fíngunt *fortunam hóminibus,*

omnipotens fortuna esse desinit; quod Sallustius mire: fortuna simul cum moribus inmutatur. — ac per hoc ex ea similitudine iam fatum ineluctabile esse non poterit, quod, *cum* ex una causa fortuna ferri videatur et FATVM, potest etiam fatum morum mutabilitate converti, ut ex his aut celer aut tardum aut bonum fiat aut pessimum. accensa enim furore Dido amoris iniqui violentia, quia, ut ipse ait:

omnia vincit amor,

ante diem merito videtur || occidere. *quid* quod etiam Homeri eius modi est *sententia,* quem Vergilius noster omni aemulatione sectatur:

σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν;

in quo est ὑπὲρ μόρον ultra decretum. quod si admittitur ut ulterius protendatur, quoniam id ex moribus factum est, quod significat σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν, admittere poterimus Didus moribus properatam etiam fati celeritatem, ut intra diem posset admitti, quoniam recepit, ut Homerus ait, *mali* magnitudinem ultra vim fati.

INPOTENTIAM etiam potentiam auctoritas dedit. Sisenna Histo-

---

25 versus poetae scaenici; cf. comm. || 26 Catil. 2, 5 || 32 Bucol. X, 69 || 1 Odyss. I, 34 || 10 Sisenna Hist. III.

---

23 sens.; *i. e.* sententiae; *cf. 173 l.* sententia. — nunc *M;* non *cdd.* — tevis *pr. L.* — quia si *Rothius;* prisca *M;* quae prima *cdd.* — 24 filosofica *L;* philosofica *H.* — 25 sui quique *frustra Lachmann. comm. Lucr. pg. 94.* — fort. hom. *supplevit Rothius; cf. Corn. Nepot. v. Attici 11, 6; Cic. Paradox. 5, 34, ubi sapiens poeta dicitur huius sententiae auctor, Menander, puto, sive Epicharmus.* — 26 desinit *ed. princ.;* desivit *cdd.* — mire; *quia parum honorifice in fortunam.* — 27 inmultatur *pr. L.* — as L_1. — ex *om. Bamb.* — 28 iam; eam *L,* H_1, *Bamb.* — cum *add. M.* — 29 postest *G.* — 30 celer (celera, *m. 2* celer a *L*) *neutrum.* — 31 iniqui H_1*;* iniqua *rell.* — 32 quia *ed. a. 1471;* qui *cdd.* — ipse (ipe *pr. L*); *i. e.* idem. — *cet. cf. 446 l.* omne. — 33 *lineola infra addita in L.* — 1 quid quod *M;* quod *v.* — *eadem elocutione usus Nonius 446, 15.* — omeri *Bamb.; pr. L.* — 2 sententia *add. M.* — *cf. Gell. VII, 2, 14.* — 4 φεϲιναταϲϑααι (*v H*) εϲιννπεϱμοϱοναaταιεχουϲιν *L, H; similiter G, Bamb.* — 5 in quo est *M;* quod (*praec.* ιν) est *C;* idē *Bamb.* — 7 ϲφεϲιναταϲεααιεϲιν *L, H; similiter G, Bamb.* — poterimus *M;* poteritis *C;* potentis *Bamb.* — Didus *M;* de *v.* — 8 intra diem; *h. e.* ante diem; *cf. 530 l.* intra. — posset *M;* possit *v.* — 9 omerus *Bamb.; pr. L.* — mali *add. M; cf. 46, 19; 435, 2; 441, 2.* — 10 Inpotentiam; *cf. 129 l.* impotens. — etiam; enim L_2*;* H_1*; Bamb.* — auctoris *Bamb.*

riarum lib. III: sublatus laetitia nimia adque inpotentia conmotus [animi].

DONA consuetudine haec habentur quae aut propitiandis dis dantur aut hominibus pro benefactis redduntur; sed auctoritate pro ultione posita manifestum est. Vergilius in Bucolicis:

aut ut mutatos Terei narraverit artus,
quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

QVANDO pro quoniam dici potest. Vergilius lib. VI:

unum oro, quando hic inferni ianua regis
dicitur.

et rursus idem:

hic tibi; fabor enim, quando haec te cura remordet.

VEL pro etiam est. M. Tullius Epistularum ad Brutum lib. VIII: et quod te tantum amat ut *vel* me audeat provocare. — Lucilius lib. XXVIIII:

húius invenisse únum ad morbum illum hóminis vel bellíssimum.

M. Tullius de officiis lib. II: contraque benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem. — idem in Hortensio: vidi in dolore podagrae nihilo illum vel omnium maximum stoicorum Posidonium quam Nicomachum Tyrium hospitem meum fortiorem. ‖ Vergilius Georg. lib. III:

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

---

15 VI, 78 ‖ 18 Aen. VI, 106 ‖ 21 Aen. I, 261 ‖ 23 M. Tull. Epist. ad Brutum VIII ‖ 25 Lucilius l. XXIX ‖ 27 II, 7, 23 ‖ 28 M. Tull. Hortensio ‖ 1 III, 204.

---

11 atque *cdd. pr.* L_1. — **12** animi *secl. M* (*praec.* laetitia nimia). — *in Bamb. est* animum uenimus *(cf. 526, 15); sed id factum ex* animuuenimus. — **13** consuitudine L_1. — diis *cdd.* — **15** posita *M;* positum *cdd.* — Verg. *(lineola infra posita in L); cf. 461 l.* dapes. — **16** aut ut *H;* aut cum *L; G; Bamb.* (*post* aut *add. m. 1 vel 2* ut *in L*). — **17** filomela L_2, *G;* filomeda *Bamb. sec. Beckerum.* — **19** hici interni L_1. — ianua ditis *ed. a. 1471, item sqq. ante Bas.* — **22** hic ti *G.* — favor L_1. — **23** Epistularum *M;* aepistula L_1*;* aepistola L_2, *H;* epistula *G* (*compendium in Bamb.).* — **24** vel *add. ed. a. 1476.* — pirovocare *pr. L.* — **25** XXVIII *Bamb.* — **26** huius H_1*;* hoc *rell.* — invenisse *Vahlenus;* invenisset *cdd.* — unum *iungendum cum* bellissimum. — illum *non videtur pertinere ad* morbum. — hominis *M;* homini *cdd.* — bellissimum; *i. e.* scitissimum. — **27** contraquae *cdd. pr.* H_1. — benevolentia H_2. — **28** vel *om.* H_1. — **29** illum; ipsum *Ald.* — Possidonium *cdd.* — **1** Nicomacum *cdd.* — **1. 2** Verg. Georg. lib. *lineola infra notatum in L.* — II *ex corr. H.* — **3** fetisset a L_1*;* feret esset a H_2.

Varro Eumenidibus: ex his adque eius modi institutis ac vita vel ad Herculis athla aptei facti erant. [idem Vergilius:

carmina vel caelo possunt deducere lunam.

et Terentius in Eunucho:

vel rex.]

DE, pro ab. Lucilius lib. XXVI:

sólus idem vím de classe próhibuit Vulcániam.

PILVMINVS et PICVMINVS di praesides auspiciis coniugalibus deputantur. Varro de vita populi Romani lib. II: natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, ut aspiceretur, *num* rectus esset; *deinde* dis coniugalibus Pilumino et Picumino in aedibus lectus sternebatur.

CADVCEVM pacis signum Varro pronuntiat de vita populi Romani lib. II: verbenatus ferebat verbenam; eidem erat caduceus, pacis signum; quam Mercuri virgam possumus aestimare.

---

4 Varro Eumenidibus ‖ 5 Bucol. VIII, 69 ‖ 7 III, 1, 7 ‖ 9 Lucilius l. XXVI ‖ 12 Varro de vita pop. Rom. II ‖ 16 Varro de vita pop. Rom. II.

---

4 Euminidibus *G; item Bamb.; ut vid.* — atque *cdd. pr.* L_1. — acivita *pr. L.* — 5 ab hercules *Bamb.* — athla *Lugd.; Me;* atla *(om.* H_1*; edd. ante Me) cdd.* — aptei *M;* athlaetae (athlaete L_1) *cdd.* — *agitur de priscis Romanis.* — 5—8 idem *e. q. s.; haec quae vel contra morem Nonii positis illis* idem V.; et T. *nec non brevitate nimia loci Terent. interpolatorem produnt secl. M.* — *non credo post* idem *alterum exemplum Varronis haustum, quamquam ita ut vult Non. positum* vel *invenitur et alias in Saturis velut 271, 10.* — 5 idem *L, H, Gs, Bamb.;* item *ed. Bas.; Me.* — idem; *cf. 289, 9; ubi omissus hic locus.* — 8 *cf. Alcuin. pg. 2135.* — *post* vel rex *tertia pars versus vacat in H.* — vel rex semper maximas mihi gratias agebat *liber Basiliensis;* vel rex semper maximas (gratias *add. Bembin.*) | mihi agebat, quidquid feceram *Ter.* — 9 Luc.; *cf. comm. in Luc. XXVI, 36.* — 10 idem *vel* etiam *M;* Aiax *Passerat.;* iam *cdd.* — de classe *Ald.;* declarasse *cdd.* — 11 *cf. 518 l.* Picumnus. — Piluminus *M;* Pilumnus *cdd.* — picumnus H_1*; Bamb.; v.* (et picunnus *mrg. G; ed. princ.*). — *cf. Servium vel interpolatorem eius ad Aen. IX, 4; X, 76 cum comm. Thilonis.* — *ibi pro* Picumnus *potius traditum* Pitumnus; *comm. in X, 76 pro* Pitumnum pitummum *habet G,* picummum *F.* — dii *cdd.* — praesidis L_1; praesidiis *G.* — 12 duputantur *G.* — 13. 14 ut *(ita mrg. Iun.)* aspiceretur, num rectus esset *M;* aut auspicaretur rectus esse *v.* — aspiceretur, num; *cf. Aen. X, 481.* — rectus; *cf. Hor. Sat. I, 2, 123.* — deinde *add. M.* — diis *cdd.* — Pilumino et Picumino *M;* Pilumno et Picumno (*in Bamb. pr. vid. fuisse* picumino) *v.* — 15 luctus H_1. — 16 Caduceus *cdd.; corr. Quicheratus.* — paci *pr. L.* — vita *om. Bamb.* — 17 verb. *Me;* verbrunatus (verbrut natus H_1) *cdd.;* verbenarius *ed. princ.; f. recte; cf. Plin. N. H. XXII, 2, 3.* — eidem *M;* id (*seq.* e) *cdd.* — 18 quam *Kettnerus;* nam *cdd.* — Mercurii *pr. H.* — *f.* autumare. — *cet. cf. Serv. ad Aen. IV, 242.* — *non est cur illa* quam — aest. *a N. putemus addita.*

Qui liberi fiebant, ea causa CALVI erant,† ut naufragio liberati solent, quod tempestatem servitutis viderentur effugere. Plautus in Amphitryone:

út ego hocedie ráso capite cálvus capiam pílleum.

LVCIS, numero plurali [quod sunt dies]. Varro Hebdomadum * * * sub imagine Demetri:

hic Demetrius est *tot* aptu' *signa,*
quot lucis habet annus absolutus;

Quotiens genere neutro, plurali numero OPERA legerimus, significantur fabricae. Vergilius Aen. lib. IIII:

pendent opera interrupta minaeque
murorum ingentes.

cum genere feminino, numero singulari, intellegendum aut opus || vel labor pro mercede sumta (Plautus in Asinaria:

pár pari datum hóstimentumst, ópera pro pecúnia)

aut opportunitas vel occasio et facultas. Plautus in Aulularia:

dá mi operam parúmper, si operaest, Eúclio, id quod té volo.

Afranius Vopisco:

---

21 I, 1, 306 || 23 Varro Hebdomadum; cf. comm. || 28 IV, 88 || 1 I, 3, 20 || 3 II, 2, 22 || 5 Afranius Vopisco.

---

19 *nullum l. L, H_1.* — 19. 20 calvi erant (ent *Bamb.*); *locus mancus. puto* capite raso calvi erant idemque pilleati *sive* et pilleum capiebant. — *in mrg. G est:* propter calvitium pilleati liberti. — *illa* ut — solent *post* erant *collocavit M; in cdd. ponuntur post* effugere. — et *G; f.* ut ec naufr. — viderentur *M;* videntur *Bamb.; pr. L;* videbantur *rell.* — 22 hocedie *Spengelius;* hodie *cdd. Non. et Pl.* — ut ego hic hodie *Camerarius;* ut ego raso capite calvos hodie *Fleckeisenus.* — pilleum *et Pl. libri; Serv. ad Aen. VIII, 564.* — 23 *nullum l. L.* — Luces *L_2; non Bamb.* — q. sunt dies *ut glosema ad v. 26 pertinens secl. M.* — ebdomadum *cdd.* — 24 VIII *probabiliter add. Ritschelius (praec.* um); *cf. eius Opusc. III, 559.* — 25 est tot aptu' signa *Quicheratus;* est catus *cdd.* — iconas tot aptust *Roeperus;* aeneas (aereas *recte Schraderus*) tot aptust *Scal.* — 26 quod *cdd.; corr. Scal.* — luces *L;* lutis *Bamb.;* lucis *H; G.* — 27 prurali *H.* — *puto* legimus. — 28 significatur *Bamb.* — 31 cum; *sc.* legerimus. — 1 labor *H_1; v.;* labore *L, H_2, G, Bamb. (in H supra* e *virgula erasa).* — sumta *pr. L;* sumpta *rell.* — sumpta, *i. e.* accepta. — Plautus; *cf. 3 l.* hostimentum. — 2 datum hostimentumst *Pl.;* hostimentum datum *cdd. h. l.;* h. datum est *pg. 3.* — *ab* opera *novum l. in L, H.* — 3 aut — facultas. *ita M;* vel occ. et fac. aut opp. *v.* — opportunitas; *prius* p *in ras. H_2;* oportunitas *Bamb.* — 4 mihi *cdd.* — si operaest (*ita Caesar pg. 77;* si opera est *v.*) Euclio id quod te volo (*seq.* de conmuni re appellare); *ita eleganter cdd. Non.; at Plauti* paucis Euclio est quod te volo. *quae quamquam et ipsa bene habent, tamen videntur interpolando illata ab eo, qui non satis intellegeret illud* si operaest; *quod Plauti more positum pro* si operae pretium est *vel* si otium est; *cf. Spengel. ad Trucul. IV, 4, 30.* — 5 Afran.; *cf. 433 l.* morata.

deinde áliquid dedita ópera controvérsiae
concínno.

VILE positum legimus pro frequenti. Varro Virgula divina:

ad quos tum volucres venit pusillos
usque ad limina niduli esca vilis.

Vergilius Georg. lib. I:

vilemque phaselum.

PRAETER, pro ante vel per. Varro Eumenidibus: in domu praeter matri' deum aedem exaudio cymbalorum sonitum. — Cicero in Verrem [lib.] II: praeter oculos Lolli ferebant.

FAETIALES apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ab his, qui adversum p. R. vi aut rapinis aut iniuriis hostili mente *se* conmoverant, pignera facti foederis iure repetebant; nec bella indicebantur, quae tamen† pia vocabant, priusquam quid fuisset *a* faetialibus renuntiatum. Varro de vita populi Romani lib. II: itaque bella et tarde et magna diligentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere: priusquam indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, faetiales legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant. — idem lib. III: siqui ius legati violatum esset, qui id fecissent,

---

8 Varro Virgula divina ‖ 11 I, 227 ‖ 13 Varro Eumenidibus ‖ 15 II, 3, 25, 62 ‖ 20 Varro de vita pop. Rom. II ‖ 25 Varro de vita pop. Rom. III.

---

6 aliquid *cdd. 433;* id quod *hic.* — controversia *Bamb.* — 7 eacinno *Bamb.* — 8 pro frequenti (fenti *pr. L*); *cf. Serv. ad Georg. I, 227.* — Varro; *cf. 336, 8 sqq. cum comm.* — 9 ad quos *cdd. 336;* atabos (attabos *G*) *h. l.* — cum *cdd.* — pusillos; apud illos *cdd. hic;* ut illos *336.* — 10 niduli esca vilis; *cdd. h. l.* nidica uilis (ullis L_1); *336 fere* nitida bilis. — 12 faselum L_1, *G;* uaselum *Bamb.* — 13 per; *non opus est scribi* propter. — in domu *M;* en domum *cdd.;* en demum *non bene Popma.* — 14 matris *Iun.;* matrem *cdd.* — cimbalorum *C, non Bamb.* — 15 in Verrem [lib.] II *M; et vid. omissum vel Nonii culpa vel librariorum illud* actione; in Verrinis lib. II *cdd.* — lib. III *Me, quod tertia esset alterius actionis Frumentaria.* — *nota autem quod Non. post cap. IV rarissime utitur Verrinis.* — oculo *pr. L.* — Lolli; lollii *cdd. Cic.;* loli H_2, *G;* solis H_1*;* soli *L, Bamb.* — *add. Cic.:* haec omnia. — fiebant *deteriores ap. Cic.* — *illud* praeter oculos *pro* per oculos *vult dictum Non., ut Hor.:* nitidus qua quisque per ora cederet. — 17 *f.* ab is. — quia *pr. L.* — vi *Me;* qui *cdd.; om. Par. 7665.* — rapiniis *L.* — 18 mentem *Bamb.* — se *add. M.* — pignere H_1. — facti foederis *M;* facto foedere (foedera *L*, H_1) *cdd.* — *postquam* -is *ante* iure *excidit, a librariis interpolatum.* — 19 tamen; *f.* etiam. — 20 quid *pro* aliquid. — a *add. Guietus.* — fecialibus H_1*;* fetialibus *f.* L_1. — renuntiatum *M;* denuntiatum (denunciatum *pr. H*) *cdd.* — 21 et *prius del. H; om. Bamb.* — diligentia *Niburius;* licentia *cdd.* — 22 et prius quam *Bent.* — prius *G.* — 23 bellum his H_1. — feciales H_1*;* faeciales H_2*;* fetiales *ed. Bas.* — 24 reptitum H_1. — 25 IIII *Bamb.* — siqui (*i. e.* siquo pacto) ius *M* (si ius *Lips.*); si cuius *C, Bamb.* — ligati *G.* — violatum esset *Lips.;* violati essent *cdd.* — qui id *ed. a. 1471;* quid *cdd.*

quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; faetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent, [et] statuerent, [et] constituerunt. ||

ADQVE particula si diligentius intellegitur, multam† habet significantiam; ut vel illud est Enni:

adque adque accedit muros Romana iuventus;

quod est festine et intrepidanter accedit. significat etiam celeriter et statim; ut Vergilius in Georg. lib. I:

si brachia forte remisit,
adque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

habet etiam huius modi intellectum, ut dicas: aliter ego feci vel locutus sum adque tu, hoc est: aliter ego ac tu vel quam tu.

INTRA non solum id significat quod consuetudine persuasum est, ut intra modum, hoc est: a modo minus, sed etiam in ipso modo; ut intra calendas dies etiam ipsae calendae accipi debeant; ut intra oppidum et intra cubiculum cum dicitur, in oppido et in cubiculo dictum esse videatur. idque ita positum in multis veteribus, set non ita claris scribtoribus invenitur.

---

2 Ennius (Annalibus) || 5 I, 202.

---

26 q. n. e. *supra add. in L.* — statuerunt; *f.* sciverunt *vel* sanxerunt. — faecialesque *Bamb.;* fecialesque *H;* fetiales quae (*tum* que) *L;* fetialesque *ed. Bas.* — 27 qui *supra add. in L.* — agnoscerent *Bamb.* — et *secl. M* (*praec.* ent). — 28 constituerunt *Perottus 31, 55;* et constituerent *cdd.* — *satis tamen scabra oratio, eoque magis si v. 26 recte habeat illud* statuerunt. *itaque dubito an sit scribendum* cognoscerent, iudicarent (*vel* et iud.), constituerunt. — 1 *Gellii X, 29 compilavit mutato quidem ordine Non.* — Atque *cdd. pr.* L_1. — multam *vid. corruptum; f.* variam. — *cf. Gellii lemma.* — 2 ut — Enni; in Q. Enni Annalibus *Gell.* — 3 atque atque *cdd. Gell.;* adque *prius om. C, Bamb.* — atque *cdd. pr.* L_1*; item libri Gell.* — accedit *Gellii cdd.;* accendit *C, Bamb.;* ascendit *ed. a. 1476.* — 4 intrepidenter L_1. — accendit *cdd.;* ascendit *ed. a. 1476.* — quod est — accedit. *haec a Non. addita. nam Gellius tantum dicit* atque *particulam, si gemina fiat, augere rem et intendere* (incenditque *ibi cdd.; et servavit Hertzius*). — *iam cum multa multi sint argutati de versu Enniano, ego supersedi quaerere, donec simile ex libris latinis geminati* atque *afferretur exemplum.* — *nam in citando illo non satis se fidere memoriae ipse addidit Gellius. qui quidem* atque *ex* ad *et* que *compositum sibi videri sat demonstrat collato* deque. — 4. 5 id est statim, *om.* celeriter, *Gell.* — II *Bamb.* — 6 brachia *etiam Gell. cdd. plerique.* — 7 atque *cdd. pr.* L_1. — in *om. Palatin. Verg.* — rapit; trahit *Romanus Verg.* — *cet. nugatur Gellius.* — 8. 9 atque *cdd. pr.* L_1. — vel *om. Bamb.* — aliter ego feci — quam tu; aliter e. f. atque tu. significatur enim aliter quam tu *Gell.* — 10 Intra; *cf. Gell. XII, 13.* — 11 a modo; *h. e.* quam modus. — *cf. 527, 8* intra diem. — 12 kalendas — kalendae (kalende *Par.*) *Bamb.; Paris. 7666.* — 13 oppidum et *ed. a. 1471;* opp. etiam, *quod e 12 irrepsit, cdd.* — 15 set; sed *Ald.;* et (*praec.* s) *cdd.* — script. L_2*; H; Lugd.*

NEGATIVAS DVAS negativam significantiam nove habere *voluit* Varro Bimarco:

τρόπων τρόπους qui nón modo ignorásse me
clamát, sed omnino ómnis heroás negat
nescísse.

Quod ludis pueri praesules essent GLABRI ac depilis propter aetatem, quos antiqui Romani LYDIOS appellabant, ut est in lib. I Varronis de vita populi Romani, ideo Plautus in Aulularia:

tu ístum gallum, sí sapis,
glabriórem reddes míhi quam vulsus lýdiust.

DEINSVPER. Sallustius Historiarum lib. I: Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperi discrimine per calonum corpora ad medium evasit [in] murum, dein supera stantium || manibus adtollitur.

SIFILARE (quod nos, vilitatem verbi evitantis, sibilare dicimus: et est maledica vocis significatio vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur) a graeco ducere originem invenimus. huius rei auctor est venerabilis Homerus [id est] lib. XIIII Iliados:

ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σειφλώσειε.

NVBENTES veteri lege Romana asses III ad maritum venientes

---

17 Varro Bimarco || 22 Varro de vita pop. Rom. I || 23 II, 9, 5 || 26 Sallustius Hist. I || 5 XIV, 142.

---

16 Negativas duas; *cf. pg. 532 id. l.* — nove *ed. a. 1471;* nobe *H, G, Bamb.;* nobae L_1*;* ṇobę, *etiam supra* b *tenuissimo puncto appos. (sic)* L_2. — voluit *add. M.* — **17** vimarco *cdd.* — **18. 19. 20** *versus agnovit Vahlenus.* — *τρπων Bamb.; Par. 7666.* — *cet. cf. 383 l.* recipere, promittere. — quo non G_1. — **19** herohas *G ex corr.* — **21** praesulis L_1*, H, G, Bamb.* — depiles L_2*; et ita, ut puto, Non.* — **22** Romani *f. irrepsit e v. 23.* — lidios H_2*; Gs.* — Ludios *et infra* Ludius *Me.* — **24** si satis *cdd.* — **25** glabrionem, clabrionem *cdd. Pl.* — reddis *cdd.* — ludiust *docti ap. Pl.; ubi cdd.:* lydyus est; lidyus est; lidius est; lydius *L, H, Gs, Bamb.* — **26** Deinsuper. *n. N.; cet. cf. initium capitis.* — Sall.; *cf. 282, 22 sqq. ibique comm.* — Sestorius *Bamb.* — *h. l. libri* ·partis (fortis *282*). — **27** *idem hic:* orantibus — in terrore (inte errore H_2*;* introre, *m. 2* interrore *L*) semet *C, Bamb.* — *illud* generis *si recte habet, videtur dictum pro* nobilitatis. — imperii (impen *Bamb.*) *cdd.;* imperi *docti.* — **28. 1** ad mediam (medium *pg. 282*) quasi, *porro* in murum *v. 1 post* manibus *cdd. utrobique.* — dein super (inde insuper *Gs;* dein super *in L add. supra*) stantium (instantium *G, sed corr.*) *cdd. h. l.;* dein super adstantium (asst.) *282.* — **2** Sifilare. *usus est h. l. Prisc. pg. 560.* — *cet. cf. Loewii Prodrom. pg. 422.* — vitantis H_2*, G, non Bamb.;* evitantes *Par. 7665; ut puto, Non.* — **3** voci *L.* — popularium; *i. e.* vulgi; *ut pg. 523 s. l.* sexagenarios. — **5** omerus *Bamb.* — in *pro* id est *ed. a. 1471;* id est *om. Ald.; ex* Iliados *vid. ortum.* — **6** aliados H_1. — *puto* Iliados lib. XIIII. — **7** *L, H:* αμομενωcαροα (δ L_2, H_1) οποθεοcαεαε (αε *om.* H_1) cειcαωνcειε; *similiter G, Bamb.* — *σιφλώcειεν v. ap. Hom.*

531 M.

solitae pervehere† adque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa marito dare, alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere, tertium, quem in sacciperione condidissent, conpito vicinali [solere] sacrare. inde Vergilius Georg. lib. I:

> teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

quos ritus Varro lib. I de vita populi Romani diligentissime percucurrit.

SECVNDVM non solum numeri est *et* ordinis vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam iuxta. Varro de vita populi Romani lib. I: Tullum Hostilium in Veliis, ubi nunc est aedis deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra. — Vergilius Georg. lib. III:

> pascuntur vero silvas et plena secundum
> flumina.

FORNVM et FORNACES dicuntur a formo, quod est calido: inde forcipes, quod candens teneant ferrum; ut Vergilius lib. VIII:

> versantque tenaci forcipe massam.

Varro de vita populi Romani lib. I: cocula, qui cocebant

---

12 I, 31 || 15 Varro de vita pop. Rom. I || 18 Varro de vita pop. Rom. I || 21 III, 143 || 25 Aen. VIII, 453 || 27 Varro de vita pop. Rom. I.

---

9 solitae *M;* solere *cdd.;* solebant *ed. princ. — f. hausta quaedam post illud* sacrare, *unde penderet infinitivus.* — pervehere (pervebere, *ut vid., L*); *f.* perferre; ferre *ed. princ.* — atque *cdd. pr.* L_1, *qui habet* ad. — quem quem, *sed. pr.* quem *del., L.* — **10** merito *Bamb.* — daret *pr. L;* H_1; darent H_2; *G.* — alium *pro* alterum. — **11** Larium *L ex corr.;* Larum *rell.* — miliarium *Bamb.* — tertio *Bamb.* — quem *om. L, H (hic lacunae cum nota), Bamb.* — *illud* sacciperione *si recte habet,* sacciperio *vid. dictum ut* pero. — *tamen puto Non. scripsisse* sacciperio *(ita Popma, alii)* recondidissent. — condidissent *ed. a. 1480;* condidisset *cdd.* — **12** *supra* conpito vi *duo verba m. 2 adscr. in H, sed ead. erasa.* — composito, *tum* compito *Bamb.* — solere (solore *Bamb.*) *secl. M.* — sacrare *Kettnerus;* resenare (*praec.* re) *cdd.* — reserare *male Rothius.* — **14** sivi L_1. — tetys *cdd.* — **16** percurrit *Bamb.; Paris. 7666.* — **17** Secundum; *cf. 389 l.* secundum. — est et *Quicheratus;* et *Ald.;* est *cdd.* — **18** plerum *Bamb.* — **19** hostium *pr. L.* — velis *cdd.; corr. ed. princ.* — **20** aedis; *cf. 494 l.* aedis. — dm̄ *Bamb.* — Paenatium *C;* Paenatum *Bamb.* — **20. 21** mugiones secundum via *cdd.; corr. ed. princ.* — Verg.; *cf. 387; 389 l.* saltus; secundum. — **22** saltibus in vacuis pascunt *Verg.; et ita Non. 387; 389; huius loci scriptura ex Georg. III, 314 interpolata. — cf. comm. in 413, 35.* — et plana *cdd. h. l.* — **24** formo *Passerat.; alii;* forno *cdd.; f.* forvo. — *cf. Paul. pg. 83 l.* forma *ibique comm. O. Muelleri.* — *puto* caldo; *cf. 532, 2.* — **25** VIIII *Lugd.* — **26** vesantquae *pr. L.* — forfice *cd. Rom. Verg.* — **27** qui *ablativ.* — cocebant; coquebant *Paris. 7666; Montep.; P; O. Mueller ad Paul. 39 l.* cocula; cocebat L_1; coquebat *rell.*

panem, primum sub cinere, postea in forno [cuius || utriusque vocabulum a forno ductum, id est a caldore].

AERE DIRVTI appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis aut annua, quae esset [in] nummis aereis, subtrahebatur. Varro de vita populi Romani lib. II: stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annuum dabatur; cui datum non esset propter ignominiam, aere dirutus.

NEGATIVVS DVAS pro negativa una accipiendas Varro monstravit de vita populi Romani lib. II: qua abstinentia viri mulieresque Romae fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere.

TABERNAS non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes quae sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Varro de vita populi Romani lib. II: hoc intervallo primum forensis dignitas crevit adque ex tabernis lanienis argentariae factae.

STATILINVM et STATANVM et FABOLINVM puerilitatis praesides deos Varro Cato vel de liberis educandis affirmat: alii Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.

---

5 Varro de vita pop. Rom. II || 9 Varro de vita pop. Rom. II || 14 Varro de vita pop. Rom. II || 18 Varro Cato.

---

1 primum *om. Bamb.* — cinere *Par. 7666; ed. a. 1471;* cinerem *C.* — **1. 2** cuius *e. q. s. secl. M.* — cuius — a forno *postea add. in L.* — a *om. Bamb.; pr. H.* — forno; *debet esse* formo. — dictum *Bamb.* — a *om. L auctore Rothio.* — **3** Aere diruti (duriti *Bamb.*); *cf. Paul. pg. 69 l.* dirutum aere. — ignomiam *L; H.* — **4** mestrualis *Lugd.;* menstruales H_1. — in *secl. M* (*seq.* n). — **5** aeris *Bamb.* — **6** aes quod *P; Par. 7665; f. recte.* — **7** annuum *H* (Ho_1), *Bamb.; v.;* annum *L* (Ho_2), *G.* — esset *M;* sit *cdd. hic; idem infra post* dirutus *add.* esset (est L_1), *quod videtur olim in margine emendandi causa fuisse adscriptum.* — ignomiam *L, H.* — **9** Negativus duas; *cf. 530 l. idem.* — **10. 11. 12** qua — accipere. *titulus hic videtur fuisse capitis, quoniam aliter vix locum habet illud* noluerit. — *cf. comm. in 55, 19.* — quae *Bamb.* — Romae *M;* Romanae *v.* — a rege; agere G_1*; Bamb.* — a rege; *f. addendum* Pyrro. — noluerint *Bamb.;* nulurerit *pr. H.* — **14** populares *L sec. Rothium;* H_1*; Bamb.* — romania *Bamb.;* R. *f. irrepsit e v. 15.* — **15** hic, *sed corr., Gs.* — furensis *G.* — **16** crevit H_2*; Ald.;* credit *rell.* — atque *cdd. pr.* L_1. — lanignis *C pr.* L_1*; Bamb.; Turn. Advers. XIV, 19;* ligneis *non bene Ald.* — *cf. Liv. III, 48.* — arg.; *cf. Liv. IX, 40.* — **17. 18** Statillinum L_2, H_2, *Bamb.* — Fabulinum *mrg. H et G.* — praesides H_2*; mrg. G;* praesidis (pres. *L*) *L;* H_1*; G in textu; Bamb.* — puerilitatis (puerilis aetatis *Iun.; sed videtur illud esse verum*) *ante* praesides *collocavit M; in cdd. est v. 18 post* educandis. — alii (*sc.* sacrificant) *Prellerus;* ali *L; G; Bamb.;* ab *H; ed. princ.* — **19** nomina bent H_1. — scribta L_1*;* scripta *rell.* — pontificis *L,* H_1, *Bamb.* — primum *Quicheratus.* — **20** incipiebant; *sc.* infantes. — Fabolino, *ut puto, Varro.*

XIII.

INCIPIT

DE GENERIBVS NAVIGIORVM.

CELOX est navigium breve, dictum a celeritudine. Plautus in Asinaria:

únde šumam? quem || íntervortam? quo hánc celocem cónferam?

idem in Captivis:

vídi in publicá celoce ibidem† illum adulescéntulum.

idem in Poenulo:

óbsecro hercle, operám celocem hanc míhi, ne corbitám date.

Turpilius Lemniis:

rémulis sensím celox ab óppido procésserat.

Varro Hercules, tuam fidem: procella frigida ne obruat celocem. — idem Bimarco:

nautae remivagam movent celocem.

---

25 II, 1, 10 || 2 IV, 2, 94 || 4 III, 1, 40 || 6 Turpilius Lemniis || 8 Varro Hercules tuam fidem || 9 Varro Bimarco.

XIII. *Patefactis iam, ut sibi quidem videbatur, linguae latinae intimis, necui parti desset doctrinarum, antiquitates enarrandas sumpsit Nonius. frequens sane hoc argumentum apud glosographos graecos ac latinos; quorum libri conferendi. — convenit autem diligentiae concinnitatique illius, quod vicesima prioris operis parte novam, quam iam auspicatur, materiam satis plene tractari posse sibi persuasit.* — 23 de generibus *M;* de genere *v.; cf. comm. in titul. et indicem pg. XVI.* — de generibus navigiorum. *cf. Gell. X, 25; Isidor. Or. XIX, 1.* — 24 brevi *Bamb.* — dictum ac *pr. L.* — 1 quem *(om. Bamb.);* quo *Hermannus, ut refert ed. Bas.* — 3 celoce *Pl.;* celocem (caelocem *L*) *C, Bamb.; f.* celocei. — ibidem (idem L_1); *ita haud dubie Nonius. at Plauti libri:* nam filium tuum — vidi in publica celoce ibidemque illum adulescentulum. *copula cum careri vix possit, ad emolliendos numeros placet reponi:* vidi in p. c. et ibidem illum adulescentulum. — illum *Pl.; P; Lugd.; Paris. 7666;* ullum *(om.* L_1*)* L_2*; H;* ill. ad. *om. G.* — 4 idem *(om. G); cf. seq. lemma.* — 5 ercle H_1*; Bamb.* — velocem *Pl. libri meliores.* — nec *cdd.* — celocem — ne corbitam; *i. e.* celerem — ne tardam. — 6 turpius *Bamb.* — lemnis *cdd.* — 7 caelox *L, G; non Hqos, Bamb.* — 8 hercles H_2, *G; cf. comm. in 468, 5.* — tua *Bamb.* — 8. 9 frigida; *f.* fervida. — ne *M;* arte (*praec.* a) *cdd.;* alte *Passerat.; Guiet.* — *cum frgm. quod leg. 468, 6 haud dubie habeat numeros iambicos vel trochaicos, etiam hic possis facile adduci ut post* frig. *finem versus prioris esse statuas. — tali pacto aut trochaici numeri cum elisione in principio alterius statuendi aut post* ne *vel ante lacunae signum ponendum.* — obruat at *Bamb.* — 9. 10 idem — celocem *om. Lugd.* — vimarco *cdd.*

533 M.

CORBITA est genus navigii tardum et grande. Plautus in Poenulo:

tárdiores quám corbitae súnt [et] in tranquilló mari.

idem in eadem:

óbsecro hercle, operám celocem hanc míhi, ne corbitám date.

Lucilius Satyrarum lib. XV:

multa homines portenta in Homeri versibu' ficta
monstra putant; quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes et porro huic maiu' bacillum
quam malus navis in corbita maximus ulla.

HORIA dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente:

salúte hóriaé, *quae ín* marí flúctuósó.

idem in eadem:

méa opera, labóre et rete et hória. . . .

CERCYRVS navis est Asiana pergrandis. Plautus in Sticho:

cúm percunctor pórtitores, écquae navis vénerit
éx Asia, negánt venisse. cónspicatus sum ínterim
cércyrum, quo ego mé maiorem nón vidisse cénseo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII:

verum flumen uti adque ipso divortio *aquae sunt*
iligneis pedibus cercyrum conferet aequis.

---

11 III, 1, 4 ‖ 14 III, 1, 40 ‖ 16 Lucilius l. XV ‖ 21 IV, 2, 5 ‖ 23 IV, 3, 81 ‖ 25 II, 2, 42 ‖ 29 Lucilius l. VIII.

---

13 corditae *Pl. Palat.* — sunt *Pl.; G sec. Rothium;* sunt et *L, H, Bamb.* — (*om.* in) intraquillo *L.* — **14** *cf. v. 5.* — **15** nec corbitam (orbitam *pr. L*) *cdd.* — **16** V *pr. G.* — **17** versibus ficta *Rothius* (versibus fata *Fruter.*); versi ficta *L,* H_1, *Par. 7666, Bamb.;* versusficata *Par. 7665;* versificata H_2, *G.* — in Homeri versificata *non bene defendit Me.* — **18** Polyfemus *cdd.* — ducendos L_1. — **19** Cylops *pr. L.* — bacillum *ed. a. 1480;* bacchillum *C, Bamb.* — **20** navis *(monosyll.);* navi *Dousa pater.* — **21** Hori H_1. — piscatori H_1. — **22** horiae quae in *Camerarius;* horeia quae in, *similia cdd. Pl.;* horia *C, Bamb.* — **24** mea opera; meapperam *L,* H_1, *Bamb.* — labore; laborare *cdd.* — recte *L,* H_1, *Bamb.* — oria *Bamb., pr. L.* — **25** Cyrcerus *mrg. G; v. infra.* — asina *Bamb.* — pergr.; peregrina *pr. G.* — Plautus inisticho *pr. L.* — stico *pr. Bamb.* — **26. 27** dum *melius cdd. Pl.* — *tali pacto illud* negant venisse *ad protasin pertinet, apodosis incipit a* conspicatus. — percuncto; r *m. 2 add. ut vid. L; itaque illud existimo restituendum.* — perconctor, percontor *cdd. Pl.* — fortiores L_1; H_1; portitiores H_2. — ecquae; etquae *C;* etque *Bamb.* — veneris L_1. — **28** cercyrum; cercurrum *fere libri Pl.;* cyrcerum *C, Bamb.* — **30** *haec si recte habent, dicit Lucilius ad ipsum ostium fluminis, ubi misceantur aquae-fluviatiles ac marinae, appellendam navem.* — uti *pro* ubi. — *cf. comm. in 323, 3.* — uti adque L_1; atque uti L_2; *Par. 7666; Lugd.;* atque ut *Bamb.;* at utique *pr. H;* uti atque *H ex corr.; G.* — aquae sunt *add. M;* aquarum *Iun.* — **31** iligneis; ilignis *Iun.;* igneis *cdd.* — iligneis; *ab* ilignus. — pedibus; *i. e.* remis. — cercurum *Pius ed. a. 1511; ita et v. 34; sicut et in superioribus rectam habet scripturam;*

idem lib. XIIII:

ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam ac Babylonem
ibo; cercyrum sumam.

Plautus Mercatore:

aedíficat navem cércyrum et mercés emit. ||

LEMBVS, navicula brevis piscatoria. Accius Deiphobo:

[eo] ánte noctem extrémam, retia út perveherem et státuerem,
fórte aliquando sólito lembo súm progressus lóngius.

Turpilius Leucadia:

hortári nostros ílico coepi, út celerarent lémbum.

idem Lemniis:

lémbi redeuntés domum duae ad nóstram adcelerarúnt ratem.

Vergilius Georg. lib. I:

quam qui advorso vix flumine lembum
remigiis subigit.

---

32 Lucilius l. XIV || 35 I, 1, 86 || 1 Accius Deiphobo || 4 Turpilius Leucadia || 6 Turpilius Lemniis || 8 I, 201.

---

cyrcerum *H, L;* circerum *G;* cycerum *Bamb.* — conferet *M;* concurret *cdd.* — aequis *ed. a. 1476;* equis *cdd.* — *f.* cogere te aequumst. — **33** ecbatanam H_2; *v.;* etbat. *rell.* — babilonem *Bamb.* — **34** cyrcerum *C;* cycerum *Bamb.* — **34—36** sumam — cercyrum *om. Bamb.; edd. vett.* — summam H_2; *G.* — **36** navim *ap. Pl. C, D.* — cyrcerum *C;* gerariam (gubernatorum *B*) *cdd. Pl.* — **1** deifobo *Bamb.;* dei foebo *L, H;* Deifoebo *ed. Bas.* — **2** eo *om. Bamb.* — *f.* eo *seu potius* co, *i. e.* quo, *adverb. et iungend. cum* perv. — noctem (*ita ed. a. 1471*) extremam *Bothius;* nocte (necte *Bamb.*) externa *cdd.* — eo autem nocte extrema *Iun.;* ego autem nocte hesterna *Bergkius (cf. Scriverii ed. pg. 113); quod non potest probari nisi initio trochaei constituantur.* — perveherem *M;* praeveherem *cdd.;* proveherem *ed. a. 1471.* — **3** aliquando *Bamb.;* aliquanto *C.* — solito (*ablativus iungendus cum* lembo) *Gerlachius;* solitus *cdd.* — quam solitus *Iun.* — *f. ita scribendum:* forte aliqua quam solitus; *in quibus illud* solitus *pro* solitus sum *potest defendi Plauti versu (Asin. 271):* hanc quidem quam nanctus praedam pariter cum illis partiam. *quamquam potest reponi* quam solitumst. — lymbo L_1, *Bamb.* — *de Sinone in ulva marina reperto agi haud inscite putat Ribbeckius. nec tamen silendum Scriverii Vossiique iudicium, comoediae verba magis quam tragoediae convenire. et augetur suspicio ea re quod etiam in principio frgm. turbatum demonstrat dittographia supra allata.* — **5** *numeros dispos. M.* — ortari *L, G, Bamb.; non Montepess.* — ilico coepi *M;* coepi ilico *v.* — celerarent *Ald.;* celerent *C, Bamb.* (celarent *P*). — *f.* coepi, accelerarent. — **6** lemnis *cdd.* — **7** duo *Iun.* — ad nostram *Grautoffius;* ad nos certam *cdd.* — *f.* lembi redeuntes domum | duae certatim ad nostram (cert. ad n. *iam Bothius*) adcelerarunt ratem. *quo pacto molliores fiunt numeri.* — **8** Verg.; *h. l. usus Fulgentius pg. 564 s. l.* lembus. — *cf. Adversar. Non. Cap. III.* — **9** advorso *G;* adverso *L, H;* aduso *Bamb.* — lemvum L_1. — **10** remigis *L, H ex corr., G; non Bamb.*

Sisenna Hist. lib. III: Otacilium legatum cum scaphis ac lembis. — Plautus Mercatore:

dum haéc aguntur, lémbo advehitur túu' pater pauxíllulo.

MYOPARO est navicula piratarum. M. Tullius de re publica lib. III: nam cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone: eodem, inquid, quo tu orbem terrae. — Sallustius Hist. lib. III: et forte in navigando cohors una grandi faselo vecta a ceteris deerravit; marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa. — Sisenna Hist. lib. IIII: navisque triginta biremis, totidem myoparonas.

FASELVS, navigium Campanum. Varro Desultorio, περὶ τοῦ γράφειν:

áliús dominí déliciás fasélon áptúm
tónsíllae e térra móbilem ín fluctúm resólvít.

Sallustius Hist. lib. III: et forte in navigando cohors una, grandi faselo vecta, a ceteris deerravit. — Sisenna Historiarum lib. IIII: prores actuariae tragi grandes ac faseli primo.†

LENVNCVLVS, navigium piscatorium. Sallustius Hist. lib. II: [primo] incidit forte per noctem in lenunculo piscantis.

---

11 Sisenna Hist. III ‖ 12 I, 2, 81 ‖ 14 M. Tull. de re publ. III ‖ 17 Sallustius Hist. III ‖ 19 Sisenna Hist. IV ‖ 21 Varro Desultorio ‖ 25 Sallustius Hist. III ‖ 26 Sisenna Hist. IV ‖ 28 Sallustius Hist. II.

---

11 scafis L_1, *G*, *Bamb.* — **13** lymbo L_1; limbo *Bamb.* — tuus pater *om. L.* — paxillulo *C;* paxilludo *Bamb.* — **14** Mioparo *pr. H.* — pyratarum *Bamb.* — M. Tull.; *cf. comm. in 318, 17 sqq.* — **15** scere *pr. L.* — quo sceleris inpulsu *Cic.* — **16. 17** inquit *cdd. pr.* L_1, *Lugd.* — orbem terrae; *manca haec Nonii culpa; cf. 318.* — **17. 18** Sall.; *cf. seq. l.* — in nagando *Bamb.* — faselo; ph *docti hic et in l. seq.* — vectea a *Bamb.* — **19** moyparonibus L_1. — **20** navisque *Bamb.;* navis quae (navisquae) *rell.; f.* nactusque. — XXX *G.* — moyparonas *L*, *H.* — **21—23** περὶ τοῦ γράφειν: alius *Iun.;* περιτυραφε (περιτραφε *Bamb. sec. Beckerum*) in alius (in̄ aliis *Bamb.*) *cdd.* — *de titulo dictum comm. ad 503 l.* fervere. — **23. 24** *sotadeos agnovit Roeperus.* — delitias *L;* divitias *cd. Palat.* — aptum *Gerlachius* (aptus *Gebhardus;* nactus *Iun.*); actum (faselonactum L_1; faselo nactum L_2, *H; puto et G, Bamb.*) *cdd.* — tonsillae (*ita Riesius;* tonsilla *Gerlachius*) e terra *M;* tonsillitore *cdd.* (tons illitorẽ, *m. 2* tons illitorem *H;* tonsil litore *Bamb.*). — mobilem in fluctum *Oehlerus* (fluctum *iam Palatin., qui pro* solvit secat); movilem (tonsillitoremovilem L_1; ovilem *H, Bamb.*) flictam *cdd.* — resolvit *M;* solvit *v.* — **25** Sall.; *cf. l. superius.* — II *Bamb.* — **26** gradi *G.* — victa a celeri L_1. — **27** III H_1. — *puto* primores (priores *Rothius*) actuariae trahi ac faseli grandes. — gr. *f. irrepsit e v. 26.* — actuaria et ragi *Bamb. sec. Beckerum* (actuarietragi *Lugd. auctore Petro*). — trahi *ed. a. 1476.* — gantes H_1. — *illud* primo *olim script. vid. fuisse supra* prores *ac tum in mrg. delat.* — **28** Lenunculus; *haec scriptura servanda; sed origo vocabuli incerta. cf. tamen 544 l.* lenis. — piscaturium L_1. — **29** primo, *ut e v. 27 illatum, secl. M.* — incidit *Me;* indicit *cdd.* — piscantis

ACTVARIAE, naviculae celeres, dictae quod || cito agi possint. Sallustius Hist. lib. II: ad hoc pauca piratica actuaria navigia. — Sisenna Hist. lib. III: quibus occisis actuarias ad viginti navis, item conplures honerarias incendunt.

LINTRES, naves fluminales. Vergilius Georg. lib. I:

cavat arbore lintres.

SCAPHAE sunt naviculae quae maiores naves consecuntur. Sallustius Hist. lib. III: eum adque† Metrophanen Sertorius magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fideis percunctatum miserat * * *

CODICARIAS naves etiam nunc consuetudo appellat eas, quae in fluminibus sunt usui. Sallustius Hist. lib. IIII: quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Euphraten, qua in parte Cappadocia ab Armenia diiungitur; et quamquam ad * * * naves codicariae, occulte per hiemem fabricatae, aderant. — Varro de vita populi Romani lib. III: quod antiqui pluris tabulas

---

2 Sallustius Hist. II || 3 Sisenna Hist. III || 5 I, 262 || 8 Sallustius Hist. III; cf. comm. || 12 Sallustius Hist. IV || 16 Varro de vita pop. Rom. III.

---

ed. a. 1476; piscandis *C, Bamb.* — *et vid. satis commode illud accipi pro accusativo, sicut Lucretius dixit* mare inpendent *multique ex antiquissimis similia. quamquam placet admodum, quod tacitus dedit Quicheratus:* in lenunculum piscantis. — **1** possint *Bamb., ut vid.; Par. 7665; 6;* possent *C.* — **2** ad huc L_1. — piratica *Iun.;* piraticae *cdd.* — **3** Sis.; *cf. 536 l.* onerarias. — navis; naves *cdd. 536;* malis *hic.* — auctuarias *H.* — **4** item *C, Bamb. 536;* idem *h. l.* — **5** Lindres L_1 (*m. 2* Lintdres). — II *L, Bamb., pr. H.* — **6** cavo *Bamb.; Par. 7665; 6.* — **7** Scafae L_1, *G, Bamb.* — consequntur *Bamb.* — **8** in III histor. *ed. a. 1471; item docti ap. Sall.;* IIII *cdd.* — *posse et ad II librum referri sequentia dicit Dietschius.* — eum; *cum constet L. Magium et L. Fannium missos praeterea, illud* eum (cum *ed. princ.*) *obscurum.* eos *Dietschius; sed pronomen ipsum h. l. positum propter tenuitatem displicet.* — *videntur in principio quaedam hausta, nisi scribendum* tum aeque (adque L_1*;* atque *rell.*) Metr. — Metrophanen *v.;* metrofanens *Bamb.;* metro fanens *L*, H_1 (fanen H_2); Metrofanen *ed. Bas.* — Sertorius *Dietschius;* senatus *(de Sertorii senatu intellegit Kritzius) v.* — **9** scafas L_1, *G, Bamb.* — hostia *H, G, Bamb.* — sum *Bamb.* — **10** fideis; fides *cdd.;* fidis *Iun.* — percunctatum *ed. princ.;* percunctatur *cdd.* — miserat *Quicheratus;* miserant *cdd.* — *supplenda ut puta* certa de eo (*vel* eis; *cf. supra*) doceri non potuisset. — **11. 12** *cf. Paul. 46 l.* caudicariae naves. — etiam non *Bamb.* — consuitudo L_1. — eas, quae — sunt *M;* eo quod — sint *cdd.* — maximi sit *Bamb.* (*seq.* it). — **13** Ariobarzani *Ald.* — contendit; *sc.* Lucullus. — eufraten *cdd.* (eufratem *ed. princ.*). — **14** Capadocia *Bamb.* — disiungitur *P; Par. 7665.* — quanquam L_2. — **15** ad *om. Bamb.; Par. 7665; 6; ed. princ.* — ad id *Ald.; sed magis videtur probabile illud* ad *hic positum pro adverbio et numerum navium haustum.* — *f.* ad D naves. — navis *Par. 7665.* — **16** quod; *explicat Varro, unde libri codices sint dicti.* — antique *Bamb.* — pluralis *pr. L.*

coniunctas codices dicebant; a quo in Tiberi navis codicarias appellamus.

PRISTIS, navigii genus, a forma pristium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti. Clodius rerum Romanarum lib. XII: quinque pristis; navigium ea forma a marina belua dicta est. — Vergilius lib. V:

velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

et:

frons hominem praefert; in pristin desinit alvus.

CVMBA * * * Afranius Excepto:

tum ínteribi locí conscendo cúmbam piscatóriam;
. . . . vénio; iacitur áncora; inhibent léniter.

M. Tullius de officiis lib. III: cumbarum ante pedes multitudo. pro se quisque || quod ceperat adferebat.

---

20 Clodius Rerum Rom. XII; cf. comm. || 22 Aen. V, 116 || 24 Aen. X, 211 || 26 Afranius Excepto || 29 III, 14, 58.

---

17 in ciberi *Bamb.* — 19 marinarium *L.* — 20 Clodius *Giesebrechtius de Q. Claudio Quadrigario pg. 9;* Claudius *cdd.* — *eidem tribuit Giesebrechtius cum Vossio frgm. quod pg. 221, 13 legitur; ubi et nos cum Augustino aliisque reposuimus* Licinus. *cf. comm. in h. l. nec non Hertzii Indicem scholarum Vratislaviensium aestate a. 1871 habendarum pg. 3—9. — atque ita iam in editione minore Petrus; v. pg. 271. — porro recte docti cogitarunt de Clodio Licino Augusti aequali, quem historicum fuisse constat Suetonii testimonio (ed. Reifferscheidii pg. 115). — sed haec omnia ita tantum possunt probari, ut existimemus hunc, plane ut Fenestellam, eiusdem temporis historicum, ac mox Arruntium, fuisse ex eis, qui spreto novo nitore sive fuco orationis ad antiquiores se applicarent imitandos. nam aliter Clodium a Nonio memorari non potuisse ex eis quae Cap. II Adversariorum Nonianorum dicta sunt facile apparet. — nec enim, quamquam Livium historicum, novellae auctorem elegantiae, propter tantam nominis claritatem bis terve nominare sustinuit Nonius, dignaturus fuit mentione scriptores subobscuros Fenestellam et Clodium, nisi prorsus fuissent antiquarii. — ceterum non est cur offendaris eo, quod h. l. Clodius vocetur, qui pg. 221 Licinus. — nam in ultimis septem capitibus plane aliis fontibus usum Nonium atque in priore parte operis manifestum.* — 21 navigium (navium *pr. L, H_1*); *genetivus.* — dictum est *male Iun.* — 23 nestheus *Bamb.;* minestheus *pr. L.* — pristim; pristin *pars librorum Verg. — cet. n. N.; nam ap. Verg. illud est nomen proprium.* — 24 et; *cf. 377, 35.* — 25 fons *G.* — pristin *et Palatinus Verg.;* pristim *L_2, H, G, Bamb.* — 26 Cumba. *cum omnia huius capitis lemmata additam habeant enarrationem aliquam, hic quaedam vid. hausta; quod nec Quicheratum fugit.* — Excepta *cdd.* — 27 tum (*puto* cum) interibi loci conscendo cumbam *Ribbeckius* (loci *I. Fr. Gronovius; Studemundius*); tum conscendo (conscendam *Bamb.*) cumbam interibi luci *cdd.* — 28 invenio *v. d. in mrg. ed. Iun.;* vento (mox silente vento) *Ribbeckius.* — inibent *L; H.* — *f.* ancora inibei. — leniter (*i. e.* lente) *Bothius;* leviter *cdd.* — 29 II *C, Bamb.;* I *Par. 7666.* — ante pedes; ante oculos *Cic.; ap. quem sequitur* ante pedes Pythii pisces abiciebantur. — 1 ceperat *pr. Bamb.;* coeperat *rell.* — adferebat *om. Bamb.*

536 M.

ONERARIAS, de oneribus tardas. Sisenna Hist. lib. III: quibus occisis actuarias ad viginti naves, item conplures onerarias incendunt.

ANQVINAE, vincla quibus antemnae tenentur. Lucilius:

armamenta tamen malum, velum, omnia servo;
funis enim praecisu' cito adque anquina soluta.

PROSVMIA, navigii genus. Caecilius Meretrice:

cum ultró gubernator própere vertit prósumiam.

idem Aethrione:

de nócte ad portum súm provectus prósumia.

XIIII.

INCIPIT

DE GENERIBVS VESTIMENTORVM.

TVNICA est vestimentum sine manicis. Titinius Veliterna:

túnica et togula obúnctula
adimétur, pannos póssidebit fétidos.

Cicero in Catilinam: manicatis ac talaribus tunicis. — Vergilius:

et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.

Titinius Quinto:

togis cum cándidis,
túnicis sordidís syntheticis.

---

2 Sisenna Hist. III ‖ 5 Lucilius; cf. comm. ‖ 8 Caecilius Meretrice ‖ 10 Caecilius Aethrione ‖ 15 Titinius Veliterna ‖ 18 II, 10, 22 ‖ Aen. IX, 616 ‖ 20 Titinius Quinto.

---

2 de; *puto* id est. — Sis.; *cf. 534 l.* actuariae. — Hist. *om. Bamb.* — 3 *supra* XX *scr.* ti *G utrobique.* — 5 Anquinae *Iun.; cf. Isid. XIX, 4, 7;* Anchorae *cdd.* — Luc.; *ad l. III bene rettulit Vargesius.* — 6 velum, omnia *M* (vela omnia *Iun.*); vel omnia *cdd.* — 7 atque *cdd. pr.* L_1. — anquina *Iun.;* anchora *cdd.* — 9 cum ultro gubernator *Ribbeckius;* cui progubernator *cdd.;* Cupro (*Κυπρόθεν*) gubernator *Buechelerus.* — 10 Aethrione *Me;* Anthrione *pr. L;* Antrione *L ex corr.; H; G;* Amphitrione *Bamb. (edd. ante Me);* Amfitrionem *P.* — 11 a portu *Quicheratus.* — provectus *Bamb.; Par. 7665; 6; Montepess.;* profectus *L, H;* profec *G.* — 14 de generibus *M;* de genere *v.* — de gen. vestim.; *cf. Sueton. pg. 266 sqq.; Isidor. XIX, 22—26; a quo quae de vestibus ac relicuo corporis cultu traduntur secuntur ea quae de re navali relata interposito tamen tractatu de aedificiis.* — 15 Tonica L_2, H_2, *G.* — 16 togula obunctula *Iun.;* cogula obuntula *cdd.* — 17 adimetur; *hoc per condicionem accipiendum videtur.* — 18 Catillinam *L, Bamb.* — ac; et *plures Cic. libri.* — Verg.; *cf. Gell. VI, 12, 6; 350 l.* manicae. — 19 manicas *om. Bamb.* — redimicala *Bamb.* — 20. 21. 22 Quinto: togis *Neukirchius;* quin togis (toges *Bamb.*) *cdd.* — candendis H_1. — tonicis L_2. —

Plautus Pseudulo:

.... mánuleatam túnicam habere hominem áddecet.

et idcirco manuleatam addidit, ne inproprie uteretur. Lucilius Satyrarum lib. I:

praetextae ac tunicae, Ludorum opu' sordidulum omne.

idem lib. XV:

scit ποιητικὸν esse, videt, tunica et toga quid sit.

Varro Meleagris: cum etiam Thais Menandri tunicam demissum habeat at talos. — Ennius probro† Carthaginiensium tunicatam iuventutem voluit dicere. — Varro Modio: quam storum, quorum vitreae togae || ostentant tunicae clavos.

CALAVTICA est tegmen muliebre quod capiti innectitur. M. Tullius in Clodium: tune, cum vinceirentur pedes fasceis, cum calauticam capiti accommodares?

---

23 II, 4, 48 || 25 Lucilius l. I || 28 Lucilius l. XV || 30 Varro Meleagris || 31 Ennius || 32 Varro Modio || 2 M. Tull. in Clodium 5, 3; cf. comm.

---

syntheticis *Palmer.;* sint etdicis *L;* sint (sordidissint) et dicis *H;* sintetdicis *ed. Bas.;* sinetdicis *Bamb.* — *f.* Titin. Quinto: quin' togis cum candidis, t. s. s., *ita quidem ut finis enuntiati interrogativi sit mancus.* — **24** addecet; audet L_1; *Bamb.* — addecet *et Ambros. Pl.; item Priscianus 637;* decet *Palatini Pl.* — **25** addidit, ne *ed. a. 1476;* addit ne H_2, *G;* adde ne *L*, H_1; addere *Bamb.* — uteretur; *puto* loqueretur. — **27** tonicae L_2. — lydorum *C et ut puto Nonius;* ludorum *Bamb.* — sordidulum *Dousa pater;* sordidum (sordidam L_1) *cdd.* — **29** *ποιητικὸν Iun.;* poeticon *cdd.* — poeeticon *ne scribatur ratione prohibetur sonorum.* — poleticon *olim nos.* — *sed recte videntur statuere, qui Platonem hic respici existimant. cf. Diog. Laert. III, 84, ubi haec de Platonis praeceptis: ἡ μὲν γὰρ οἰκοδομικὴ καὶ ναυπηγικὴ ποιητικαί εἰσιν. ἔστι γὰρ αὐτῶν ἰδεῖν ἔργον πεποιημένον. — similia Quintilianus II, 18, 1; 2. — cf. et Lucil. XV, 17.* — vidit *Bamb.* — videt *pro* intellegit. — tunica *Iun.;* tunicam (tonicam L_2) *cdd.* — **30** Varro; *cf. 286 l.* dimittere, desuper mittere *ibique comm.* — Thais *cdd. 286;* alis (aliis *pr. H*) *h. l.* — tonicam L_2. — dimissam *cdd. utrobique.* — **31** habet *(supra scr. in L) hic cdd.* — at L_1; ad *rell.* — **31. 32. 1** *videtur olim fuisse:* idem Modio — Ennius. — Ennius; *cf. Gell. VI, 12, 7:* Q. quoque Ennius Carth. tun. iuv. non videtur sine probro dixisse. — Ennius probro; *puto* Ennium non sine probro C. t. iuv. volunt dicere. — Carthaginensium *pr. H;* Cartaginiensium *Bamb.* — tonicatam L_2. — iuventutem *supra add. in L.* — *illud* tunicata iuventus *ab Ennio venisse recte conicit Merula.* — Varro; *cf. 448 l.* vitreum. — istorum *P; cf. pg. 448.* — ostendant *Bamb.* — tonicae L_2. — **2** Calautica; clauticae (*seq.* e) *pr. L; tum ante versum positum* C *et supra* cl *scr.* a; Clautice, *m. 2* Calautica *(quaedam supra et infra rasa), in mrg. eadem* caulatica, *H;* Calautica *ed. Bas.;* Caulautice *Bamb.* — Calantica *non recte ed. a. 1471; cf. Hildebrandii Glosar. Parisin. pg. 241.* — **2. 3** Tullius *om. Bamb.* — M. T. in Clodium; *ita et 538 s. l.* strofium; *at cap. IV, V, VI:* M. Tullius in Clodium et Curionem. — vincerentur *L*, H_1, *Bamb.;* vincirentur H_2, *G.* — faceis *pr. L.* — **4** calauti cam *L;* calauticam H_2; caulaticam *Gs;* caulatica H_1; calautica *Bamb.* — autcommodares L_1. — cum calautica

537 M.

PAENVLA est vestis quam supra tunicam accipimus. Pomponius Pannuceatis:

paénulam
in cáput induce, né te noscat.

Lucilius Satyrarum lib. XV:

paenula, si quaeris, cantheriu', servu', segestre
utilior mihi quam sapiens.

Varro Virgula divina:

non quaérendast hominí, qui habet virtútem, paenula in ímbri.

AVLAEA, genus vestis peregrinum. Varro de vita populi Romani lib. III: quod ex hereditate Attalica aulaea, clamides, pallae, plagae, *vasa* aurea. — Vergilius Georg. lib. III:

purpurea intexti tollant aulaea Britanni.

et est tamquam paludamentum barbarici habitus militaris.

PLAGAE, grande linteum tegmen quod nunc torale vel lectuariam syndonem dicimus; quarum diminutivum est plagulae.

---

5 Pomponius Pannuceatis ‖ 9 Lucilius l. XV ‖ 12 Varro Virgula divina ‖ 14 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 16 III, 25.

(caluatica *Taurinensis*) capiti accommodaretur *Ambros., Taurin. Cic.* — accomodares. *seq. ap. Cic.:* cum vix manicatam tunicam in lacertos induceres, cum strophio accurate praecingerere (*cf. 538 l.* strofium). — **5** Penula *Par. 7665; 6; Montepess.* — tonicam L_2. — accepimus *L.* — **6** panuntiatis *Bamb.* — **7** penulam *Bamb.* — **8** induce; incede (ce *parum certum*) *Bamb.* — **10** penula *Iun.;* paenulam (penulam *Bamb.*) *cdd.; cf. v. 7.* — queris *L* (*saepius idem cum H* e *pro* ae *in* quaerendi *verbo*). — segestrae *Bamb.* — segestra, *quod nomen Diocletiani demum tempore invenitur, Franckenus.* — **11** *aut* utilius *scribendum aut putandum aliquando Lucilium neutrum comparativi in* -or *flexisse, ut Valerius Antias aliique fecere (cf. Prisc. pg. 767); quod hic eo facilius potuit admitti, cum* segestre *praecedant mascul. vel feminina.* — **13** *versum agnovit Vahlenus.* — qd (quid *Lugd.*) habebat *Bamb.* (habebit *Lugd.; Par. 7666*). — paenulam *pr. L.* — **14—18** *cf. Serv. ad Verg. l.* — **14** Aulea *cdd.* — *Varr. frgm. idem cum eo quod statim leg. recte iudicat Kettnerus.* — **15** quod; *f.* quot. — aulea *cdd.* — clamides; *v. infra, v. 21.* — **16** pallae, plagae, vasa aurea *M;* pallae Plallae *(sic)* aurea (*mutatum in* aureae) *L;* pallae Pallae (Pallae *del. m. 2*) auleae (*m. 2* aureae) *H;* palle aurea *Bamb. sec. Beckerum;* palle (pelle *Par.*) palle aurea *Lugd.; Par. 7666;* palle, *om.* aurea, *Par. 7665;* pallae aureae *cum* H_2 *G.* — *infra legitur* plage (plagae) vasa aurea. — **17** purpurae *Bamb.* — intecti *Bamb.;* intexta L_1. — aulea *cdd.* — brittani *pr. L;* brittanni *H; ed. Bas.; L ex corr.;* bittanni *Bamb.* — **18** nec est *Bamb.* — plaudamentum L_1*; Bamb.* — **19** *nullum l. prius L et H.* — tolerale *Bamb.* — *illud* lectuariam *si recte habet, comparari potest quod fertur apud Spartianum vit. Hadriani 23, 1* in morbum — lectualem, *nisi ibi legendum* letalem. — lecticariam *mrg. Iun.* — **20** symdonem *H* (syndonem Ho_2); sindonem *Bamb.; ed. princ.* — dimminutivum *L.* — est; *f.* sunt. — plagulae; plagule *ed. princ.;* plagae *C pr.* H_2*; Bamb.;* plagula H_2.

Varro de vita populi Romani lib. III: clamides, *pallae*, plagae, vasa aurea.

STOLAM veteres non honestam vestem solum, sed etiam omnem quae corpus tegeret *dixerunt*. Ennius Telepho:

cédo et caveo cúm vestitus,† squálida saeptús stola.

idem in eadem:

regnúm reliqui séptus mendicí stola.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: mulieres, aliam cerneres cum stola holoporphyro. — idem [in] Eumenidibus:

partím venuste múliebri ornatí stola.

PALLA est honestae mulieris vestimentum, hoc est: tunicopallium. Plautus in Menaechmis: ||

pallam ád phrygionem fért confecto prándio.

Lucilius Satyrarum lib. XV:

cum tecumst, quidvis satis est; visuri alieni´
sint homines, spiras, pallam, redimicula promit.

---

21 Varro de vita pop. Rom. III || 24 Ennius Telepho || 26 Ennius Telepho || 28 Varro Cosmotoryne || 29 Varro Eumenidibus || 32 III, 2, 4 || 2 Lucilius l. XV.

---

21 Varro; *cf. l. superius.* — clamides H_1; *Gs;* clamydes *rell.;* clamides *semper a Varrone dici, non* chlamydes *testatur Kettnerus pg. 36. — atque etiam 67, 13 ap. Lucil. restituendum erat* clamidast. — pallae *add. M.* — plage *cdd. pr. H.* — **22** vela aurea *ed. a. 1476.* — **24** dixerunt *add. M.* — telefo (tetelefo *pr. H*) *cdd.* — **25** *cf. Fest. pg. 329 l.* squalidum, *ubi tamen haec tantum legi possunt:* quam ve ... stola. — *ad sensum aliquem reddendum in ed. Ennii scripseramus:* cedo et abeo *(ita Madvigius)* hoc *(add. Ribbeckius)* cum vestitu, squalida saeptus stola. *verum haec minus elegantia facile apparet. — puto:* sorde et scabie (*sive* sordei, scabie) convestitus *(ita Columna),* squalida saeptus (*ita pr. L, ed. Bas.;* septus *rell.*) stola. — **26. 27** *in mrg. add. m. 1^r vel. 2 L.* — septus *omnes.* — mendici *Iun.;* medici (medi H_1) *cdd.* — **28. 29** cosmorenae *C, Bamb.* (cosmoreNAE L_1; *videtur in archetypo graecis litteris tituli etiam haec pars fuisse scripta; cf. comm. in 234, 5*). — *vel ante* mulieres *vel post* holoporphyro *vel utrobique locus mancus, incertum librariorum an Nonii culpa.* — holoporphyro *Iun.;* ὁλοπορφύρῳ *Oehlerus;* olorfyro *C;* olorfiro *Bamb.* (oloserica *Pius*). — in *om. L,* H_1, *Bamb.* — **30** *cf. 549 l.* ostrinam. — partum *pr. G sec. ed. Bas.; item ed. a. 1471.* — venuste *M;* venusta *v.* — ornati *Ribbeckius;* ornat *cdd.* — *metrum agnovit Vahlenus. — respondetur huic versui illis:* nam quae venustas his adest gallantibus? quae casta vestis? aetas quae adulescentium? quae generis species? *cf. comm. in 267, 9. 10; 549 l. m.* — **31** onesti *L;* honeste *H* (honesti Ho_1). — mulieres H_1. — **31. 32** tunicopallium *Forcellinus s. v.* palla; *cf. Serv. ad Aen. I, 648; Acron qui dicitur ad Sat. I, 2, 99;* tunicae (tonicae L_2) pallium *cdd.* — Plautus; *cf. 3, 23.* — **1** frigionem *cdd.* — 4 sint (sunt *ed. a. 1471*); *pro* si sint. — *cf. comm. in Luc. XV, 18.* — spiras, pallam *I. Dousa;* spiram, pallas *v.* — praemit *pr. G.*

538 M.

Vergilius Aeneidos lib. I:

pallam signis auroque rigentem.

STROFIVM est fascea brevis quae virginalem horrorem cohibet papillarum. Turpilius Philopatro:

ó me miseram, quíd agam? epistula éxcidit mi intér vias!
ínfelix intér tuniculam ac stróphium conlocáveram.

M. Tullius in Clodium: cum strofio adcurate praecingerere. — Plautus in Aulularia:

pro illís corcotis, stróflis, sumptu uxório.

Varro Sesquulixe:

suspéndit Laribus mánias, mollís pilas,
retícula ac strofia.

ABOLLA, vestis militaris. Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου:

toga détractast et abólla datast.
ad túrbam abii, fera mílitia [in]
munéra belli ut praestárem.

SAGVM, vestimentum militare. Sallustius Hist. lib. II: accur-

---

5 I, 648 ‖ 8 Turpilius Philopatro ‖ 11 M. Tull. in Clodium 5, 3 ‖ 12 Plautus Aulularia ‖ 14 Varro Sesquulixe ‖ 17 Varro Cosmotoryne ‖ 22 Sallustius Hist. II.

---

7 Strofium; *Cicero certe et Varro posuere* ph; *Plautus et Turpilius* p *potius quam* f. — fascia *Par. 7665; Lugd.* — *f.* virginalium. — horrorem *H;* orrorem *L*, *G*, *Bamb.;* tumorem *frustra Pius.* — **8** filopatro *cdd.* — **9** o *add. M.* — epistula excidit mi intervias *M;* inter vias epistula (aepistula L_1*;* aepistola *id. m. 2;* epistola *H; compendium in Bamb.*) excidit mihi *cdd.* — *v. 9. 10 pessime pro septenariis iamb. accepere quidam.* — intervias; *cf. Buecheleri libelli de declinatione lat. pg. 32.* — **10** toniculam L_2. — ac; a *Bamb.* — conlocaveram *G sec. Rothium* (collocaveram *Iun.*, *Me*); conlocaram L_1*; Bamb.;* collocaram L_2*; H.* — **11** strophio *cd. Taurinensis Cic.* — praecingere *H; Par. 7665; 6;* precingere *Bamb.* — **13** crocotis *ed. a. 1476;* corcota *ut* corcodilus. — *cf. 549 l.* crocota. — strophiis *ed. a. 1476;* strofis *cdd.* — **14** Varro; *cf. 542 l.* reticulum. — **15. 16** *versus agnovit Roeperus.* — suspendit; *sc.* virgo nuptura. — manias *Meursius;* marinas *cdd. bis* (marinis *frustra Turnebus*). — pilas *cdd. 542;* pisar *h. l.* — **17** Abola *Bamb.* — cosmotorene *cdd.* — κμου *pr. L*, *H ex corr.*, *G.* — **19—21** *versus agnovit Vahlenus.* — **19** detracta est *Palmer.*, *alii;* tracta est *cdd.* — datas L_1*;* data est *rell.* — **20** tubam *pr. L;* turba *Bamb.* — abii *Vahlenus;* ubi *cdd.;* ivi *Oehlerus.* — fera *Palmer.;* sera *cdd.* — in (*seq.* m) *del. Popma.* — **21** munera; *nota arsin primam solutam in v. paroemiaco; cf. 140, 11.* — belli *ed. princ.; Iun.;* velli *cdd.* — *cet. cf. Lucr. I, 29* fera moenera militiai. — **22** Sall.; *cf. Kritz. ed. II, 21; Dietsch. II, 17.* — accurrere *Dietschius;* occurrere (occurre *G*) *v.*

538 M

rere duces, proelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. — Vergilius lib. VIII:

virgatis lucent sagulis.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I: pridie nonas Februarias cum ad te litteras mane dedissem, descendi ad forum sagatus, cum reliqui consularis togati vellent descendere. — Varro Virgula divina:

cúm neque aptam móllis umeris fíbulam sagús ferret.

Sisenna Historiarum lib. III: senatus auctoritate saga ponunt.

PALVDAMENTVM, [est] vestis quae nunc clamis dicitur. Sallustius Hist. lib. III: et eodem tempore Lentulus, duplici acie

---

24 Aen. VIII, 660 ‖ 26 M. Tull. ad Caes. iun. I ‖ 28 Varro Virgula divina ‖ 31 Sisenna Hist. III ‖ 32 Sallustius Hist. III.

---

23 duces *M* (d. et *Gerlachius*); duci (dici *Bamb.*) et *cdd.* — *asyndeton hic satis commodum.* — *illa autem quae sunt* accurrere, accendere *pro infinitivis accipienda existimo.* — *cet. comparandum frgm. quod legitur 398; 553 s. l.* saucii; tragula. — Hirtulegio *Bamb.;* Hyrtuleio *C.* — 24 tela *Bamb.;* taela *C.* — 26 M. Tull. ad Caes. iuniorem. *haec dum typis exprimuntur, adlata Ludovici Gurlittii disputatio diligenter accurateque perscripta et ad cognoscendum utilis de Ciceronis epistularum locis Nonii opera servatis. qui quidem hoc mihi non probavit omnia, quae apud Nonium epistulis ad Caesarem tribuuntur, adscribenda eis, quae ad Caesarem iuniorem datae sunt. cur enim adderet Nonius illud* iuniorem, *si ad hunc tantum scriptae essent epistulae? nec vero probabile est* iuniorem *totiens haustum, licet semel bisve propter praecedentis vocabuli similem exitum intercidere potuisse non negem. quare equidem persuasum habeo et epistularum ad dictatorem Caesarem datarum auctorem Nonii (unus sive plures fuere) usum sylloge, sed non afferri ab eo inde petita, nisi in capite quarto. cf. comm. in 32, 16; 436, 28. — neque illud mihi videtur simile veri fuisse in epistulis ad Caesarem iuniorem etiam ab Octaviano scriptas. cui cum omnino commercium illud litterarum in vulgus editum non posset esse gratum, molestissimum debuit accidere, si adderentur ipsius epistulae; quarum dicta a factis, quae mox consecuta sunt, tanto opere discreparent. quid quod ne hoc quidem ei satis potuit placere, quod evulgatae sunt Ciceronis epistulae ad patrem dictatorem. cuius memoriae litterariae quam curiose voluerit consultum noto Suetonii loco (Divi Iulii cap. 56) comprobatur. — ac fortasse haec causa fuit cur in tanta et Ciceronis et Caesaris claritate epistularum quod fuit inter eos commercii apud unum Non. extaret memoria. — itaque quae Gurlittii opinioni opitulari videantur, aliter expedienda censeo. cf. et comm. in 394, 7.* — 26 febrarias *pr. L.* — 27 sagatus *Abekenus;* togatus, *quod e seq. v. illatum, cdd.* — *male Aldus servato illo* togatus *mox* sagati. — 28 consularibus L_1; consulares H_1; consulatis *Bamb.* — descenderent *pr. L.* — Varro; *cf. 223 l.* sagum. — 30 apta *Bamb.* — humeris *L ex corr., H, G, non Bamb.* — figulam *Bamb.* — 31 saga ponunt *Riesius; quem certe sensum Sisennae adsecutum valde probabile; cf. Schneideri dissert. pg. 29;* sagaria nunc *cdd.* — *f.* saga iam ponunt. — saga induunt *Schottius, alii.* — 32 Palludamentum *pr. L;* Plaudamentum *Bamb.* — est *om.* H_1. — clamis *ed. princ.;* clames *cdd.* — *Non. puto dedisse* clamys *vel* chlamys. — *v. infra.*

539 M.

acie locum editum multo ‖ sanguine suorum defensas, postquam ex angustiis paludamenta ostentari et delectae cohortes intellegi coepere. — M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II: Antonius demens ante lucem paludatus.

CHLAMYS [quod supra]. Vergilius Aen. lib. IIII:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Varro Hercule Socratico: cubo in Sardianis tapetibus; clamidast purpurea amiculum.

REGILLA, vestis diminutive a regia dicta, id est basilica. *Plautus Epidico:*

.... án regillam indúculam an mendículam?

Varro Papia papae, *περὶ ἐγκωμίων*:

collúm procerum fíctum levi mármore;
regílla tunica púrpura distíngitur.

RALLA, vestis dicta a raritate. Plautus in Epidico:

túnicam rallam, túnicam spissam.

---

3 M. Tull. ad Caes. iun. II ‖ 5 IV, 137 ‖ 7 Varro Hercule Socratico ‖ 10 II, 2, 39 ‖ 12 Varro Papia papae ‖ 15 II, 2, 46.

---

1 locum *Bent.;* longum *cdd.* — edictum *Bamb.* — defensas *(particip.) M* (defensans *Quicheratus*); defensus (defessus *Bamb.*) *cdd.;* defendens *docti ap. Sall.* — **2** ex angustiis *M;* ex sarcinis (sarciniis *Lugd.; pr. L*). — palumenta *Bamb.* — ostentari *Kritzius;* ostari H_2, *G, Bamb.;* astari *L ex corr.;* H_1*;* adstari *pr. L.;* obstare *lib. Basil.* — **2. 3** coh. deleri coeptae *cd. Palatin.* — **4** plaudatus *Bamb.* — **5** Clames *L ex corr.; H; Bamb.;* Chlames *pr. L; ed. Bas.;* Clamis *ed. a. 1471;* Clamys *mrg. G; et ita vel* Chlamys *scripsisse vid. Non.* — quod supra *(cf. praec. l.) Rothius;* q. s. *ed. Bas.;* qs̃ *L;* q̃s̃ *H;* quasi *Bamb.; Paris. 7666; cf. 44, 23; ubi nescio an recisis ceteris legendum sit:* item. — *ab interpol. additum existimo illud* quod supra. *nam alienum ab usu Nonii.* — *dubium an exciderint quaedam, quibus* chlamys *explicaretur.* — Verg.; Varro *Bamb.* — **6** sydoniam *C; non Bamb.* — clamydem *L; G;* clamidem *H; Bamb.* — **7** Varro; *cf. 542 l.* tapete. — hercule (herculae *H*) sacratico (sacratio *Bamb.*) *cdd. h. l.* — Sardianis *Oehlerus* (Sardianicis *Ruhnkenius*); sardinia is (ista pedibus) *cdd. h. l.* (sardina is, *tum* iis, *Gs*); sardinianibus *542.* — tapetibus *cdd. 542;* tapedibus *hic.* — **7. 8** clamidast *M* (chlamyda est *Oehlerus*); clamidas et L_1*;* H_1*; Bamb.;* clamida sed H_2*; G;* clamida set L_2. — purperea *Bamb.* — amiculum *M;* amicula *cdd.* (amiculo *Oehlerus*). — **9** dimminutive *L.* — id est *M;* ut et *v.* — basilica *ed. princ.;* vasilica *cdd.* — **10** Plautus Epidico *add. Bent.* — **11** *praec. ap. Pl.* quid erat iuduta. — induculam *Pl.;* tuniculam (toniculam L_2) indulam (*olim vid. fuisse* tuniculam *supra scripto* induculam) *C, Bamb.* — an mediculam *Bamb.; pr. L;* amendiculam H_1. — **12** papia pae H_1*;* papiapape *Bamb.* — ενκωμιων (ενκομιων *Bamb.*) *cdd.* — **14** regilla tunica *Roeperus;* regillam tunicam *cdd.* — purpura distinguitur *v. d. in mrg. Iunianae ap. Quicheratum;* diffingitur (difingitur *Bamb.*) purpura (purpupura *G*) *cdd.* — **15** Ralla (Ualla *Bamb. sec. Beckerum*); *aliter Isid. Or. XIX, 22, 23; cf. et Martial. Epigr. II, 85, 4.* — **16** tonicam *utrobique* L_2. — rallam tunicam *om. Bamb.*

RICA est quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico:

ricam, básilicum aut exóticum.

Serenus Opusculorum lib. I:

aut zonulam aut ricam aut acum.

Novius Pedio:

móllicinam, crocótam, ricam, círidotam, rícinum.

Lucilius Satyrarum lib. II:

chirodyti aurati, ricae, thoracia, mitrae.

Turpilius Hetaera:

ducít me secum. póstquam ad aedem vénimus,
venerátur deos. intérea aspexit vírginem
intrántem, in capite indútam ostrinam rículam.

Varro Prometheo libero: aliae [mitrant] reicam aut mitram Melitensem.

CAESICIVM linteolum dicitur purum et candidum, a caedendo,

---

17 II, 2, 48 ‖ 19 Serenus Opusculorum I ‖ 21 Novius Pedio ‖ 23 Lucilius l. II ‖ 25 Turpilius Hetaera ‖ 29 Varro Prometheo libero.

---

17 Rica (ica *G*); *veriora Fest. 277; Paul. 288 l.* ricae; rica. — quod nunc *Ald.* — Plaut.; *cf. 540 l.* supparum; exoticum. — in *om.* H_1. — 18 ricam *540, 10* H_2; *Pl.;* rica *cdd. h. l.* (*540, 10 pr.* H_2 ritam). — 19 Opusculorum *M ed. Rutilii Namatiani pg. 47;* opusculo *cdd.* — 20 zonulam *Bamb.; v.;* zonula *C.* — aut ricam aut acum *M (dimeter est iambicus);* aut acum (acam *Bamb.*) aut ricam (tricam *Bamb.*) *cdd.* — *cet. h. l. quin* rica *poni videatur pro sudario non intercedo.* — 21 Nov.; *cf. 540; 548 l.* mollicina; caltulam et crocotulam. — 22 *ampliorem etiam vestium congeriem habes Pl. Epidici 229 sqq.* — mollicinam (molucinam *Bamb.*); *cf. comm. in 540.* — crocotam *cdd. 540;* crocatam *hic et 548, ubi* crocatulam *Bamb.; cf. et comm. in 549 l.* crocota. — ricam, ciridotam, ricinum *vel* ricam, ceridytam, ricinium *M;* ceridotam ricam (clricam, *sed* cl *eras., Bamb.*) ricinum *(novum l. C; edd. ante Me) cdd. h. l.;* ceridotam ricinium *540;* uridotam richam ricinium *548.* — *cet. cf. comm. in 542 l.* ricinum. — 24 chirodyti *M;* hrodyty *L;* hrodeti *Bamb.;* hyodyty *H; et sic potius quam* hrodyty *G.* — ricae *Carrio;* thoracia *Rothius;* cice et oracia (etoracia *L;* et oratia H_1) *C;* ciceetoratia *Bamb.* — thoracia; *cf. comm. in Luc. II, 17.* — mare *Bamb.* — *in mrg. H et G* auraticae (auratice *G*) mitrae. — 25 Turpil.; *cf. 549 l.* ostrinam. — hetera *cdd. 549;* veliterna *h. l.* — 27 aspexi *probabiliter Scal.* — 28 intrantem *Grautoffius;* ibi stantem *Ribbeckius;* adstantem *Carrio;* instantem *cdd. hic;* iniectam *549.* — indutam ostrinam riculam *Ribbeckius ed. priore;* ostrinam indutam riculam *Carrio;* riculam indutam (induta *Bamb. 549*) onstrinam (ostrinam *meliores 549*) *cdd. utrobique.* — iniecta in caput ostrina indutam ricula *Bothius.* — *et certe illud* in capite *vehementer displicet, nondum ut putem absolutam huius loci emendationem.* — 29 libero; lib. I *cdd.* — aliae reicam *M;* aliae mitrant (mitram H_2) tricenam *cdd.* — aliae mitram ricinam *Me;* alia emit mitram ricinam *Oehlerus, uterque contempto Nonii lemmate parumque convenienter arti* (*nam* mitrant *ex seq.* mitra *ortum*). — 30 melitensem *Bent.;* mellitensem *C;* mellitensen *Bamb.* — 31. 32 Cesicium — cedendo *Bamb.* — horas *L; Hqo.*

quod ita ad candorem perveniat vel quod oras circumcisas habeat. Plautus in Epidico:

línteolum caesícium.

INDVSIVM est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhaeret, quasi intusium. Plautus || in Epidico:

índusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam.

PATAGIVM, aureus clavus qui pretiosis vestibus inmitti solet. Plautus Epidico:

índusiatam, pátagiatam.

Naevius Lycurgo:

pállis, patagiís, crocotis, málaciis, moneílibus.

SVPPARVM est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod suptus appareat. Plautus in Epidico:

súpparum aut subnímium† [est], ricam, básilicum aut exóticum.

Novius Pedio:

'súpparum purúm, Veliense línteum'. — 'a, escám meram!'

---

33 II, 2, 46 || 1 II, 2, 47 || 4 II, 2, 47 || 6 Naevius Lycurgo XVI || 9 II, 2, 48 || 11 Novius Pedio.

---

34 caesicum *Bamb.; pr. L. — cf. Goetzium ad h. l.* — **35** Indusium; *cf. Varro de l. l. V, 131, qui simillima.* — **1** adheret (aderet *pr. L*) *cdd.* — quasi *m. 2 add. in L.* — Plaut.; *cf. 540; 548 l.* patagium; caltulam et crocotulam. — **2** indusiatam *cdd. Pl.;* intusiatam *Varro l. m.; hic* indusiata *L m. 2 vel 3; H; G;* indusiat *Bamb.;* indusita L_1; *id. m. 2* indusiciata; inlusiatam *vel* ill. *cdd. 548.* — patagiatam *C 548; h. l.* patagiata L_2, *H, G;* patagita L_1; patigiata *Bamb.* — catulam aut proputulam *cdd. hic.* — **3** clavis *Bamb.* — praetiosis *cdd.* — iamdimitti G_1. — **5** *cf. v. 2. — cdd.:* indusiata patagiata (patigiata *Bamb.*). — **6** Nevius *H, Bamb. — cf. 548 l.* caltulam et crocotulam. — Licurgo L_1, *Bamb.* — **7** patagis *cdd. h. l.* — malaciis *Bamb. 548; Bergkius;* malacis (malicis H_2; *G*) *cdd. hic;* malatiis *C 548;* manicis *Pius.* — monilibus *Bergkius;* mortualibus *cdd. h. l.;* mortalibus *548.* — **8** Subparum *Bamb.; P.* — est; et *Lugd.; pr. L.* — pendes *pr. L.* — **9** subtus *L, H ex corr., Bamb.; non G. — aliter Varro de l. l. V, 131.* — apareat *Bamb.* — Plaut.; *cf. comm. in 539, 17.* — **10** subparum *Bamb.* — subminiam, subnimniam *fere cdd. Pl.; cf. Caes. pg. 65.* — ricam H_2; ritam *rell.* — vasilicam *h. l. cdd.* — **11** Novius *ed. a. 1480;* Naevius *C;* Nevius *Bamb.* — **12** subparum *Bamb.* — Veliense *vel* Velenense *Munkius;* belliensem *cdd.* — Veliensem *(feminam) vel* Velenense *Lips. Epistol. Quaest. IV, 19; coll. Isidori XIX, 22, 21:* Velenensis tunica est, quae affertur ex insulis; *ubi tamen illud* Velenensis *haud dubie corruptum.* — Melitensem *v. d. ap. Quicheratum; cf. 539, 29 sq.* — linteum *Munkius;* interim *cdd.* — a *add. M, qui et diverbium instituit.* — aescam *G;* Oscam *Lips.; cf. Varr. l. m. — possis et:* linteum est. — escam meram! — *non enim placet hiatus apud Novium, quamquam mutata defensus persona.*

Afranius Epistula:

śt! tace! puélla non sum, súpparo si indúta sum?

Varro Eumenidibus:

híc indutus súpparum
corónam ex auro et gémmis fulgentém gerit.

EXOTICVM dicitur peregrinum. Plautus in Epidico:

básilicum aut exóticum.

PLVMATILE, aut clavatum aut ex plumis factum. Plautus in Epidico:

cumatile aut plumatile.

MOLLICINA vestis a mollitie dicta. Novius Pedio:

móllicinam, crocótam, *ricam*, círidotam, rícinum.

AMPHITAPOE vestes dicuntur utrimque habentes villos. Lucilius Satyrarum lib. I:

psilae adque amphitapoe villis ingentibu' molles.

---

13 Afranius Epistula ‖ 15 Varro Eumenidibus ‖ 18 II, 2, 48 ‖ 21 II, 2, 49 ‖ 23 Novius Pedio ‖ 25 Lucilius l. I.

---

13 aepistula *L (compendium, ut saepius, in Bamb.)*. — 14 *verba hominis qui se muliebri veste texisset. — trochaicos numeros institui cum Studemundio.* — st! tace *M;* te H_1*; dein corrigendo factum* tace, *sed id del.;* tace *L,* H_2 *in mrg., G, Bamb.* — tace *om. Paul. 311 s. v.* supparus. — subparo *Bamb.* — 15 Varro; *cf. 519; 549 l.* affici; ostrinam. — Eumenididus *ed. Bas.; neque quidquam notant Zangemeisterus, Beckerus, Riesius.* — 16 hinc *H.* — subparum *Bamb.* — 17 f. regit *Bamb.* — 18 Plautus; *cf. comm. in 539, 17.* — 20 aut exemplis factum *Bamb.* — Pl.; *cf. 548 l.* cumatilis; cerinum. — 22 *agnoscit Pl. v. et Ambros. — cdd. fere:* cumatile aut plumatile carinum (garinum) aut gerrinum gerrae maxume (maxumae; maximae). — *excludunt hunc v. Guietus (hic et sequentem) et Goetzius. — qui sane qualis legitur plane est ἄμετρος, cum praesertim sit positus inter trochaicos septenarios. — mihi tamen corruptus potius videtur, et quidem gravissime, quam interpolatus. — cf. et comm. in 548 l.* cerinum. — 23 Mollicina; *ita quin scripserit N. dubitari vix potest. — conferenda quae de hac veste accuratissime sunt disputata a Ribbeckio Coroll. com. lat. pg. LXXXIV. qui recte existimat videri idem vestimentum, quod a Graecis dicatur μαλάκιον, μαλάχιον, μολόχιον. — glosae Labbaei* mollicina, μαλακὸν ἱμάτιον; molocina *est apud Papiam. — iam quod Ribbeckius scribit* molucium, *quamquam non est veri dissimile, tamen dubitari potest, quatenus Romani antiquissimi nomen peregrinum, ut in multis aliis factum, latino adsimulaverint ori. itaque cum etiam ab Isidoro XIX, 22, 12* molochinia *sive* molocina *vestis memoretur, nolui a tradita scriptura discedere. — cet. cf. et 548 l.* molochinum. — mollitiae *pr. L;* mollicie H_2*; G; non Bamb.* — Pedio *cdd. 539, 21; ubi vide comm.;* Epidico *h. l.* — 24 *h. l. cdd.* m. cr. ceridotam ricinium. — 25 Amphitapoe *M;* Amphitapae *Non., ut puto;* Amfytapae *L (m. 1 f.* Amfytape); H_2*; G;* Amphytapae H_1*;* Amphitape *Bamb. — etiam Luc. qui usum existimarint illo* amphitapa, *similiter inflexa* diota, lagoena, parasita *poterunt excusare.* — vestis L_1. — utrumque *L, Bamb.* — billos *L,* H_1*, Bamb.* — Luc.; *cf. comm. in Luc. I, 23.* — 27 siplae *Isid.* — atque *cdd. pr.* L_1. — amphitapoe *M;* amphitapae *ed. a. 1471;*

idem lib. VI:

pluma adque amphitapo et si aliud quid deliciarum.

Varro Manio: alterum bene acceptum dormire super amphitapo bene molli.

TOGA non solum viri, sed etiam feminae utebantur. Afranius Fratriis:

sé quidem prandére stantem nóbiscum, incinctám toga.

Varro de || vita populi Romani lib. I: praeterea quod in lecto togas ante habebant. [ante] etenim olim toga fuit conmune vestimentum et diurnum et nocturnum et muliebre et virile,

LAENA, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Vergilius Aeneidos lib. IIII:

Tyrioque ardebat murice laena.

Meretrices apud veteres subcinctiore veste utebantur. Afranius Excepto:

'meretríx cum veste lónga?' — 'peregrino ín loco
solént tutandi caúsa sese súmere.'

CARBASVS, pallium quo Fluvii amiciuntur vel opulenti. *id* ea causa aut sericum aut lino tenui. Vergilius lib. VIII:

eum tenuis glauco velabat amictu
carbasus.

idem lib. XI:

---

28 Lucilius l. VI || 30 Varro Manio || 32 Afranius Fratriis || 1 Varro de vita pop. Rom. I || 5 IV, 262 || 7 Afranius Excepto || 12 Aen. VIII, 33 || 15 XI, 775.

---

amfytapae L_2, H_2, *G;* amfytaui L_1; amfyta H_1; amfytacu *Bamb.* — **29** atque *cdd. pr.* L_1. — amphitapo *M;* amfytapoe (*seq.* e) *L*, H_1, *Bamb.;* amfytapae H_2; amfitapoe *G.* — plumae atque amphitapae *(ita Ald.) Fr. Dousa.* — divitiarum *mrg. Iun.* — **30** amphitapo *ed. a. 1471;* amphitapa *Ald.;* amfytabo *H; G; Bamb.;* amfitabo *L.* — *verba* super a. b. m. *poetae (Lucilii, ut puto) videri haud inscite dixit Vahlenus. sed nescio an illud* bene *ex prioribus irrepserit.* — **33** fratris *cdd.* — **34** se quidem *M;* equidem (*praec.* s) *cdd.* — et quidem *P; Bothius.* — nobis *Lugd.* — incincta *pr. H.* — toga *Bothius;* togam *cdd.* — **1** in lecto H_2; *v.;* intellecto *rell.; cf. comm. in 68, 16.* — **2** ante *om. L; supra scr.* ante hab, *sed* hab *del.* — ante *secl. M.* — etenim *M;* enim *cdd.; f.* nam (*praec.* e). — toga *Montepess.; om. C, Bamb.* — **4** Lena *Bamb.* — quo *L, Bamb.* — **6** *cf. 240; 549 l.* ardere, fulgorem — emittere; murex. — mulierice *pr. L.* — lena *L, G, Bamb.; pars libr. Verg.* — **7** *nullum l. L, H.* — subcinctiore *v.;* subcintiore *L*, H_2, *G;* subcinciore H_1, *Bamb.* — veste *om. Bamb.* — **9. 10** *diverbium discripsit Bothius.* — causas esse *Bamb.* — **11** quod *Lugd.* — quo fluvii (fluii H_1; L_2, *qui m. 1* flui iamiciuntur; fluvi *G;* fluvu *Bamb.;* fluvii *Lugd.*) amiciuntur; *cf. Serv. Daniel. ad Aen. VIII, 33.* — **11. 12** opulenti. id ea causa aut (aut *iam alii*) *M;* opulentiae causa ut *v.* — sericum (serecum L_1); *n. N.; quem alter Vergilii locus in errorem vid. induxisse.* — **13** tealuis L_1. — valebat H_1.

541 M.

tunc croceam chlamydemque sinusque crepantis
carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis: tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat. — Varro de vita populi Romani lib. IIII: eadem postea carbasineis magis * * * ut pellibus tegerentur.

TOGA PRAETEXTA, insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. M. Tullius de suppliciis: sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae.

LIMBVS, ut adnotatum invenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulularia:

textóres limbolárii, arculárii.

FLAMMEVS, vestis vel tegmen quo capita matronae tegunt. Plautus in Aulularia:

flammárii, violárii, cariárii.† ||

---

18 II, 5, 12, 30 ‖ 19 Varro de vita pop. Rom. IV ‖ 22 II, 5, 14, 36 ‖ 26 III, 5, 45 ‖ 29 III, 5, 36.

---

16 tum (*vel potius* tun) *Verg.* — clamydemque *L*, H_2, *G*; clamidemque H_1; *Bamb.* — 17 in modum *Bamb.* — colligerat L_1. — 18 M. Tull.; *cf. 329 l.* intendere, extendere; *ubi omissa huius loci mentio.* — 19 conlocabat (coll. L_2; *H*) *C*; conlocavit *Bamb.* — 20 eadem; *sc.* theatra. — carbasineis (*ut* ei *sit pro* i) *M*; carbasineo *cdd.*; carbasinea *male Iun.* — magis. *lacuna ita potest expleri:* velis operiri solita, cum ante esset institutum. — 20. 21 tegerentur. Toga; tegerentur togae *cdd.*; *corr. Popma. non enim credo illud* togae *glosema, cum defendatur exemplo Cic. addito.* — insegne L_1. — romanorum *P.* — tonicas L_2. — 22 M. Tull.; *cf. 363 l.* prodere — protendere *ibique comm.* — 22. 23 antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum *Cic.* — 24 prodendam *cdd. Non. et Cic.* — 25 Limbus; *rectiora Servius ad Aen. II, 616; IV, 137.* — adnotandum *Bamb.* — 26 in himo *L*, H_1. — 27 limbolari *L*, H_1, *Bamb.* — limborarii *ed. a. 1471; Gulielm.* — alcularii *C*; *non Par. 7666; Lugd.* — 28 Flammeum *ed. princ.*; *et ita boni scriptores; at aliter Nonius. affert Quicheratus ex Ambrosii de virginibus I, 11, 65 illud* talis flammeus; *et Romanos id temporis saepe pro neutro posuisse masculinum notum.* — Flammeus; *cf. Paul. 89; 92 s. v.* flammeo. — quod *Bamb.* — flammeum, ut Lucanus *(II, 361):* velabant flammea vultus *mrg. Ho.* — Plaut.; *cf. 549 l.* violacia. — 30 flammarii (flammaru L_1); *ita et Pl. libri; male ed. a. 1476* flammearii. — flammarii *dictum ut* alvaria, augura, orunda, flexosus, fastosus *alia.* — violarii (violari) *cdd. 549;* volarii *hoc loco.* — cariarii *pr. Hs* (cararii Ho_1); carari *Bamb.*; Ho_2; cariari *rell.* — carinarii *cdd. Pl.; et ita Goetzius, qui conferri iubet S. Brandtii Ann. philol. a. 1878 pg. 385 disputationem, ad illud* carinum, *quod habetur Epidici v. 233, loco turbatissimo, referentis* cariarium. — *cf. comm. in 549 l.* cerinum. — coriarii *Bothius; quod cum proxime absit a scriptura cdd. Nonii, parum tamen aptum. magis placet quod a Scaligero venit* cerarii. — *aliorum commenta videre est ap. Goetzium.*

542 M.

RICINIVM, quod nunc m a f u r t i u m dicitur, palleolum femineum breve. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: nihilum magis decere mulierem quam [de muliebri] ricinium, palleum simplex. — idem de vita populi Romani lib. I: ec quo mulieres in adversis rebus ac luctibus, cum omnem vestitum delicatiorem ac luxoriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.

RETICVLVM, tegmen capitis muliebre. Varro Sesquulixe:

suspéndit Laribus mánias, mollís pilas,
retícula ac strofia.

TAPETE, tegmen unite pictum de coloribus variis. Varro Hercule Socratico: en, omnibus rebus bonis *abundo*. cotidianus cubo in Sardianis tapetibus. — Vergilius lib. VIIII:

qui forte tapetibus altis
extructus toto proflabat pectore somnum.

Turpilius:

glabrúm tapete.

CVLCITA * * * Cicero Tusculanarum lib. III: eripiamus huic

2 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 3 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 7 Varro Sesquulixe ‖ 10 Varro Hercule Socratico ‖ 12 Aen. IX, 325 ‖ 15 Turpilius ‖ 17 III, 19, 46.

1 Ricinium *pr. H; Ald.;* Ricinum *L, H ex corr. G;* Rinum *Bamb.* — mafurtium; *cf. Serv. ad Aen. I, 282:* recinus (ricinus) autem dicitur ab eo quod post tergum reicitur; quod vulgo maforte dicunt. — *conferenda et glosaria. — ita Graeci aetatis ultimae μαφόρτιον.* — ricinium *quin producat* i *alterum, cum corripiatur idem in* ricino *equidem nullus dubito. nam quod Varro de l. l. V, 132* ricinium *a* reiciendo *repetit nec per se tanti est, ut antepaenultimam longam fuisse negemus (notum quippe plerisque, quam sit incuriosus saepe ille in etymologiis factitandis quantitatum) et legendum apud eum* ricinum *Servii locus facit probabile.* — 2 nihilum *M* (nihil *Oehl.*); magis decere mulierem *Oehlerus* (decere *iam Bentin.*); nihilo magis dicere muliebre *cdd.* — **2. 3** quam ricinium *M;* quam de muliebri ricinio *cdd. — illud* muliebri *iam delevit Ribbeckius. — non ausim apud Varronem reponere extra versus* quamde. — *verba* de muliebri *ex superiore* dicere (*pro* decere) muliebre *repetita.* — palleum simplex *secl. Vahlenus; qui cetera pessime.* — **4** ec *M;* ex *Iun.;* et *cdd.* — **5** dilicatiorem L_1*; Bamb.* — ad *Bamb.* — luxoriosum L_2*; H, ut vid.; non Lugd. — f.* luxoriosiorem. — **7** Varro; *cf. 538 l.* strofium *ibique comm.* — sexquenlixe *pr. L.* — **8** manias; marinas *cdd. utrobique.* — **10** *illud* unite *oppositum vid. ei quod seq.* de coloribus variis *et dictum pro* concinne. — *non credo scribendum:* tegmen culcitae pictum coloribus variis. — Varro; *cf. 539 l.* chlamys. — **11. 12*** en *M;* in *v.* — rebus *om. Bamb.; Par. 7665; 6.* — abundo *add. M.* — quotidianus *Iun.;* cotidianis *Bamb.;* H_1*;* cottidianis *L;* H_2*;* quottidianis *G. — f.* quotidianus discumbo. — sardinianibus *cdd. h. h.;* sardinia is *539.* — Verg.; *cf. 391 l.* superbum, opulentum. — **14** exstrutus *Bamb.;* extructus *H.* — flabat *pr. L.* — somnium *Bamb., L ex corr.* — **15** Turpilius; *cf. 229, 5 cum comm.* — **17** Culcita. *explanationem Nonii et hic et v. 20 post* Subucula *haustam probabiliter statuit Quicheratus. cf. tamen 539 l.* chlamys. — IIII *cdd.*

aegritudinem. quomodo? conlocemus in culcita plumea; psaltriam adducamus.

SVBVCVLA * * * Varro de vita populi Romani lib. I: posteaquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam et indusium.

CAPITIA, capitum tegmina. Varro de vita populi Romani lib. I: tunicas neque capitia neque strofia neque zonas. — idem in eodem: 'neque id ab orbita matrum familias institutum, quod eae pectore ac lacertis erant apertis nec capitia habebant.' — haec et capitula appellant.

ENCOMBOMATA et ARNACIDES, genera vestium puellarium. Varro Cato vel de liberis educandis: ut puellae habeant potius in vestitu || clamidas, encombomata atque arnacidas quam togas.

XV.

INCIPIT

DE GENERIBVS VASORVM VEL POCVLORVM.

AVLA [vel olla], quam nos ollam dicimus. et est capacissimum vas. Plautus in Amphitryone:

óptumo iure ínfringatur aúla cineris ín caput.

---

20 Varro de vita pop. Rom. I || 23 Varro de vita pop. Rom. I || 24 Varro de vita pop. Rom. I || 29 Varro Cato || 6 Plautus Amphitryone.

---

21 ton. L_2. — vacare *Bamb.* — 22 indusium *Ald.;* indussam *C, Bamb.;* indusiam *mrg. G.* — 23 Capitivam *Bamb.;* Capicia L_1. — capituum *pr. L.* — *rectiora praeter etymologiam Varro de l. l. V, 131; cf. et Gell. XVI, 7, 9.* — 24 I *H; Bamb.;* II *G; om. L.* — ton. L_2. — 25 ad orbita H_1. — ab orbita; *i. e.* alienum a re. — familia *G.* — institutum *(substant.) M;* instituto L_1; institutio H_1; L_2 *sec. Rothium;* instituti (int. *Bamb.*) *rell.* — 26 captia *Bamb.* — 27 appellant *mrg. Iun.;* appellavit *cdd.* — 28 Combomata *mrg. H, G; pr. L.* — ac *Bamb.* — arnacides *Iun.;* parnacidis *cdd.* — 1 clamydas *L; non Bamb.; Gs.* — enconbomata L_1. — atque *Freundius; quamquam sunt qui credant illud* ac *(sic cdd.) poni a Varrone aliquando ante vocales. et toleravit Spengelius de l. l. IX, 6.* — ac *f. delend.* — arnacidas *Iun.;* parnacidas *cdd.* (pnacidas *H; item G* pernacidas; barnacidas *Bamb.*). — *post hoc caput olim sequebatur* de generibus calciamentorum, *tum* de coloribus vest., *quod post XIIII ponit Montepess.* — 4 de generibus *ed. a. 1476;* de genere *v.* — de generibus vasorum vel poculorum; *cf. Isid. XX, 4—8.* — vel *om. Bamb.* — 5 Aula; *cf. Paul. pg. 23 l.* aulas. *nota Plauti* Aulularia. — vel olla *secl. Quicheratus;* vel ola *Rothius.* — et (*pro* et quidem) est H_2; sed est *rell.* — *f.* Aula vel olla est capacissimum vas; *cf. 93 l.* colem; *ubi tamen magis manifesta interpolatio.* — 7 optimo *L, H_1, Bamb.*

Varro Gerontodidascalo: sed simul manibus trahere lanam nec non [simul] oculis observare ollam pultis ne aduratur. — idem Bimarco: Vulcanumne, cum novae lagoenae ollaeve figurantur, precantur?

MATELLA, aquarium vas. Plautus [in] Amphitryone:

né tu postulás matulam unam tíbi aquae *a me* infundi ín caput.

Varro Endymionibus: divitum apothecas Chias ad communem revocat matellam. — idem Manio: lecto strato matellam, lucernam, ceteras res esui usuique prae se portant.

MORTARIVM, *vas*, in quo teruntur quae solvenda sunt. Plautus in Aulularia:

cultrúm, securim, pístillûm, mortárium.

PELVIS, sinus aquarius in quo vasa pelluuntur: unde ei nomen est. Laberius Virgine:

amóre cecidi, támquam blatta in péluim.

---

8 Varro Gerontodidascalo ‖ 10 Varro Bimarco ‖ 12 Plautus Amphitryone ‖ 14 Varro Endymionibus ‖ 15 Varro Manio ‖ 18 I, 2, 17 ‖ 21 Laberius Virgine.

---

8 *non est cur in Varronis exemplis restituatur* aulam; aulaeve. *nam Nonium in describendis exemplis orthographiam servare plerumque plane, ut ab auctoribus quos sequerctur esset tradita, nullo lemmatis respectu, notum.* — *Varronis autem aetate illud* olla *obtinuisse vulgo proverbio, quo Catullus utitur (94, 2):* ipsa olera olla legit, *sive ut solebant dicere* olera olla *vel* olla olera, *satis demonstratur.* — **9** simul *secl. M.* — ne aduratur; *sequebatur, ut puta:* nimis est molestum *sive* maius est viribus. — **10** vimarco *cdd.* — Vulcanumne *Vahlenus;* Vulcanum nec (*seq.* c) *cdd.* — nove *cdd.* (novi L_1 *sec. Riesium*). — lagoene *cdd. exc. quod in L* e *posterius vid. esse caudatum.* — cum nove lagoene *m. 1 vel 2 add. in L.* — **10** ollaeve *Schneiderus;* ollarum *cdd.* — figurantur *lib. N. Fabri sec. Quicheratum; Schneiderus;* figura ter *L ex corr.*, H_1, *G;* figura *pr. L;* figuratur H_2*;* figurator *Bamb.;* figurantur ter *cd. Palatin.* — **11** precantur (peccantur G_1); *sc.* figuli. — *sequebantur velut haec:* ego in re gravissima non venerer deos? — **12** aquarum *Bamb., pr. L.* — Pl.; *cf. l. praecedens; Amphitr. 1001.* — in *om.* H_1, *Bamb.* — **13** postulas *Hoffmannus;* postules *cdd.* — aquae *ed. a. 1480;* aquam *cdd.;* a me *add. Seyffertus;* hinc *Goetzius.* — *f.* tibi iam aquae infundi in caput (ne tu postules; m. u. tibi aquae iam infundam in c. *Ribbeckius*). — **14. 15** Endemionibus *C;* Endimionibus *Bamb.* — divitum. *f.* dum vitio. — apothecas *Turn.; Lips.;* aphocas *cdd.* — amphoras *non bene quid. ap. Popma; item Me.* — communerem *Bamb.* — ad comm. rev. m.; *i. e.* pretiosissima vina vilissima ministrat amphora. — **15** matellam, lucernam *Iun.;* matella, lucerna *cdd.; puto* matellam, lucernas. — **16** esui usuique. *ita scite Buechelerus;* huius (*praec.* es) vique *cdd.* — **17** *post* mortarium *vid. intercidisse* vas; *cf. Pl. Aulul. I, 2, 18.* — **19** pist. aut mort. *Bothius.* — **20** vasa *M;* varia *cdd.* — pelluuntur *Paris. 7666;* perluuntur *C.* — *cf. Paul. 247:* polubrum, pelluvium, vas, quod nos pelvem vocamus. — *aliter Varro V, 119.* — **21** Laverius *cdd.* — **22** caecidi *L, H.* — blata *Bamb.* — peluim; *cf. comm. in 196, 27.* — *trisyllabum agnovit Bergkius.*

Caecilius in Feneratore:

péluim sibí poposcit.

FIDELIA, Samium vas ad usus plurimos. Plautus Aulularia:

múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.

PATELLA. Varro Eumenidibus: patella† esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas. — idem ‖ Manio: quocirca oportet bonum civem legibus parere, deos colere, in patellam dare *μικρὸν κρέας*.

CVPAS et TINAS. Varro de vita populi Romani lib. I: antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant (id est oris longi *vasa* cum operculo) aut cupas, tertio amphoras.

VRNVLA est vas aquarium. Varro de vita populi Romani lib. I: item ex aere, ut urnulas, aquales, matulas, creteras.

CADI, vasa quibus vina conduntur. Lucilius lib. XVIII:

---

23 Caecilius Feneratore ‖ 25 IV, 2, 15 ‖ 27 Varro Eumenidibus ‖ 1 Varro Manio ‖ 4 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 7 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 9 Lucilius l. XVIII.

---

23. 24 celius *Montepess.* — Caecilius in F. p. *supra scr. in L.* — *non probabile h. l. illud* peluim *pronuntiandum disyllabum, cum longe posteriore aetate tribus sit elatum syllabis.* — 25 Samium vas; *cf. 398 l.* Samium — testeum. — Plaut.; *cf. 313, 28 sq.* — 26 mulsi; multi si *Bamb.* — 27 Patella. *lacunae signum post hoc v. ponit Quicheratus; item alibi in hoc capite, ubi nulla addita explicatio. sed sunt ea plura quam ut toties a librariis truncata verba Nonii tibi possis persuadere. — itaque propius abest a fide auctore minus accurato vel docto quam alibi usum Nonium in hac parte.* — patella. *recte negat Havetus posse illud* patella *h. l. de vase accipi putatque ea significatione usurpatum, qua hodie a Gallis dicatur conchyliorum quoddam genus* patelle, *quod germanice vocatur* napfschnecke. *sed nescio an sit magis probabile Nonii stupore omissa quaedam ante id quod est* patella, *ut puta* vilissimis repleta eduliis. — sirienti *Bamb.* — 1 N. suspinas G_1. — 2 cive ẽ *Bamb. sec. Beckerum.* — legem *Bamb.* — deos *Buechelerus* (et deos *Ald.*); et (*praec.* e) eos *cdd.* — collere *L, Bamb.* — in patellam; *cf. Paul. 248 l.* patellae. — 3 κρέας *Ald.*; ηρεας *C*; ηρoαc *Bamb.* — *post haec v., f. interpositis quibusdam, sequebantur quae leguntur pg. 479 s. l.* sacrificantur. — 4 Cuppas H_1. — Cupas; *cf. 83 l.* cupas, *ubi etiam explanatio nulla.* — 5. 6 conviis *H.* — primo *om. Bamb.* — id est; id est in *pr. H;* id .ẽ., *supra* ẽ *m. 2 scr.* m (*voluit* idem; *ut Lugd.*) *L.* — oris *Quicheratus;* mori *cdd.* — vasa *add. M.* — aut *M;* ac *Kettnerus;* ad *cdd.* — amforas *Gs; non Bamb.* — 7 Vrnule *Bamb.* — est *om. Bamb.* — quarium L_1; aquarum *Bamb.; Par. 7665; P.* — 8 ere L_1, *Bamb.* — urnulas *Quicheratus;* urnulae L_2, *H, G;* ornale L_1; *Bamb.* — matulas *Quicheratus;* matulae G_1; mutulae *L; H;* G_2; mutalae *Bamb.; Par. 7666.* — *cf. notam seq.* — creteras; ac creterras *Quicheratus;* sic ceteras *cdd.* (sic crateras *v. d. ap. Quicheratum*). — 9 Luc.; *cf. in fine pg. 495 l.* accusativus numeri singularis — pro genetivo pluralis *ibique comm.* — XVIII; XVII *Bamb.; Par. 7666; nihil notavi de Lugd.;* VIIII *pr. G.*

544 M.

> milia ducentum frumenti tolli' medimnum,
> vini mille cadum.

Vergilius Aen. lib. I:

> vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes.

Varro de vita populi Romani lib. IIII: Ortensiu' supra decem milia cadum heredi reliquid.

VRNARIVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου*: sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? si vasa habes pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluvium? ad quam rem urnarium?

POLYBRVM, quod Graeci *χέρνιβον*, nos trulium vocamus. Livius:

> argénteó polýbro, aúreo églútro.

Fabius Pictor lib. XVI: aquam manibus pedibusque dato, polybrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua.

SIMPVIVM. Varro Est modus matulae, *περὶ μέθης*: non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana? et tamen tu *invides* isti [illi] liberiu' simpuio invitari?

---

12 I, 195 ‖ 14 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 16 Varro *Ταφῇ Μενίππου* ‖ 20 Livius; cf. comm. ‖ 22 Fabius Pictor XVI; cf. comm. ‖ 24 Varro Est modus matulae.

---

10 ducentum; *cf. 493 s. l.* sescentum: quid verost centum ac ducentum possideas si. — tu centum *Bouterwekius.* — frumenti *ed. a. 1471;* formenti *cdd.* — tolles *cdd. h. l.;* tollis *495;* tolle *Iun.* — 13 deinde *pr. H; Verg.;* inde *rell.* — onerata L_1; onerat *Bamb.* — Acestis (Acesus L_1) *C;* Acertis *Bamb.* — 14 III *cdd. hic.* — *cf. 495 l. m.* — Ortensiu' *M; cf. comm. in 395, 4;* hortensius *cdd. 495; h. l.* ortensio *pr. L;* orcensio *Bamb.;* hortensio *rell.* — 15 reliquit *cdd. pr. L.* — 17 iubet *Scal.; Lips.;* iuvet *cdd.* — plumbum; polubrum *male Lips., qui post* pertusa *interrogandi ponit signum. cf. Var. lect. I, 4.* — 18 habes *Scal.; Lips.;* habet *cdd.; f.* habetur. — ad aquam r. n. *Bamb.* — 20 Polybrum; *cf. Paul. 247* polubrum. — Polibrum *pr. H.* — *per* olu *ubique Ald.* — *f.* Polybrum, vas, quod. — *in mrg. Ho, G:* polybrum (polibrum *G*) grece cerniba aquamanale antiqui trullum (a. tr. *om. G*). — *χέρνιβον M; χερνιβα* (*seq.* n) *cdd. exc. quod* L_1 xepniba. — trulium; trulleum *Iun.* (trullam *ed. princ.*); trullum *C;* trullu *Bamb.* — 21 *cf. libri de v. saturn. pg. 125.* — eglutro (*i. e. ἐκλούτρῳ*) *O. Muellerus ad Fest. 396;* et glutro *cdd.* — argenteo polubro et aureo gutto *Iun.* — 22 lib. XVI. *numerus haud dubie corruptus. — nam ne historiarum quidem Fabii Pictoris ultra quartum memorantur libri; nedum quae de iure pontificio scripsit (nam ex illis apparet hoc petitum exemplum) tot fuisse voluminibus credas.* — quam manibus *Bamb.* — 23 polibrum *Bamb.* — vas *cd. Orvillii.* — 24 Simpuium; Simpuvium *vel* Simpulum *docti.* — Simpuum H_1; simpuia *cdd. plerique 398, 29;* simpuvium *legitur 545, 24;* simpulum, simpulatrices *leg. ap. Paul. pg. 337;* simpulum *ap. Varr. V, 124. ac nescio utrum sit praeferendum.* — peri methes *cdd.* — 25 derepere *Bamb.; v.;* deripere *C.* — ominum *Bamb.; pr. L.* — 26 tu *M;* tum *v.* — invides *add. M.* — isti *M;* ipsi *v.* — illi *om. Montepess.; Paris. 7665; delevit Quicheratus* (*praec.* i; *seq.* li). — *sed potuit*

LENIS, vasi genus. Afranius Fratriis:

labélla, lenis.

Laberius in Cophino:

cum províncias
déspoliavit . . . . . columnas mónolithas†
[labélla, lenis]. ||

OBBA, poculi genus vel ligneum vel ex sparto. Varro Est modus matulae: dolia adque apothecas tricliniares, melicas† Calenas obbas et Cumanos calices. — idem epistula ad Marullum: utrum meridie an vesperi libentius ad obbam accedas, locus ac tempus adventus declarabit.

CANTHARVS. Vergilius in Bucolicis:

et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

DOLIA, vasa grandia quibus vinum reconditur. Varro Est modus matulae: dolia adque apothecas tricliniares, melicas† Calenas *obbas*. — idem Manio: haec aedium emtoribus accedunt: sellae, claves, claustra, carnaria, dolia.

---

27 Afranius Fratriis || 29 Laberius Cophino || 1 Varro Est modus matulae || 3 Varro Epist. ad Marullum || 6 VI, 17 || 8 Varro Est modus matulae || 10 Varro Manio.

---

fieri, ut illi *in archetypo emendandi causa scriptum esset supra* ipsi; *quod si ita sit, legendum:* invides illi. — liberiu' *M;* libero (*seq.* s) *cdd.; cf. comm. in v. 14.* — liberius *magis placet quam* libere; *cf. Luc. XXX, 47.* — sinpuio L_1. — invitari *ed. a. 1471;* vinitari *cdd.* — **27** Lenis *Iun.* (Lenas *Ald., qui primus h. l. addidit*); Lineas *cdd.* — *recte illud* ληνὸς *comparatur a Forcellino s. v.* lenis. *et ad eandem originem videtur referendum id quod est* lenunculus. — vasis *cd. Orvillii; Bent.* — fratribus *cdd.* — **28** labellum *deminutivum ab eo quod est* labrum, lavabrum. — **29** in *om. Bamb.* — Cofino *L, G, Bamb.;* Confino *H.* — **31** despoliavit *Bothius;* dispoliavit *v.* — *in sequentibus turbatum. et excidit verbi* lenis *exemplum; nam v. 32 manifesto ex Afranii verbis huc translatus.* — monolitas *C;* molitas *Bamb.* — **1** ex sparto *pr. H;* ex parto *G, Bamb.* — Varro; *cf. 146 l.* obba *ibique comm.* — **2** atque *cdd. pr.* L_1. — apotecas *cdd.;* apothecas *mrg. Ho.* — *illud* ap. tr. *vid. iocose dictum. apte comparat Oehlerus Germanorum id quod dicitur* flaschenkoerbe. — **3** calicis L_1*;* H_2*; G;* calicas L_2*; Bamb.* (*vel* calica); calitias H_1*;* calices *Par. 7666; mrg. Ho.* — idẽm, *m. 2 add.* m, *L.* — aep. *pr. L.* — Mar. *Rothius;* M. Tullium *Riccobonus;* marullium *C;* marallium *Bamb.* — **4** ac tempus *M;* actus *C; om. Bamb.* — **5** advenius *Bamb.* — declarabit *Iun.;* declaravit *cdd.* — **6** Cantarus H_2*, G; non Bamb.* — Cantharus; *cf. Macrob. Saturn. V, 21, 14.* — Verg.; *cf. Macrobii verba ad v. 14 allata.* — **7** gravi *L,* H_1. — cantarus *pr. L.* — **8** Varro; *cf. 146 l.* obba. — **9** atque *cdd. pr.* L_1. — aphothecas *Bamb.* — medicas *H.* — **10** obbas *om. cdd.* — aedium emtoribus *Popma;* adventoribus *cdd.* (adeo emptoribus *Iun.*). — sellae (*i. e.* loca exonerandae alvo destinata) *Gesnerus;* cellae *v.;* celle *H; G.* — **11** carnalia *L,* H_1*, Bamb.*

545 M.

ALABASTER. Cicero Academicorum lib. II: quibus etiam alabaster plenus unguenti putrere videtur.

SCYFVS. Vergilius:

et sacer inplevit dextram scyphus.

BATIOLA. Plautus Colace:

bátiolam auream ócto pondo habébam; accipere nóluit.

CALICES. Varro Est modus matulae: apothecas tricliniares, melicas† Calenas obbas et Cumanos calices. — Cicero Tusculanarum lib. III: quid? huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat?

CYMBIA. Vergilius lib. V:

cymbiaque argento *perfecta* adque aspera signis.

Varro de vita populi Romani lib. I: item erant vasa vinaria: sini, cymbia, culignae, paterae, guti, sextarii, simpuvium.

CRATERAE, vasa vini. Vergilius Aen. lib. I:

crateras laeti statuunt et vina coronant.

CRATERES, vasa olearia. Vergilius in Bucolicis:

craterasque duos statuam tibi pinguis olivi. ||

---

12 Cicero Academ. II || 14 Aen. VIII, 278 || 16 Plautus Colace || 18 Varro Est modus matulae || 19 III, 19, 44; cf. comm. || 21 Aen. V, 267 || 23 Varro de vita pop. Rom. I || 25 VII, 147 (I, 724). cf. comm. || 27 V, 68.

---

13 putrere; putere *Pius;* putre (putrer *Bamb.*) esse *C, Bamb.;* putret esse *Par. 7666.* — videatur *Ald.* — **14** Scyfus; *cf. Macrob. V, 21, 16.* — Verg.; *cf. Macrob. V, 21, 1:* nomina poculorum Vergilius plerumque graeca ponit, ut carchesia, ut cymbia, ut cantharos, ut scyphos. — **15** scyfus *cdd.* — **16** Batiola (Bacyola, cyola *m. 1 in ras., H; id. 2* Batyola); *cf. Ritschel. Op. III, 793 sq.* — **17** habebam *Ritsch.; Quicherat.;* habebat *cdd.* — *non placet reponi* bat. aur. octo habebat pondo; accipere noluit. *nam mutato opus subiecto.* — **18** Varro; *cf. 146 l.* obba. — E. m. m.; *f. initium septen. troch.* — **19** obsas *Bamb.* — **20** inpinguendus *G; Bamb.* — plorare se desinat *cdd.* — *illis* huic calix mulsi inpingendus est (*leg.* inpingendust), ut plorare desinat *poetae cuiusdam septen. troch. contineri suspicatur Guietus, ut mihi quidem videtur, vere.* — aut aliquid eius modi *add. Cic.* — **21** Cymb.; *cf. Macrob. V, 21, 7.* — **22** cymniaque L_1. — perfecta *om. cdd.* — adque L_1; atque *rell.; om.* H_2, *G.* — **23** libro I L_2; li *m. 1.* — **24** culignae *Lips.;* aquiline *cdd.* — pater aeguti L_1; H_1; patere guti *G; Bamb.* — gutti *Lugd.; v.* — *illud* gutus *etiam Hor. Sat. I, 6, 118 plures longe tutantur cdd. et meliores.* — simpuvium (simpuvum *pr. G*); *cf. 544, 24.* — **25** Craterae vasa *ed. a. 1480* (vasa *iam 1476*); Crateras maius *L, H, Bamb.;* Crateras vasa *G. sec. Rothium; ed. princ.;* Cr. maius vas, *om.* vini, *Par. 7665.* — **26** *v. hic est ex VII Aeneidos. nam in I habetur talis:* crateras magnos statuunt et v. coronant; *ubi cf. Servius. hinc apparet nugari Nonium; nisi v. 25 scribend.* Crateres. — **27** Crateras, *m. 2* Crateraes *H;* Crater *Bamb.; Paris. 7665; 6.* — vas olearium *Par. 7665.* — **28** duo *cdd. pr. H; V. libri pleriq. cum Servii interpolatore;* duos *H; Verg.* — statuam H_1; *Bamb.; Par. 7665; 6; v;* stantum *L, G;* tantum H_2.

et Aen. lib. VI:

fuso crateres olivo.

ORCAE. Varro de re rustica lib. I: saepe, ubi conditum vinum novum, orcae in Hispania fervore musti ruptae.

NASSITERNA, vas aquale. Varro de re rustica lib. I: ut ex aere aenea, urceos, nassiternam, item alia.

CATINVS. Varro de re rustica lib. I: promendum id frumentum quod curculiones exesse incipiunt: id enim cum promptum est in sole ponere oportet aquae catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent. — idem de vita populi Romani lib. I: dicuntur enim patellae, salini, acetabula, catini, patinae.

CALAMISTRVM, fistula brevis, qua cirri concinnantur. Cicero in Oratore: removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; ne calamistri quidem athibebuntur.

CARCHESIA, genera poculorum. Vergilius Aen. lib. V:

hic duo rite mero libans carchesia baccho.

et Georg. lib. IIII:

et mater: cape Maeonii carchesia bacchi.

---

1 VI, 225 ‖ 3 I, 13, 6 ‖ 5 I, 22, 3 ‖ 7 I, 63, 1 ‖ 10 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 13 23, 78 ‖ 15 V, 77 ‖ 17 IV, 380.

---

2 olivi L_1. — 3 Orcae *Quicheratus;* Arcas *pr. H;* Orcas *rell.* — quod saepe *Varro.* — 4 horce, *tum* orce *G auctore Rothio* (horcae *Gs*). — ruptae; *seq. ap. Varr.:* neque non dolea in Italia. — 5 Nassiterna; *cf. Fest. pg. 169 s. l.* nassiterna. — nasiterna *cdd. Pauli 168; et ita Scal., quod vas tres nasos haberet.* — 6 nassiternam *et Politiani liber; porro cf. 547 l.* trulleum. — 7 tuendi causa prom. *Varro.* — id *Varro;* in *cdd.* — frutum *G.* — 8 exsesse (exsese *pr. H*) *cdd.* — idẽ enim *Bamb.* — proptum *H.* — 9. 10 aquae *Varro;* atque (adque L_1) *cdd.* — ut ipsi se necent curculiones *cdd. Varr.* — 11 salinia (*seq.* a) *Montepess.* — salina *probabiliter Quicheratus.* — *in mrg. Ho:* patellae patinae salinum saliniacae. — aeetabula *Bamb.* — patenae L_2, *H, G; non Bamb.; Paris. 7665; 6.* — paterae *male Popma.* — 12 Calamistrum; *cf. Neuii gramm. lat. I, 531.* — *quod fistulae esset instar, inter vasa reposuisse videtur Non.* — sicula *Stewechius.* — cirri *ed. princ.;* tibi *cdd.* — concinnantur *Stewechius;* continetur *v.* — 13 tum removebitur *Cic.* — 14 ne *Cic.;* nec (*seq.* c) *cdd.* — adhib. *cdd. pr.* L_1. — 15 Carchesia (Carthesia *Bamb.*), gen. poc.; *ita plane Serv. ad Georg. IV, 380:* carchesia — poculorum sunt genera. — *praeterea cf. Macrob. V, 21, 3. — nota autem plura nomina poculorum graecorum ducta a re navali, ut Macrob. adnotat V, 21, 9.* — Verg.; *cf. 312, 28 sqq.* — V *cdd. potiores 312, ubi in deterioribus respectu Georg. exempli, quod habes v. 17, turbatum;* I *h. l.* — 16 carthesia *Bamb.; ita et infra ubique.* — 17 III *H post ras.; G.* — 18 et *om. cdd.* — meoni (meonii *pr. H*) *cdd.* — carcesia *pr. L.*

Alias summa pars mali, id est foramina quae summo mali funes recipiunt. Lucilius *tertio:*

tertius hinc mali superat carchesia summa.

Catullus Veronensis:

lucida qua splendent *summi* carchesia mali.

HIRNEA, vas vinarium. Plautus in Amphitryone:

cádus erat vini: índe inplevi hírneam.

MIXTARIVM, *vas* quo miscemus. Lucilius lib. V:

urceus aut longus gemina mixtarius aure.

CALPAR nomine antiquo dolium. Varro de vita populi Romani lib. I: quod, antequam nomen || dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum.

TRVLLEVM, *vas*, quo manus perluuntur. Varro de vita populi Romani lib. I: ʿitaque ea sibi modo ponere ac suspendere† quae

---

20 Lucilius III; cf. comm. || 22 64, 235ᵇ. cf. comm. || 24 I, 1, 273 || 26 Lucilius l. V || 28 Varro de vita pop. Rom. I || 3 Varro de vita pop. Rom. I.

---

19 Alias (Alia *ex corr.*) *per lemma L;* alia *Bamb.;* Lias *G; lib. Basiliens.; et ita ed. a. 1471; 76; 80; 98; Pius.* — **20. 21** tertio (*seq.* tertius) *add. M* (tertio hic *lib. Basil.*). — tertio. *in archetypo Nonii numeri aliquotiens fuere litteris perscripti.* — tertius; *sc.* fluctus; τρικυμία. — *non enim credo legendum:* Lucilius tertio: sic mali superat carchesia summa. — hinc H_1*;* hic *rell.* — **22** Cat. Ver. (Vir. L_1). *mirum etiam Schwabium, recentissimum Catulli editorem, circumspecti iudicii virum ac sobrii, obsecutum Riesio hunc versum, quem c. LXIV post v. 235 inserendum olim videre docti, abiudicare a Catullo, cum et aptissime referri ad locum, quem dixi, constet neque occultum sit cur exciderit, Isidori autem auctoritas, qui Orig. XIX, 2, 10 adscribit Cinnae (usus illo ut solet scholiasta Lucani in V, 418 pg. 377 ed. Weberi) haud dubie sit inferior Noniana. — cf. Praefat. Catulli nostri pg. XXX sq.; ubi item notatum ab Isidoro XIX, 33, 3 etiam alium illius carminis versum tribui Cinnae.* — **23** qua splendent summi *Ald.;* qua splendet *cdd. Non.;* confulgent alti *v. ap. Is.;* cum fulgent summi *schol. Luc.* — **24** Hirnea *Quicheratus;* Cyrnea *cdd.; a Nonio scriptum vid.* Hyrnea; hyrneam *et f. om.* h. — *cet. cf. Diomed. gramm. lat. I, 326, 22* hirnia, hirniola; *ubi cd. Monac.* hernia, herniola. — **25** cadus erat ibi vini *bene C. F. G. Muellerus.* — hirneam *meliores libri Pl.;* cyrneam *C, Bamb.* — **26** Mystarium, *tum* Myxtarium *G.* — vas *add. M.* — myscemus *G;* miscimus L_1. — **27** aut; *puto* ac; et *I. Dousa.* — l. g.; gemina longus *Fr. Dousa;* longe (longo *interpolatione inepta liber Basil.*) gemino *cdd.* — mixtariis *G.* — aure (*poterat* aurei) *vel* ansa *I. Dousa;* paulo *cdd.* — *illud* gemina aure *nescio an etiam ad urceum pertineat.* — gemina — aure; *i. e.* δίωτος. — urceus aut longa geminus mistarius ansa *non bene Bentin.* — **28** Calpur H_1. — Calpar; *cf. Paul. 46; 65 s. l.* calpar. — antiqui *pr. L.* — **3** Trulleam *Bamb.* — vas *add. M.* — **4** II *P; pr. H.* — itaque ea sibi modo (mo H_1) ponere ac suspendere (accuspendere *Bamb.*). *haec salva esse nullo possunt modo. f.* itaque ea civis (*pro* cives) modo petere ac suspicere. *non enim placet illud:* itaque ea sibi domi ponere ac suspendere. *namque ipsum* suspendendi *verbum videtur subridiculum.*

utilitas postularet: trulleum, matellionem, pelvim, nassiternam, non quae luxoriae causa essent paranda.' — et: 'urceolum aquae manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. unde manalis lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari quis non noverit? unde nomen illius.'

ARMILLVM, urcioli genus vinarii. Varro de vita populi Romani lib. I: etiamnunc pocula quae vocant capulas ac capides [quod est poculi genus], item armillum, quod est urcioli genus vinarii.

SINVM et GALEOLA, vasa sinuosa. Vergilius in Bucolicis:

sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
expectare sat est.

Varro de vita populi Romani lib. I: ubi erat vinum in mensa positum aut galeolam aut sinum.

LEPISTAE. Varro de vita populi Romani lib. I: ut fere habent

---

6 Varro de vita pop. Rom.; cf. comm. ‖ 11 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 15 VII, 33 ‖ 18 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 20 Varro de vita pop. Rom. I.

---

5 trulleam *Bamb.* — matellionem *Bent.;* matelliorem *cdd.* — massiternam H_1; mnassiternam L_2; *G; in H m. 2 ante* ma *supra scr.* n, *ut sit* nmassiternam. *voluit corrector* mnassiternam (nassiternam *male* Ho_2). — 6 luxoriae *L, H, Lugd.;* luxuriae *G.* — essent *Scal.;* esse *cdd.* — paranda *M; cf. supra:* quae utilitas postularet; parata *v.* — et *Kettnerus pg. 28* (et lib. II *Scal.*); eius (*seq.* us) *cdd. (nov. l. L) pr.* H_1, *P, qui habent* ius. — aquae manale *P; Scal.;* aquae manalem *C;* aqua manalem *Bamb.; Par. 7665; 6.* — *f.* aquimanale; *sicut* aquilex. — aquaemanale *qui scribunt poterunt adferre Pauli pg. 2 illud* aquaelicium. — *cf. et Paul. 128 l.* manalem lapidem. — 7 *f.* effunditur. — 8 *puto* tum. — 9 *f.* exorantur. — antiquissimus L_1. — manale sacrum *P; M;* manalem sacrum *v.* — 10 norit *probabiliter Spengelius, Emend. Varron. spec. I pg. 5, sec. morem Varronis; cf. Kettneri progr. scholae Rosslebianae pg. 1868 ed. initium.* — 11 urceoli *cdd. pr.* L_1. — vinarii *pr. L;* vinari *rell.* — 12 etiamnunc; *sc.* sunt in usu. — capulas *ed. a. 1471;* capullas *C, Bamb.* — *puto* quae capulas vocant ac capides. — 13 quod est poculi (populi *Bamb.*) genus (gen *avulsa parte relicua L*) *del. Popma.* — urceoli *cdd. pr.* L_1. — vinarii *Ald.;* vinari *cdd.* — 15 galeola *Ald.;* galeolas *C;* galeolos *Bamb.* — Verg.; *cf. 211, 26; ubi om. huius l. mentio.* — 16 quodannis L_1; *Lugd.;* quot annis *Bamb. sec. Beckerum.* — 17 exsp. *Bamb.* — 18. 19 Varro; *truncatum h. l. docent schol. Veron., Serv. Daniel. in ecl. VII, 33; cf. et Prisc. pg. 714; quem vel Nonio vel auctore Nonii usum apparet; Varr. de l. l. V, 123.* — *Varronis fuerunt haec fere:* ubi (*i. e.* in quo) erat vinum in mensa positum aut lepestam dicebant aut galeolam aut sinum. tria enim haec similia sunt; pro quibus nunc acratophoron dicitur. — in mensa *schol. Veron.; Prisc.;* in mensam *cdd.* — galeolam *schol. Veron.; Serv.;* galeola *cdd. Prisc. et Non.* — sinum *schol. Ver.; Serv.; Prisc.;* sinu *C, Bamb.* — 20 Lepistae; *cf. Varr. V, 123; Naev. Bell. Pun. I, 9.* — Laepistae *Bamb.;* Lepiste *H.* — Lepistae vas aeneum *Par. 7665.*

aeneum illi, qui venditant oleum. lepistae etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae.

CRETERRA est quam nunc situlam vocant. Naevius Lycurgo:

námque ludere út laetantis ínter sese vídimus
própter amnem, aquám creterris súmere ex fonte . . .

Varro de vita populi Romani lib. III: ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, creterrae, anancaea, opera nobilium toreutarum. || [Cicero de deorum natura lib. II:

in medioque sinu fulgens Cretera relucet.]

XVI.

INCIPIT

DE GENERIBVS CALCIAMENTORVM.

* * *

---

23 Naevius Lycurgo XV || 26 Varro de vita pop. Rom. III || 1 II, 44, 114 (Arat. 219).

---

21 illi qui *M;* aliqui *cdd.;* alii qui *Popma;* qui Me_1. — vendant L_1. — laepistae *Bamb.* — 22 finis H_1. — pauperiobus *pr. L;* pauperibus H_1. — aut files *L*, H_1, *Bamb.* — aeneae *Bamb.;* haenae, *m. 2* haeneae *H;* aenae (aene L_1) L_2, *G.* — 23 Creterra (Cretera *Bamb.*); *cf. Paul. 53 l.* creterrae. — Naev. (Nevius *cdd.*); *cf. 84 l.* creterra *ibique comm.* — 24 namque ludere ut *Vossius;* nam ut ludere *C;* nam ue ludere *Bamb.* — inter; in H_1. — sese *Vossius;* se *cdd.* — 25 propter *Iun.;* praeter *cdd.* — aquam creterris sumere ex fonte *Ribbeckius;* creterris (creteris *Bamb.; pr. L*) sumere aquam ex fonte (*ita* H_1*; cdd. plerique pg. 84; hic* ex ponte L_2; H_2; *G;* ex sponte L_1; *Bamb.*). — 26 sybaritanam *Bamb.;* sibaritanam *Lugd.; ed. princ.;* scybaritanam *C.* — 27 creterraen *Bamb.; cf. notam seq.* — anancaea *Turneb.; cf. Adversar. XXI, 12; Plaut. Rud. 363;* opera *M;* anancea populo *C;* hancea populo *Bamb.* — anancaea pocula *Canterus.* — 1 toreutarum *Rothius;* tareutarum *C;* tartiuarum (*vel* tartiutarum) *Bamb.* — 1. 2 Cic. — reluces. *haec ab interpolatore vid. addita.* — in mediaque *cdd.* — creterrae lucis L_2, *H, G;* creterare lucis L_1; cretera relucis *Bamb.; Par. 7666* (creterrare lucis *Lugd.*). — cretera *in libris de d. nat. Vindob. m. 1; in Arateis Harleianus et h. l. et v. 387; quod iniuria sprevere docti;* cratera *rell.* — relucet *Pius ex Cic.; f. ab interpolatore datum* reluces. — 4. 5 *absunt a cdd.; cf. pg. XIV; XVI.* — de gen. calciam.; *cf. Isid. Or. XIX, 34.*

XVII.

INCIPIT

DE COLORIBVS VESTIMENTORVM.

CVMATILIS *color*, aut marinus aut caeruleus; a graeco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim graece cymata dicuntur. Titinius Setina:

et quém colos cumátilis deceát?

Plautus in Epidico:

cumatile aut plumatile.

MOLOCHINVM, a graeco, color floris similis malvae. Caecilius Pausimacho:

carbásina, molochina, ámpelina.

[Plautus in Aulularia institores molochini coloris molochinarios appellavit.]

INPLVVIATVS color, quasi fumato stilicidio inplutus, qui est Mutinensis quem nunc dicimus. Plautus in Epidico:

ínpluiata, ut ístae faciunt véstimentis nómina.

---

12 Titinius Setina ‖ 14 II, 2, 49 ‖ 16 Caecilius Pausimacho ‖ 19 III, 5, 40 ‖ 22 II, 2, 40.

---

8 Incipit *om. H.* — **9** de col. vest.; de coloribus *Index;* de genere (gener̄ *L*) vel colore vestimentorum *C, Bamb.* — *cf. Isidor. XIX, 28:* de coloribus vestium; *ib. 17:* de coloribus. — *ad vestium potissimum colorem cum pertineat capitulum seq., inscribendum puto* de coloribus vestimentorum. — **10** Cumatius *pr. H;* Pumatilis *G;* Plumatilis *mrg. G.* — col. *add. M.* — ceruleus *H.* — **11** κύματα *Ald.* — **13** ecquem *Bothius.* — cumatius *C; non Bamb.* — **14** Pl.; *cf. comm. in 540 l.* plumatile. — **16** *cf. comm. in 540 l.* mollicina. — floris *M* (*seq.* s); *cf. v. 11;* flori *v.* — **18** molichina *ex corr. H; Gs.* — ampelina *Bent.;* amperina *cdd.* (amperita L_1; am̃perinata H_1). — **19. 20** *secl. M.* — *f.* ita Plautus. — **19** institutores *L; pr. H; item in mrg. repos.* institutores. — infectores *Pius; cf. Aulul. v. 521.* — molocini *pr. L.* — colores *L,* H_1, *Bamb.* — molochinarios *H, Lugd.;* molocinarios *L; Par. 7666;* molicinarios *G.* — **21** *n. N.* — fum.; *i. e.* fumi colorem referente. — stilicidio *pr. L;* stillicidio *rell.; cf. Lachm. comm. Lucr. pg. 33.* — **22** mutinenses L_1. — **23** inpluiata L_1; impl. *m. 2;* H_1; *G;* inpluviata *Bamb., ut vid.;* impluviata H_2. — inpluviata *et Ambros. Pl.; at B, I* inpluviatam (impl.); *quod recte habet nisi in v. praec. olim fuit:* qui erat induta? an regilla inducula an mendicula? *et in seq.:* utin inpluvio induta fuerit? — *aliter Reblinus pg. 33 sq.* — iste *Bamb.;* istaec *B, I Pl.; non Ambros.* — faciunt *et Ambr. Pl.;* facimus (mus *in ras.* B_2) *B, I.* — *cf. Caes. pg. 115.*

548. 549 M.

CALTVLAM et CROCOTVLAM. utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco. [Vergilius in Bucolicis:

pinguia luteola pingit vaccinia calta.]

Plautus in Epidico:

índusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam.

Novius Pedio:

móllicinam, crocótam, ricam, chéridotam, rícinum.

Naevius Lycurgo:

pállis, patagiís, crocotis, málaciis, moneílibus.

sed caltulam Varro de vita populi Romani lib. I palleolum breve voluit haberi: caltula est palliolum praecinctui, quo nudae infra papillas praecinguntur; quo mulieres nunc et eo magis utuntur, postquam subuculis desierunt.

CERINVM, a cerae colore. Plautus in Epidico: ||

plumatile aut cumatile, cerinum aut gelinum.†

---

25 II, 50 ‖ 27 II, 2, 47 ‖ 29 Novius Pedio ‖ 31 Naevius Lycurgo XVI ‖ 33 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 37 II, 2, 49.

---

24 Calltulam *Bamb.;* Calcatulam *pr. L.* — procotulam L_1. — a *om. G.* — **25. 26** Vergil. *e. q. s. secl. M.* — a calta; alta, *supra scr.* ac, *L.* — mollia *Verg.* — pinguia *f. ex seq.* pingit *ortum.* — lateola H_1. — pinguit *Bamb.* — vacchinia *cdd.* (vaccinia *Par. 7665*). — acalca L_1. — **27** Plautus; *cf. comm. in 539 l.* indusium. — **28. 29** *in mrg. add. L.* — indusiatam; inlusiatam *Bamb.;* illusiatam *rell.; f.* intusiatam; *cf. comm. in 539 l. m.* — pactagiatam *Bamb.* — crocotulam *et Ambr. Pl.; ubi B, I* crutulam. — Novius; *cf. comm. in 539 l.* rica. — Poedio *Lugd.* — **30** *h. l. cdd.:* mollicinam (*ita L, H; Lugd.; cf. comm. in 540 l.* mollicina; molicinam *Gs*) crocatam (crocatulam *Bamb.*) uridotam richam (ricam *Par. 7666*) ricinium. — **31** Naevius (Nev. *H, Bamb.*); *cf. comm. in 540 l.* patagium. — lygurco, *m. 2* lycurco *L;* licurgo *Bamb.* — **32** malatiis (malitiis, *in mrg.* malachium *Ho*) *C; non Bamb.* — mortalibus *cdd. h. l.; cf. 540.* — *sane magis aptum esset vestis genus.* — **33** caltulam *ed. a. 1471;* castulam *cdd.* — *hoc qui tuentur ad* graecum *κασᾶς provocant. at ita solito magis nugatum existimes oportet Nonium.* — palleorum L_1; palliolum *rell.* — **34** Castula *per lemma novum, velut Nonii sequerentur verba, L, P; et ita edd. ante Me.* — caltula *Quicheratus;* castula *cdd.* (cartula *Ho*). — quo *ed. a. 1471;* quod *cdd.* — **35** et *om. Bamb.* — eo; e *m. 2, ut vid., L.* — **36** postq.; quam *Bamb.* — *f. olim fuit* quoniam. — **37** Caerinum *cdd.;* Cerinum *ed. princ.* — cere *L;* caerae *ed. Bas.; Bamb., ut vid.* — colere *H; Lugd.* — Pl.; *cf. 540 l.* plumatile. — **1** aut cumatile *a correctore add. in L.* — cumatilae *Bamb.* — cumatile aut plumatile *cdd. 540; 548; item ap. Pl.* — cerinum (caer. *Lugd.*); carinum (*vel* carenum) *Ambr. Pl.;* garinum *B, I.* — gelinum; gerrinum *Ambr., B, I ap. Pl.* — *totum versum non videri spurium nobis, sed graviter corruptum comm. in pg. 540 est adnotatum.* — *emendare non possum, excepto quod in fine tetrametri trochaici fuisse existimo:* aut cerinum; cerae maximae. *nam Plauti aetate et insequente saeculo pro* gerrae *multi dicebant* cerae. *cf. comm. in Luc. lib. inc. 143:* Tappuiam *(ita recte, ut puto, Lachmannus)* rident legem concerae optimi. — *vide et Caes. pg. 66.*

FERRVGINEVM colorem ferri similem esse volunt; vere autem ferrugineus color caeruleus est. Vergilius Georg. lib. IIII:

et ferrugineos hyacinthos.

Plautus in Milite:

pálliolum habeas férrugineum: nam ís colos thalássicust.

OSTRINAM, ab ostri colore, qui est subrubeus. Turpilius Hetaera:

intérea aspexit vírginem
intrántem, in capite indútam ostrinam rículam.

Varro Eumenidibus:

aurórat ostrinum híc indutus súpparum.

MVREX, color purpureus. Vergilius in Bucolicis:

ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice.

et Aen. lib. IIII:

Tyrioque ardebat murice lena.

LVTEVS color proprie crocinus est. Vergilius in Bucolicis:

iam croceo mutabit vellera luto.

et Aen. lib. VII:

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Varro Eumenidibus: nam ut arquatis et lutea quae non sunt

---

3 IV, 183 ‖ 5 IV, 4, 43 ‖ 7 Turpilius Hetaera ‖ 11 Varro Eumenidibus ‖ 13 IV, 43 ‖ 16 IV, 262 ‖ 18 IV, 44 ‖ 20 VII, 26 ‖ 22 Varro Eumenidibus.

---

2 colore *L; Lugd.* — simile *L, Bamb.* — fere autem H_1. — 3 color *om. G.* — 4 ferrogineos L_1; ferrugineus L_2; *H; G; Bamb.* — hyacinctus *H;* hiacinctus *G;* hyacintus L_2; hiacintus *Bamb.;* hyacintos L_1. — *secutus sum primam manum Lugdunensis, sed nescio an ut* myrtus, *etiam* hyacinthus *interdum sit inflexum secundum quartam.* — 6 palleolum *G.* — habes H_1. — thalassicust *Camerarius;* thalassicus est *C;* thalassicut est *Bamb.* — talassicus *fere Palatini Pl.* (siccolost alassicus; isis colost alassicus; isisco lost talassicus; *de Ambros. non sat constat; cf. Caes. pg. 116*). — 7 ab — colore *Me;* ad — colorem *cdd.* — Turpil.; *cf. 539 l.* rica *ibique comm.* — 8 hetera *cdd.* — 10 *cdd. h. l.:* iniectam in capite riculam indutam (induta *Bamb.*) ostrinam. — 11 Varro; *cf. 540 l.* supparum *ibique comm.* — 12 aurorat ostrinum *e cd. Iac. Susii Iun., qui* aurorat *explicat per* lucescit (*potius* lucet); aurorat ostrinam L_1; aurora tonstrinam L_2, *H, G;* aurora tostrinam *Bamb. sec. Riesium.* — aurorans *per* illuminans *explicant glosae ap. Loewium Prodromi pg. 360.* — 13 purpureus *om. Bamb.* — 14 arus L_1. — 16 *cf. comm. in 240, 26.* — 17 ardebant H_1. — lene *L; Lugd.;* lenae H_1. — 18 crocenus *Bamb.* — Verg.; *om.* L_1; *Bamb.;* Virgilius *per compendium add.* L_2. — 19 mutavit *C; non Bamb.* — 21 lutea uigiis L_1. — 22 Varro; *cf. 35 l.* arquatus *ibique comm.* — Eumenidius *solus G.*

et quae sunt lutea videntur; sic insanis sani et furiosi esse videntur insani. — idem Modio: sed cynicis involucrum et palleum luteum non est.

CROCOTA, crocei coloris vestis. Plautus in Aulularia:

cum incédunt infectóres corcotárii.

VIOLACIA, a violae colore. Plautus in Aulularia:

flammárii, violárii , cariárii.†

PVLLVS color est quem nunc Spanum vel nativum dicimus. Varro de vita populi Romani lib. III: ut dum supra terram esset, riciniis lugerent, funere ipso, ut pullis palliis amictae. ||

ANTHRACINVS *color*, niger, a graeco. anthraces enim graece carbones [latine] appellantur. et est lugentium vestis. Varro de vita populi Romani lib. III: propinquae adulescentulae etiam anthracinis, proxumae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum.

---

24 Varro Modio || 26 III, 5, 47 || 28 III, 5, 36 || 31 Varro de vita pop. Rom. III || 2 Varro de vita pop. Rom. III.

---

23. 24 et quae sunt *cdd. fere 35; h. l.:* aequae (aeq̃; *G;* aeque *Bamb.*) ut. — videntur esse *cdd. melius pg. 35.* — 24 cinicis *G.* — 26 Crocota *Pius;* Crocuta *cdd.* — vestes L_1. — 27 incedunt *Bamb.; v.;* incendunt *C.* — cedunt *Scal.; cf. 251 l.* cedere, incedere. — corcotarii *G. Wagnerus;* crocotarii *C; Bamb.; et ita vel* crocotarum *cdd. Pl.* — *cf. 538 s. l.* strofium *versum Aululariae cum comm.* — *et sic omnino illud* corcus *quaeque inde descendunt Plautum et antiquiores extulisse haud improbabile.* — 28 Violatia L_2, *H, Bamb.* — autolae *pro* a violae L_1. — Plaut.; *cf. comm. in 541 l.* flammeus. — 29 flammari *C; non Bamb.* — violari *cdd. pr. L; H.* — cariari *L, H ex corr., G; non Bamb.* — *cf. comm. in 541.* — 30 Pullus; *in mrg. Ho, G:* pullus fuscus ut virg. *(Georg. III, 389)* infuscet vellera pullis; *cf. 368 l.* pullum, non album. — Spanum. *sic utrum scripserit Numida, ut interdum factum aetate ultima, an quod docti reposuere* Hispanum *aegre definias.* — 31 esset *Scal.;* essent *cdd.* — *quod si recte habeat, apparet supplendum illud* mortui. — 32 riciniis *Scal.; cf. Varr. V, 132 sq.; pg. 542 l.* ricinium; ricinis *cdd.* (ricinus *Lugd.*). — *puto* funere in ipso. — pallis *C;* palis *Bamb.;* palliis *Scal.* — *cet. verborum ordo turbatus. reponendum vid.* riciniis amictae lugerent (*vel* lugerent amictae). — 1 Anthratinus — anthrates *Bamb.* — color *solus habet Par. 7665.* — *ἄνθρακες Ald.* — 2 lat. *secl. M.* — 3 adolescentulae *Bamb.* — antracinis *pr. H.* — 4 proximae *Iun.;* proxumo *C;* proximo *Bamb.* — capillo; *cf. Charis. pg. 80 sq.* — demisso *Ald.;* dimisso *cdd.*

XVIII.

INCIPIT

DE GENERIBVS CIBORVM VEL POTIONVM.

ASPARAGOS. Varro Virgula divina: oleum in lucubrationem servabimus *melius*, quam in asparagos totam lecythum evortamus.

BLITVM, olus leve. Varro Eumenidibus: Empedocles natos homines ex terra ait ut blitum.

LAPATIVM. Varro Modio:

volúptatem hanc éandem
tacítulus taxim cónsequi lapátio et tisana póssum.

MENAE. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. II:

---

8 Varro Virgula divina ‖ 10 Varro Eumenidibus ‖ 12 Varro Modio ‖ 15 II, 28, 91.

---

6 Incipit *om. Bamb.* — 7 de generibus ciborum vel potionum *Index.* — *h. l.* de generibus H_1*; Bamb.; Paris. 7665; 6;* de genere *L*, H_2, *G.* — cyborum *Bamb.* — pomorum *C, Bamb.;* potuum *ed. princ.* — *admodum minutum et exile hoc caput. etiam lemmatum explanationes saepius desunt. — f. hausta quaedam.* — 8 Asparagos *cd. Arnaldi; Iunius;* Sparagos *v.* — *error haud dubie rubricatoris culpa in archetypo ortus Nonii.* — lugubrationem *Bamb.; Par. 7666.* — 9 servabimus *Oehlerus;* servavimus *L, H, Bamb.;* serviamus *G.* — melius *add. M (praec.* mus); potius *Ribbeckius.* — asparagos *cd. Arnoldi, ut vid.; Iun.;* sparagos *C;* spargos *Par. 7665; Bamb.* — *cf. Varro V, 104.* — totam *Roeperus;* totum *cdd.* — lecythum evertamus *Rothius* (evortamus *M*); legitum evertamus *L, H*, G_2*; in mrg. G* legitum pro lecto; legitime vertamus G_1*;* legitime variamus *Bamb.;* variamus *et Par. 7665; Montepess.;* veriamus *Par. 7666; in quibus utrum* legitime *sit an* legitume *non constat.* — totum lecythium evertamus *Buechelerus.* — 10 leve *G sec. Rothium; ed. a. 1471;* lene *L; H; Gs; testatur Riesius; Par. 7665;* lenae *Bamb.* — 11 ait *om.* L_1. — aut *pr. L.* — 12 Lapadium *H, G, Bamb.;* Lapidium *L;* lapatium *mrg. Ho, G.* — modo *pr. H.* — 13. 14 *septenarios Meinekium secutus instituit M.* — voluptatem hanc eandem *M;* hanc eandem (eadem G_1) voluptatem *cdd.* — tacitulus *et Par. 7665;* tacitus *Par. 7666;* taciturus *Lugd.* — traxim *Lugd.* — lapathio *Bamb. (Lugd.; Par. 7666) infra.* — tisana (cisana *G*); *ita et infra Bamb.* — tisanarium *vel sim., om.* p, *libri Hor. paene omnes Sat. II, 3, 155. cf. et Plin. XVIII, 7, 13.* — lapathio et ptisana *v.* — possim *Bamb.; Par. 7665; 6.* — *post v. 14 Bamb., Lugd., item Par. 7666 (exc. quod de lemmate non constat) addunt haec (Bamb. tantum scripturam posui):* Tisana (Pisana, *ut videbatur, Fleckeisenus*). Varro modio hanc eandem voluptatem tracitus traxim consequi lapathio ex (et *Lugd.*) tisana possim. — *f. olim fuit lemma:* Lapatium et tisana. — 15 Maenae *Bamb.* — malorum et bonorum *Bamb.*

qui enim voluptates ipsas contempnunt, eis licet dicere se acipenserem menae non anteponere.

ACIPENSER, piscis genus. Cicero Tusculanarum lib. III: et siquem tuorum adflictum merore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis?

NASTVRCIVM. Cicero Tusculanarum lib. V: quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasiturcium.

MARISCAE. Varro de re rustica lib. I: ut nuces graecae ac mariscae fici.

OCINVM, quod ocimum dicimus. Varro de re rustica lib. I: primum ocinum, farraginem, viciam, novissime ‖ faenum secari. ocinum dictum a graeco verbo oceos, quod venit cito; similiter quod ocimum in horto.

LOPADES, genus concae marinae. Plautus Parasito medico:

ádditе
lopadás, ecinos, óstreas.

MVRRINA, potio confecta. Varro Anthropopoli: non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, 'múrinam, passum, defrútum.'

---

18 III, 18, 43 ‖ 21 V, 34, 99 ‖ 23 I, 6, 4 ‖ 25 I, 31, 4 ‖ 4 Plautus Parasito medico ‖ 7 Varro Anthropopoli ‖ 8 Pseud. II, 4, 51.

---

16 voluptates *ed. princ.;* voluntates *cdd.* — voluptatem ipsam *Cic.* — contemnunt *H, Bamb.;* contempnunt *et Par. 7666.* — eis; is *melius cd. Palatin. prior Cic. m. 1 (ubi rell.* iis *vel* his). — acipenserem *Bentin. (ita et in v. 18; 19);* accipienserem (accipiens erem L_1, *H*) *cdd.; Cicero* acupenserem; *cf. comm. in Luc. IV, 3.* — **17** maenae *Bamb.* — **18** Accipienser *cdd.* — III L_1*; pr. H;* I *rell.; Lugd.; Par. 7666.* — ut *Bamb.* — **19** adflictum *cdd. Cic.;* adfictum L_1*;* adfectum L_2*; ed. Bas.;* affectum *H, Bamb.* — maerore *Bamb.* — accipienserem *cdd. Non.;* accipenserem *libri boni Cic.* — **20** aliquam *G.* — **21** Nasturtium G_2*; Bamb.* — **22** quicquam L_2*, H, Bamb.* — nasiturcium *M;* nasciturcium *L;* nascitur cium Ho_1 (nascitur ium *pr. Hs*); nasturcium Ho_2*; ed. Bas.; cdd. Cic.* (nastur ium *Hs ex corr.*); nasturtium *Bamb.* — *cf. 12 l.* vestispici. — *ubi appositus l. Varronis demonstrat et per* c *melius scribi illud quam per* t *et potuisse a Cic. usurpari* nasiturcium. — **23—25** Marisce. Varro de re rustica lib. I primum ocinum, *om. mediis, Bamb.* — graece ac marisce *C.* — **25** quod ocinum, *mut. in* quod ocimum *Gs.* — **1** ocium *G.* — farraginem *Varro;* farracinam *cdd. (om. G).* — vicinam *pr. L.* — faenum *v.;* frenum *C, Bamb.* — secari *Varro;* vocari *cdd.* — **2** ocium *Bamb.* — dictum a graeco *(ita C) om. Bamb.* — ocaeos *C;* oceos *Bamb.; item cdd. Varr.; Plin. Nat. Hist. XVIII, 16, 42;* ὠκέως *Me.* — quod; quo *cdd. Varr.* — v. *Quicheratus;* vae *C, Bamb.* (quo duae *L*); valet *cdd. Varr.; cf. Plin.* — cito *Varro;* citos (*seq.* s) *cdd.* — **3** ocinum H_1*; G.* — horto *Varro;* cortho *C, Bamb.* — **4** paracito *cdd.; corr. ed. a. 1471.* — **5** addit ea *Bamb.* — **6** lopadas; *a* lopada. — lopades L_2*; H; Bamb.* — *cet. cf. Rud. 297.* — **7** Murrina *ed. princ.;* Murruna *cdd.* — *cf. Fest. 144 l.* murrina; *Plin. N. Hist. XIV, 13, 15.* — potio confecta; *cf. infra v. 14.* — antro populi *cdd.* — **8** murinam; murrinam *cdd. Pl. cum Ambr.;* murmurena *C, Bamb.* — defrutum

551 M.

— Varro† de vita populi Romani lib. I: tum autem murina; loram† dicebant in vindemia, cum expressissent *ex* acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent.

PORTVLACA. Varro Disciplinarum lib. VIII: manducata portulaca cito tollit.

LOREA, confectae potionis genus, grandaevis aptum. Varro de vita populi Romani lib. I: antiquae mulieres maiores natu bibebant loream aut sapam aut defrutum aut passum, quam murinam quidam Plautum appellare putant.

SAPA, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de vita populi Romani lib. I: sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant; defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo.

PASSVM. Varro de vita populi Romani lib. I: passam no-

---

9 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 12 Varro Disciplinarium VIII ‖ 14 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 17 Plautus; cf. comm. ‖ 19 Varro de vita pop. Rom. I ‖ 22 Varro de vita pop. Rom. I.

(defructum) *cdd. Pl.; Plinii;* defructum *Bamb.;* defritum *C; cf. Serv. in Georg. II, 93; Corseni de pronunt. linguae lat. I, 145.* — 9 Varro; porro L_1*; f. recte. — certe illud* Varro *a Nonio alienum.* — tum *Iun.;* tu *cdd.* — murina; murrhina *Ald.;* murmurina *cdd.* — tum autem murina. *videtur praecessisse vel antiquius huius potionis nomen (cf. infra l.* lorea) *vel alterius potionis mentio quae ante murrinam fuisset in usu.* — loram; *novum l. L, H; Par. 7665;* lorem *Bamb. — ac videtur recte hinc fieri alterius lemmatis initium. neque improbabile post* murina *hausta quaedam quae ad superiora pertinerent ac tum ut puta haec:* Lora. Varro de v. p. R. lib. I. — 10 ex *add. Quicheratus; cf. v. 26 sq. (praec.* ent). — achinis *pr. L;* H_1. — 11 coniecissent. *haustum Nonii vel librariorum culpa ut puta hoc* addita aqua *vel* eoque aquam addidissent; *cf. Varr. de re r. I, 54, 3. — et vestigium veri servatum cdd. H, G; quorum in margine leguntur haec:* loram vinaciam (lora vinacia *G*) aqua dilutam (diluta *G*). — 12 *hoc l. f. collocandum post v. 3.* — Portulaca *om. Bamb.* — Disciplinarum *Ritschelius Opusc. III; 367.* Disciplinae *cdd.* — maducata *pr. L;* mandulaca *Bamb.* — 13 cito (into *pr. H*) tollit; *cf. Plin. XX, 20, 81; ubi* porcillaca. — 14 Lorea *M;* lora *v.* — *cf. comm. in v. 9; Gell. X, 23; qui dicit eos qui de victu atque cultu pop. Rom. scripserint referre mulieres olim solitas bibere loream, passum, murrinam et quae id genus sapiant potu dulcia.* — potiones *L.* — grandevis *C; non Bamb.* — 15 maiores *om. Bamb.* — 16 loream *M;* loram *v.* — sapam *Ald.;* samiam *cdd.* — defructum *Bamb.;* defretum *L;* H_1*;* defritum H_2*; G.* — murmurinam *C, Bamb.;* murrinam *Par. 7665; ed. princ.* — 17 quidem *C pr.* G_1*; Bamb.* — Plautum *Ald.; ed. Bas.;* Plautus *L; H; Gs; Lugd.; Par. 7665; 6.* — Pl.; *potuit dubitari ut puta de vv. 2; 270 frgm. a Wintero editorum. at male a nonnullis Pseudoli locus, supra s. l.* murrina *memoratus huc refertur. — ex quo potius apparet sententia lapsos, quos Varro memorat.* — putant *Ald.;* putat *C;* prole *Bamb.; Par. 7666;* solet *Par. 7665.* — 18 mellatuum *Bamb.* — 20 mosto L_1. — defructum *Bamb.;* defretum *C.* — 21 redigerant L_1*;* H_1. — 22 Verro *G.* — passam *M;* passum *v.*

minabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri * * *

MORIOLAM. Varro de vita populi Romani lib. I: vino addito loram, passum mutare coeperunt; muriolam nominabant, quom ex uvis expressum erat passum et ad folliculos reiculos et vinacia adiecerant || sapam.

TVRVNDAM, ut libum, sacrum quoddam ec farre genus panificii. Varro Cato vel de liberis educandis: alii adferunt libum ac turundam.

XVIIII.

INCIPIT

DE GENERIBVS ARMORVM.

CATAPVLTA, iaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione:

> átque ita te nervó torquebo . . ut catapultaé solent.

Titinius in Setina:

---

25 Varro de vita pop. Rom. I || 3 Varro Cato || 8 V, 3, 12 || 10 Titinius Setina.

---

23 vindemia *Bamb.; v.;* vindemiam *C.* — coactam *Bamb.* — **23. 24** eamque (eamquae *pr. H*); *f.* quod (*vel* quia) eam passi essent. — *similes nugae ap. Serv. in Georg. II, 93:* et passo psithia utilior. — aduri. *hausta velut haec:* vinum ex ea expressum passum. — **25** Loriolam *hic et v. 26 Popma.* — murriolam *Paulus pg. 144; qui dicit ita a mulieribus vocatam potionem murrinam.* — vino; luno *Bamb.* — *ante illud* vino *haustum videtur adiectivum.* — **26** loram *Iun.;* lora *cdd.* — passum *Bent.;* passi *cdd.* — mutare *M;* vocare (vocari L_1) *cdd.* (potare *Popma*). — muriolam *C; Bamb.; cf. Paul. l. m.;* moriolam *Par. 7665; P.* — **26. 27** quom *M* (quom quod *Kettnerus*); quod *v.* — ex uvi H_1; exsuviis *Lugd., pr. L.* — quod ex uvis passis expressum quod *Par. 7665 sec. Quicheratum.* — fulliculos L_1, *H.* — reiculos *M;* reiquos *cdd.;* reliquos *cd. N. Fabri; Bent.* — **1** adiecerant *M; cf. supra v. 10, 11;* ea dicebant *cdd.;* adiiciebant *Iun.* — sapam *om. Bamb.;* aquam *non bene Popma; cf. Pauli l. supra memoratum.* — **2** libum *ed. princ. (ita et v. 3);* librum *cdd.* — ec *M;* et *C* (e *pr. L*); *Bamb.;* ex *Par. 7666; Me* (et ex *ed. princ.*). — farre; arrae *Bamb.* — panificii (*i. e.* panis) *Bentin ;* paneficii *cdd.* — **3** alii *Bamb.; Par. 7665; 6; v.;* ali *C* (*om.* L_1; alia, *supra* a *scr.* i, *Gs*). — librum *cdd.* — **7** de generibus *M;* de genere *v.* — de gen. armorum; *cf. Gell. X, 25, 1. 2; ubi telorum iaculorum gladiorumque referuntur nomina; Isidor. XVIII, 5—14.* — *ex hoc tractatu excerpta quaedam habent glosae Lugdunenses, quibus in primo et secundo capite usi sumus.* — **8** celer, *pro* celere. *ita semper Non.; cf. gr. lat. IV, 194, 19 sq.* — iac. — sagitta. *in Titinii tantum exemplo ac Varronis* catapulta *dicta, ut vult Nonius.* — **9** torquebo itidem ut *cdd. Pl.* — *sed nescio an hiatus sit durior. ac post* torquebo *facile potuit hauriri* ego. — **10** secina H_1.

quom prócul aspexit *órantem intro* inmíttier,
volucrís revortit, quási quom catapulta évolat.

Plautus in Captivis:

nám meus est ballísta pugnus; cúbitus catapultást mihi.

Pacuvius Paulo:

ut sóle orescit aéthra, castra crébro catapulta ínpulit.

Lucilius Satyrarum lib. V:

custodem classis catapultas, tela, sareisas.

Sisenna Hist. lib. III: praeterea catapultas sedecim, quattuor ballistas, viginti plaustra scorpiis ac minoribus sagittis honusta. — Varro de vita populi Romani lib. III: nam postea C. Lutatio consuli ad Aegatis insulas, cum ipse catapulta ictus esset.

VELITES, levis armatura. Titinius Barbato:

* * *

---

13 IV, 2, 16 ‖ 15 Pacuvius Paulo; cf. comm. ‖ 17 Lucilius l. V ‖ 19 Sisenna Hist. III ‖ 21 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 23 Titinius Barbato.

---

11 quom *Palmer.;* quem *cdd.* — quem ut *Ribbeckius.* — orantem *add. M;* intro *Ribbeckius* (intro mittier); inmittier *pr. H; Bothius;* inmitter *L, H ex corr., G;* immittere *Bamb.* — **12** volucris *M*; voluit *cdd.* — quasi cum *Bothius* (quom *Ribbeckius*); quo *Bamb.;* quoniam *(per compendium H) C.* — evolat *Bothius* (avolat *Neukirchius*); volat *cdd.* — **14** ballista *pr. L;* balista *rell.* — *(om.* nam) mihi haec balista pugnum est *scriptor de dubiis nominibus gr. lat. V, 587 s. l.* pugnum, *satis tenuis homo auctoritatis; unde Schoellius:* nam mihi hoc ballista pugnumst. — **15** Pacuvius Paulo *M;* novius (Naevius *L sec. Rothium; sed nihil notat Zangemeisterus;* Nevius *ed. a. 1498; et ita vel* Naevius *Pius, Ald., Iun., Me*) paceuo *cdd.* — Naevius Pacilio (*vel* Racemo *vel* Bacillo) *Bothius.* — *de Naevii Paulo cogitat Grauertus; de Novii Pacuio, si recte eum intellego, Ribbeckius.* — **16** sole orescit (*i. e.* aurescit) *Ribbeckius;* soleorescit *L, G, Bamb.;* solehorrescit *H;* sole ore scit *ed. a. 1471;* sol coruscat *Iun.* — (s. cor.) aethra *Quicherat.;* cerea (cereo *pr. Gs*) *cdd.* — ut sole aurescit terra *C. F. G. Muellerus.* — *illud* cerea *pessime defendit Ribbeckius adhibitis Titinii et Attae locis, ubi de tabulis ceratis agi manifestum.* — cebro *L,* H_1. — catapultam pulit G_1 (catapultam impulit *Gs;* imp. *et* L_2, *H, Bamb.*). — **18** clausis *Lugd.* — catapultas, tela *Rothius;* catapulta stila *L; Par. 7665; 6;* catapulta istila *H, G;* catapulta pultastila *Lugd.* — sareisas; sarasas *Bamb.;* sarisas *C.* — **19** caltapultas *G.* — **20** ballista *pr. L.* — vigisti *L; pr. H; Lugd.; Par. 7666.* — pl. *(ita v.)* scorpiis *Rothius;* plaustra scorris *Bamb.;* plautras (r *suprascr. L*) corris *L; pr. H; G sec. Petrum; Par. 7666;* plautra coriis *H ex corr.;* plautra scoriis *ed. Bas.* — *non bene* corytis *Lips.;* coricis *Scal.* — hostiuua L_1 *auctore Petro, qui vid. errare;* honusta *et G sec. Schneiderum et Petrum;* hostiusta G_1 *sec. Rothium;* onusta *Bamb.* — **21. 22** C. Lutatio *Paris. 7666; Ald.;* G. Lutatio *C;* conluctatio *Bamb. cum Lugd.* — a C. Lutatio consule *Popma.* — ad; apud *Me.* — aegatis *ed. a. 1476;* egatis *C, Bamb.* — ipse *ed. a. 1476;* ipsa *cdd.* — catapulsa *G.* — ict. abesset *Popma.* — **23** Velites *M; cf. 554* ferentarii, levis armatura; Veles *v.* — Vellitis equis *(cf. v. 25)* levi armatur. accincti *(leg.* equites levi armatura accincti) pedestris tamen pugnantis *gl.* — T. Barb.; *et*

* * * ita sparsus animatur in proelium veles; eques recipit se neque ferit quemquam hostem. — Sallustius in Iugurtae bello: cumque his permixti velites. — Varro *Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας*:

quém secuntur cúm rutundis vélites levés parmeis.

RORARII appellabantur milites qui, antequam congressae essent acies, primo non multis iaculis inibant proelium: tractum quod ante maximas || pluvias caelum rorare incipiat. Lucilius Satyrarum lib. VII:

quinque hastae, aureolo cinctu rorariu' veles.

idem lib. X:

pone paludatos stabat rorariu' velox.

Varro de vita populi Romani lib. III: r o r a r i i appellati quod *imminentibus* imbribus fere primum rorare incipit.

ANTESIGNANORVM proprietas aperta est. Varro *Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας*:

quém secuntur cúm rutundis vélites levés parmis,
ántesignaní quadratis múltisignibús tecti.

---

25 cf. comm. || 26 46, 7 || 27 Varro *Ἄμμον μετρεῖς* || 1 Lucilius l. VII || 4 Lucilius l. X || 6 Varro de vita pop. Rom. III || 8 Varro *Ἄμμον μετρεῖς*.

Titinii exemplum et nomen auctoris, cuius sequentia sunt, hausta intellexit Quicheratus. qui cum probabilitate Sisennam putavit auctorem. apud quem contortiores tumidioresque descriptiones haud infrequentes sat notum. — aliena autem haec ab omni versuum forma facile apparet. — **25** sparsus *M;* spurius *C;* in mund̄ (*i. e.* inmundus) purius *Bamb.; cuius librarium de eo quod est* spurcus *cogitasse apparet.* — ita Spurius (*scil.* locutus est) *Quicheratus.* — **26** Salustius *L.* — Iugurtae *pr. L;* Iugurthae *rell.* — **27** cum quo L_1. — ut cum eis *Sall.; vid. scribend.* cum queis. — velitis *cdd. pr.* H_2. — **27. 28** Varro; *cf. 553 l.* antesignanorum. — *Ἄμμον μετρεῖς, π. φ. Iun.; α (λ H) μουμενειϲε περι μα (λ G) ϱτυϱιαϲ cdd.* — **29** cum; quem H_1. — rututundis *pr. L;* retundis G_1*;* rotundis *Bamb.* — velites *Pius;* velitis *cdd. utrobique.* — parmis *cdd. 553* (parmeis *Vahlenus*); pareans *H; G_2; Bamb.;* parens L_1*;* parans *m. 2;* parcans, *m. 2 supra* c *scr.* e, *G.* — **30** Rorarii *ed. princ.;* Rorari *L, H;* Rori *Bamb.;* orari *G.* — congressae *Iun.;* congressi *cdd.* — **31** praelium *H.* — **1** pluvia celum *G.* — **3** cinotu G_1. — veles *mrg. Iun.;* velis *cdd.;* velox *cdd. usque ad Iun.; cf. v. 5.* — **5** paludatos *M;* paludatum *F. Dousa;* paludatus *cdd.* — rerarius G_1. — **6** IV *Bamb.* — rorarii *ed. a. 1471;* rorari (rori *Bamb.*) *cdd.* — **7** imminentibus *(cf. Hor. III, 27, 10) vel* instantibus *add. M.* — ferre (fexre *sec. Beckerum*) *Bamb.* — **8. 9** Antesignani. ante signa pugnantes *gl.* — Antesignorum proprietates H_1. — Varro; *cf. 552 l.* velites. — *Ἄμμον μετρεῖς, π. φ. Iun.; α (λ H) μουμεμ (ν L_2; H_1) ειϲ (ε L_2; ϲε H_1) περια (α del. in L; om. G) μαϱτυϱιαϲ C; αμουμf (ε sec. Riesium) νειϲε περυ μαϱτυϱιαϲ Bamb.* — **10. 11** *cf. comm. in 555, 5.* — quem secuntur *supra add. in L.* — rotundis *B.* — velitis *cdd.* — antesignant L_1*; Bamb.* — multisignibus *Lachmannus comm. Lucr. pg. 96;* multis insignibus *cdd.* — multisignis; *cf. 216, 9* multinummus.

FVNDITORES sunt qui fundis magis dimicant. Sallustius in Iugurtae bello: ipse cum expeditis cohortibus, dehinc funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat. — Sisenna Hist. lib. III: ac post armatos funditores et sagittarios ponit.

GLANDIS est plumbum in modum *glandis* informatum. Sallustius [in] Iugurtae bello: pars eminus glande aut lapidibus pugnare. — Vergilius lib. VII:

pars maxima glandis
liventis plumbi spargit.

SCORPIO est genus teli. Sallustius Hist. lib. III: quorum unam epistulam forte cum servo nancti praedatores Valeriani scorpione in castra misere. — Sisenna Hist. lib. III: longius scorpios catapulta concitos.

TRAGVLA est hasta. Sallustius Hist. lib. III: avidis simul ita atque promtis ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur. — Varro Meleagris:

aut ílle, cervum quí volabileí cursu
sparó secutus trágulave tráiecit.

---

12 46, 7 ‖ 14 Sisenna Hist. III ‖ 17 57, 4 ‖ 18 Aen. VII, 686 ‖ 21 Sallustius Hist. III ‖ 23 Sisenna Hist. III ‖ 25 Sallustius Hist. III ‖ 27 Varro Meleagris.

---

12 Funditorum. funda pugnam tirum (*leg.* pugnantium) *gl.* — magnis *G; v.; non Bamb.; Par. 7665; 6.* — **13** Iugurtae *pr. L;* Iugurthae *rell.* — bello *om. Bamb.* — itaque ipse *Sall.* — dehinc; item *Sall.* — **15** *illud* armatos *vid. dictum ut* ὁπλίτας, *non ut reponendum sit* astatos. — **16** Glandis; *cf. comm. in 114, 1.* — plumbi H_1. — glandis *add. Par. 7665; ed. a. 1476.* — formatum *Par. 7665.* — *mrg. Ho, G:* plumbum in formam glandis (gladis *H*). — **17** in *om. L.* — Iugurtae *pr. L;* Iugurthae *rell.* — par *pr. L.* — **19. 20** glandis *pr. H;* glandes *rell.* — libentis L_1. — **21** Scorpi *pr. L.* — taeli *L, G, non Bamb.* — Scorpio arcobalista *mrg., G;* Scurpio arcobalista dicitur *gl.* — II *Lugd.; Par. 7666.* — quorum *Quicheratus;* quarum *cdd.* — **22** un. ep. *Iun.;* una epistula (epistola L_2, *H; om. Par. 7666*) *cdd.* — con *Gs.* — nacti *L ex corr., H, Bamb.* — **23** scorpione *Iun.;* scorpionem *cdd.* — *verba quo pertineant parum compertum. cf. comm. Kritzii in III, 41; Dietschii in III, 36.* — **24** scorpios (scorpius G_1); *cf. 552, 20:* scorpiis. — **25** Tracula H_1. — Tragula hasta de carrobalista (*leg.* de arcobalista) iacta a tractu dicta *G in mrg.;* Tragula harsta de carro bellistua tractu tragu la (*pr.* traga ba) dicta *gl.* — **25. 26** asta *Lugd.* — Sall.; *cf. 398, 7 cum comm.* — a. s. i. atq. *M.* — *sic vid. h. l. fuisse scriptum in archetypo Non.; cdd.:* avidissimis atque. — *pg. 398 traditum fere:* avidisque ita; *ubi Guietus* avidis ita promptisque. *sed nescio an praestet quod hic repositum a nobis.* — promptis *H, G, Bamb.* — docibus L_1. — Metellis *Bamb. sec. Beckerum.* — hictu *Lugd.; G; P.* — sautiaretur H_1. — **27** *cf. 555 l.* sparum. — **28** aut; *f.* at. — volabilei cursu *M;* volabile (volabili *lib. N. Fabri*) currens (*seq.* sparo) *cdd. hic; item 555 exc. quod* L_1 *555* volavile; G_1 *h. l.* curres. — volabilei cursu *ablativus qualitatis, qui pertinet ad* cervum. — volatilem *Iun.; f.* volatilei cursu. — **29** traguleae *Bamb.* — traiecit *Iun.;* traicit *cdd. l. utroque* (trahicit *et hic et 555 Lugd.*).

PVGIO est gladius brevis. Sallustius Hist. lib. III: ad Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide || veste tectum pugionem expedire conatus a Cotta Vulcioque inpeditur.

ACLYDES, iacula brevia. Vergilius lib. VII:

> teretes sunt aclydes illis
> tela, set haec lento mos est aptare flagello.

ANCILE, scutum grande: unde etiam Numae ancilia appellantur. Vergilius lib. VII:

> laevaque ancile gerebat.

[SPAROS] LANCEAE tela sunt non bellica. Sallustius in Catilinae bello: sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudes portabant.

FALERAE sunt *dona militaria* vel ornamenta. Sallustius in Iugurtae bello: at si res postulet, hastas, vexillum, faleras, alia militaria dona. — Vergilius lib. VIIII:

> Euryalus faleras Ramnetis et aurea bullis
> cingula.

PARMA est scutum breve. Sallustius Hist. lib. IIII: hi loco-

---

30 Sallustius Hist. III || 3 Aen. VII, 730 || 7 VII, 188 || 9 56, 3 || 13 85, 29 || 15 Aen. IX, 359 || 18 Sallustius Hist. IV.

---

30 at *cdd. pr.* L_1*; Bamb.; P.* — **1** tumide *Bamb.* — **2** Vulscioque *L ex corr.;* H_2*; non Bamb.* — *cet. cf. Kritzii comm. in III, 39.* — **3** *cf. Serv. in Aen. VII, 730.* — *in mrg. G; gl.:* Aclides (Aglides *gl.*) iaculum rotundum (rotunde *gl.*) quod flagello amenta (ammenta *gl.; leg.* amentatur). — **5** sed *H, Lugd.* — tereti mos *male Prisc.* — **6. 7** Ancale *Bamb.* — etiam Numae (*vel* etiamnunc Numae) ancilia appellantur *M;* etiam nunc arma et ancili (*sic* L_1*;* ancipe *Bamb.;* ancile *rell.*) appellatur *cdd.* (appellantur *edd. vett.*). — *gl.:* Ancile scutum gram (*post a rasura; leg.* grande) ad instar eius quod de caelo iactatum dicitur. — Verg.; *cf. 316, 30.* — **8** laevaque *Bamb.;* levaque *C.* — **9** Sparos *(l. in L, H) secl. Mc; cf. 555 l.* sparum, telum agreste; *unde ducta mrg. Ho habet haec:* sparos lancea rustica de qua virg. agrestisque sparos; *gl.:* Sparus lancia rustica de qua vergilius *(per compendium)* agresteque asperos. — Lanceae; *nullum l. in L; H;* lineae *Bamb.* — Catillinae *L.* — **10** citer pars *pr. L.* — **11** quemque *H ex corr.; Bamb.;* quaeque *pr. H;* queque *L, ed. Bas.* — sparos ut *Bamb.* — **12** praeaccutas *H.* — portabunt H_1*;* portant *Bamb.* — **13** Federe. ornamenta bellica *gl.* — dona militaria *add. M.* — vel *M;* bello (*seq.* o) *cdd.;* belli *ed. a. 1471;* bellica *mrg. G; melius mrg. Ho:* falerae ornamenta bellica. *sed apparet olim interpolatum.* — Iugurtae *pr. L;* Iugurthae *rell.* — **14** at *Bamb.;* ac *C.* — res postulet *cdd. Sall.;* restui et *L,* H_2*, G;* restitui et H_1*;* restituet *Bamb.* — *errorem credo originem traxisse inde, quod post* res *haustum esset illud* pos, *neque legendum* si res tulit *vel* tulerit. — faderas *Bamb.;* falere L_1. — miliaria *pr. L.* — **16** Euryalias L_1*;* Euryalius *pr. H.* — rammetis *pr. H.* — phaleras Rhamnetis (rh *et Lugd. ex corr.*) *Verg.* — **18** Parme scuta brevia *gl.* — Parma; *cf. Varr. de l. l. V, 115.* — hi; pastores.

rum pergnari. et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia ibi tum, quod inopia scutorum ferebat, ea arte se quisque in formam parmae equestris *clupeo* armabat. — Vergilius lib. VIIII:

ense levis nudo parmaque inglorius alba.

FERENTARII, levis armatura, qui cui opus esset auxilium ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti. Kato de re militari: inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit. — Sallustius in Catilinae bello: postquam eo ventum est unde a ferentariis proelium conmitti posset.

VERVTVM est telum breve et angulatum. Sallustius Hist. lib. III: saxaque ingentia et orbes axe || iuncti per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta

---

21 Aen. IX, 548 || 24 Cato de re militari. cf. comm. || 26 60, 2 || 28 Sallustius Hist. III.

---

19 pergnari *I. Dousa; Me;* perignari *cdd.* — *f. post hoc verbum vel ante illud* locorum *quaedam hausta, veluti haec:* hi brevi opes Spartaci auxerunt locorum pergnari. — pergnari; *ut alibi ap. Sall.* perincertus. — seliti *Bamb.* — uminibus H_1. — aegrestia *pr. L.* — 20 ferebat *M;* fuerat H_2*; Me;* fuere ad *cdd. pr.* H_2. — 21 parmae equestris Ho_2 *(Hs); ed. a. 1480;* parme (parmae *H*) equestri *cdd. pr.* Ho_2*; Hs.* — clupeo *add. Dietschius.* — VIII *L; Bamb.* — 22 levi *C; non Bamb.* — 23 Ferentarii *ed. a. 1471;* Ferentari *cdd.* — Ferentarii; *cf. Paul. 85; 369 l.* ferentarii; velati; *Varro 520 s. l.* decuriones; *de l. l. VII, 57.* — qui cui (quando *Iordanus*) *M;* quicquid *cdd.;* qui quod *Me; quod et ipsum possit admitti, si sit pos. pro* qui quoad. — esset; ut *Bamb.* — auxilium *M;* auxilio *v.* — ferent *Bamb.* — 24 inpediti *ed. Bas.* — Kato *litteris capitalibus L* (*hic et* ad); *H; puto item G.* — de re militari *cdd. Perizoniani 15; 64; ed. princ.;* ad rem militarem *cdd.* — *non credo scribendum* Kato ad filium de re militari. *nam quamquam librum hunc ut alios, qui instituendae inservirent iuventuti, ad M. filium datum haud improbabile est, non solet Nonius fere hoc modo citandi uti. neque potest conferri quod 71, 21 aliisque locis a nobis restitutum illud* Gallo ad Fundanium; *cf. comm. in 205, 33.* — *ceterum non vidit Iordanus diversa plane ab h. l., quae ap. Paul. pg. 369 s. l.* velati *leguntur excerpta ex Catone.* — 25 praedatum *edd. vett.;* praedatos *cdd.* — 26 Catillinae *L; Lugd.* — a *om. optimus Sall. cd. cum parte meliorum.* — 27 praelium *Bamb.;* proelia *L;* praelia *H;* praelio *G.* — committim *G* (committi *rell. pr.* L_1). — posset *Bamb.* (posse *sec. Beckerum*); possent *C.* — 28 Verutum missile angulatum et in extimo tenuatum frequentarii dicti (fr. d. *secludendum; cf. l. superius*) in formam subule a verutum dictum *gl.;* Verrutum missile angulatum et in extimo tenuatum a veru dictum *mrg. G.* — Verrutum *L, Bamb., pr. H.* — taelum *L.* — angulatum *M;* angustum *cdd.; v. supra.* — 1 et orbes axe iuncti *Kritzius;* et o. a. vincti *Me; cf. et Turn. Adv. IV, 8;* turbae saxae iuncti *cdd.* (turbe saxae *Gs*). — et axe iunctae trabes *non bene Ald.* — 2 eminebant H_1*; Ald.;* minebant (*praec.* e) *C pr.* H_1*;* minabant *male Bamb.* — ericii *Ald.; cf. Serv. in Aen. IX, 503;* erigi *L,* H_1*;* erigo *Bamb.;* ehirci *Gs;* hirci H_2. — verruta *cdd. (novum l. L; Gs).*

binum pedum. — Varro Ὄνος λύρας: aut cervos, qui tibi mali nihil fecerunt, veruteis. a, artem praeclaram!

CETRA, scutum breve. Vergilius lib. VII:

laevas cetra tegit.

PELTAE, scuta Amazonica. Vergilius lib. I:

ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

GAESA, tela Gallorum tenerum.† Vergilius lib. VIII:

Alpina coruscant
gaesa manu.

Varro de vita populi Romani lib. III: qui gladiis cincti sine scuto cum binis gaesis essent.

FALARICA, telum maximum. Vergilius lib. VIIII:

sed magnum stridens contorta falarica venit,
fulminis acta modo.

Ennius:

quom valido venit *contorta* falarica nisu.

---

3 Varro Ὄνος λύρας ‖ 5 Aen. VII, 732 ‖ 7 Aen. I, 490 ‖ 9 Aen. VIII, 661 ‖ 12 Varro de vita pop. Rom. III ‖ 14 Aen. IX, 705 ‖ 17 Ennius.

---

3 uinum L_1; bonum *Bamb.* — Varro; *cf. infra l.* venabulum. — ac cervos *post Gulielmium Me;* acerbos *cdd. h. l.;* aut cervos *melius cdd. infra.* — veruteis; verutis *mrg. Iun.;* verrutus *cdd.* — 4 a; ah *Laurenbergius; Rothius;* ab *cdd.* — arte praeclara *Bamb.* — 5 Cetra scutum sine ligno de solo corio *gl.* — *multa de cetra ap. Lips. Op. III, 429 sqq. — quam cum dicunt veteres peltae haud dissimilem, videtur et illius duplex fuisse genus vel adeo triplex perinde ac peltae. quae cum alias vel rotunda esset ac parmae similis vel lunata h. e. in modum lunae mediae, alias fuit quadrata; cf. Suid. s. v. πέλται. ac nescio an huc respexerit Varro pg. 553 s. l.* antesignanorum *ubi antesignani quadratis parmis (scutis) tecti opponuntur velitibus cum rotundis parmis. — recte igitur vid. Forcellinus in Varronis loco, qui leg. 82, 12, probare* quis rotundam facere cetram queat, *nisi quod minus distat a tradito* nequeat *illud* nunc queat. — 6 levas *C; non Bamb.* — 7 Pelta scutum breve amazonem (*leg.* Amazonum) *gl.* — 8 *cf. Serv. in h. l.* — 9 gessa (*adhaeret hoc lemma ei quod est* pelta) lanciae gallicae *gl.* — Gesa *Montep.; ed. princ.;* Caesa *Hs;* Cesa *L; Hqo; G; Bamb.* (gesa *mrg.* Ho_1; cesa *mrg.* Ho_2). — tela *edd. vett.;* telum *v.* — Gallorum *M;* gallicanum *Guietus;* galliarum *cdd.* — tenerum *(om. Par. 7665; qui plura habet interpolata; edd. vett.); f.* tota ferrea; *nam a Polluce* ὁλοσίδηρον *appellatur* (ferreum *Quicheratus*). — VIIII *L; H; Lugd.;* IX *Bamb.* — 10 *cf. Serv.* — duo quisque Alpina coruscant (coruscat *Palatin.*) *Verg.; v. infra.* — coruscat (corruscat *pr. L*) *C; non Bamb.* — 11 caesa *L, H, Bamb.;* cesa *G* (*ap. V. P, R;* gessa *M*). — 12 gladis *pr. L.* — 13 gesis L_1; cesis L_2, *H, Bamb.;* caesis *G; Par. 7665.* — 14 Falerica H_1. — taelum *L.* — 15 phalarica *cdd. Verg.* — 16 flum. *P, G.* — 18 quom (*vel* quoi) *M;* quae *C, Bamb.;* qua *Par. 7665; Montepess.* — valido *Iun.;* valide *C;* valida *Bamb.; Par. 7665; Montepess.* — venit contorta *Iun.; cf. Verg.;* veniunt *cdd.* — nisu *M;* missu *Iun.;* missa *cdd.*

et dictum hoc genus teli a f a l i s, id est turribus ligneis.

SPARVM, telum agreste. Vergilius lib. XI:

agrestisque manus armat sparus.

Varro Meleagris:

aut ílle, cervum quí volabileí cursu
sparó secutus trágulave tráiecit.

Sisenna Hist. lib. III: sparis ac lanceis eminus peterent hostis.

BALLISTAE, *tormenta*, quibus saxa maiora et gravia iaciuntur. Lucilius lib. XXVIII:

quid síc ballistas iáctas centenárias?

Sisenna Hist. lib. IIII: ballistas talentarias quattuor.

VENABVLVM, venantium telum latius a ceteris, aciei longitudine *praestans*. Vergilius lib. VIIII:

supra venabula fertur.

Varro *Ὄνος λύρας*: nempe sues silvaticos in montibus sectaris venabulo aut cervos.

CONTI, hastae longiores et robustae. Vergilius ‖ lib. VIIII:

ac duris detrudere contis.

MANIPVLI† sunt manus militum vel collecti viri. Sisenna Hist.

---

20 XI, 682 ‖ 22 Varro Meleagris ‖ 25 Sisenna Hist. III ‖ 27 Lucilius l. XXVIII ‖ 29 Sisenna Hist. IV ‖ 31 Aen. IX, 553 ‖ 33 Varro *Ὄνος λύρας* ‖ 1 Aen. IX, 510 ‖ 3 Sisenna Hist. III.

---

19 taeli *L.* — a falis; *cf. 109, 16.* — a — turribus; a falsi dehis (idẽ *m. 2*) turribus L_1. — **20** Sparus dicitur fustis nodosus *mrg. G; gl.; quae addunt:* quo rustici utuntur cum eunt ad bellum. — sparus *mrg. Ho.* — Sparus; *duplex* r *ubique Lugd. pr. v. 21.* — taelum *L.* — Verg.; *cf. 224 l.* spari. — lib. *om. L,* H_1; libro *add.* H_2. — X *H ex corr.; G.* — **22** Varro; *cf. comm. in 553 l.* tragula. — **23** volabile (volavilem L_1) currens *cdd.* — **24** secutus est *cdd. h. l.* — gratulave *G.* — traicit *cdd. et hic et 553* (trahicit *Lugd.*). — **25** IV *Bamb.* (IIII *Lugd.*). — ad *G.* — **26** Ballistae; *duplex* l *ubique* L_1; *item, ut vid., Bamb.; unum* l L_2; *H; item G pr. v. 29; Par. 7665.* — t. *add. M.* — quibus *ante* saxa *posuit Quicheratus; in cdd. leg. post* gravia (a quibus *H*). — iacuntur *Bamb.* — **27** lib. *om. G.* — **28** qui *Lugd.* — sic *Turneb.;* fit (sit *Lugd.*) *cdd.* — quid fit? *Quicheratus.* — iactas *cd. a. 1480;* iactans *cdd.* — centinarias L_1. — **29** ballistas G_1. — talentarias quattuor *Bamb.;* q. tal. *C.* — **30** Venabulum (*adde* telum) ferro lato venatiõ aptum *gl.* — venatium *G.* — taelum *L.* — latius a ceteris (*i. e.* quam cetera) *M;* latissimum a ceteris *cdd.* — **30. 31** aciei longitudine praestans *M;* acies longitudines *cdd.* (aciei longissime *ed. princ.*). — lib. *supra add. in L.* — VIII *Bamb.* — **33** Varro; *cf. 554 l.* verutum *cum comm.* — sues *Bent.;* suis *cdd.* — secaris *G.* — **34** venabulo *Bamb.; Bentin.;* venabula *C.* — **1** robstae *pr. L.* — **3** *nullum l.* H_1. — Manipoli L_1. — vel *om. Bamb.* — collecta L_1. — manus militum vel collecti viri *(cf. 141, 20). haec cum nihil pertineant ad genera armorum, ante illud* manus *videntur hausta, quibus indicaretur manipulos olim pro vexillis milites habuisse Romanos. cf. Isid. XVIII, 3, 5; Ovid. Fast. III, 117 sq.; infra l.* malleoli.

556 M.

lib. III * * * conmotus tamen ec tempore singula constituit et, sicut steterant, maniplos obverti iussit. — idem lib. IIII * * *

MATERAE, tela gravia Gallica. Sisenna Hist. lib. III: Gallei materibus aut lanceis confligunt. — idem lib. IIII: Galli materibus ac lanceis tamen medium perturbant agmen.

MALLEOLI, manipuli spartei pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. Sisenna Hist. lib. IIII: de quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes.

CATAFRACTAE†. Sisenna Hist. lib. IIII: custodiae in muro statuuntur catafractarum. — Sallustius Hist. lib. IIII: cui praegrediebantur equites cataphracti, ferrea omnis specie.

FALCES et HARPAGAE, armorum genera murorum obpugnationi apta. Sisenna Hist. lib. IIII: falces iniectas conminuunt; pluteos propius conlocatos harpagis deiciunt.

---

5 Sisenna Hist. IV; cf. comm. ‖ 6 Sisenna Hist. III ‖ 7 Sisenna Hist. IV ‖ 10 Sisenna Hist. IV ‖ 13 Sisenna Hist. IV ‖ 14 Sallust. Hist. IV ‖ 17 Sisenna Hist. IV.

---

4 commotus *P;* conmutus *C, Bamb.* (commutus L_2; *H*). — C. Mutilus *vel* consul Mutilus *Hertzius;* Cornutus *Woelflinus.* — *olim fuere velut haec:* quamquam inopinato impetu conm. — ec tempore *M;* ex tempore *Lips.;* et temporae *pr. L;* et tempora *rell.* — **5** steterant *Gulielm.;* steterat *cdd.* — maniplos *pr. L;* manipulos *rell.* — *illa* idem lib. IIII *f. e v. 7 irrepsere.* — *iuncta ea cum seqq. nulla addita novi lemmatis nota in H, G; item in edd. ante Me, quae sequentia corrupta exhibent et interpolata, dein novum incipiunt lemma a* lancea *ac tum addunt Sisennae exempla vv. 6—8; seiuncta, quae secuntur, in L, Par. 7665.* — **6** *novum l. L.* — Materae, tela *Me; f.* Materes, tela; Mater eta *L;* mater et a *H; G ex corr.; in H supra scr. m. ead.* materata, *mutat. in* materaeta; matereta *Bamb.;* mater et *pr. G;* matera tela *Montepess.;* matera (*om.* tela) *Par. 7665.* — Gallica *M;* ballica L_1; bellica *rell.* — Gallei; Galli *Par. 7665; Montepess.; P;* Gallia *C, Bamb.* (Galla, *supra scr.* i, *Lugd.*). — **7** aut *Rothius;* sani (*praec.* s) *cdd.* — Spani *Me;* Hispani *Nicolaus Loensis; cf. Gell. XV, 30, 7.* — *magis tamen Rothii commendatur inventum exemplo sequenti.* — confligunt *M;* configunt *v.* — **7. 8** Galli *Petrus (non Rothius);* ali *cdd.;* alii *v.* — matoribus G_1. — mat. tamen aut l. m. *Lugd.* — ac *Montepess.; M;* aut *v.* — tamen *pro* tandem. — *f.* proturbant. — **9** manipulis parte L_1; Ho_1; manipuli sparte L_2; *Bamb.;* manipuli spartei Ho_2 *(Hs); G.* — contecti *ed. princ.;* contacti *cdd.* — **12** vallum *Ald.;* vallium *cdd.* — *f.* frequenter. — *suppl.* mittebant *vel* iaculabantur. — **13** *post* Cat. *vid. hausta quaedam.* — catafractae vestimentum militis aut ferri lammina aut corio (cornu *cd.*) compositum (composita *cd.*) ne ictu penetretur *mrg. G; cf. Tac. Hist. I, 79.* — lib. *supra add. in L.* — **14** statum utuntur L_1. — cataphractarum *docti.* — cui (*vel* quoi) *M;* qui *cdd.* — *de Tigrane agitur.* — praegrediebantur. dieba *non potest legi in H;* praegradiebantur *Bamb.* — **15** cataphracti *docti.* — omnis *M* (omnes *Colerus*); omni (*seq.* s) *cdd.* — omnis; *quia, ut supra vidimus, alii coriis tegi solebant.* — **16** Harpagae *ed. a. 1476;* arpagae *C, Bamb.* — **17** acta *G; in H* a *finale evanuit.* — lib. *supra add. in L.* — pluteus *Bamb.;* teo *in H legi non potest.* — **18** collocatos *Petrus;* conlocatis (coll. L_2, *H, G*) *cdd.* — harpagis

ANSATAE, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. V:

ansatas mittunt de turribus.

CORYTI, leve missile in modum sagittarum. Vergilius:

corytique leves humeris et letifer arcus.

XX.

INCIPIT

DE PROPINQVITATVM VOCABVLIS.

CAESARES dicti qui caesa matre nascuntur.

AGRIPPAE, qui cum labore matris eduntur, || hoc est per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab aegro partu.

VOPISCVS, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deducitur.

---

19 Ennius l. V || 21 Aen. X, 169.

Ald.; arpagiis *C;* arpugiis *Bamb.* — 19 Ansate. que de turre ad legandum (*vid. legendum* ad adligandum) hostem eiciuntur (*f.* mittuntur; *praec.* m) *gl.; cf. et comm. in Enn. Ann. 162.* — 20 ans. m. d. t.; *haec utrum in principio an in fine versus fuerint posita incertum.* — *illud* hastas (*quod facilius ante* ansatas *vel post potuit hauriri*) *post* turribus *add. Columna. at de substantivis tantum agitur hoc capite.* — ansata *dicta ut* falarica. — 21 Corici iacula brevia in modus sagittarum q; faritris ant inserta scutu gestantur vel gladius *gl.* — Coryti *Quicheratus;* Corici (Corice L_1) *cdd.* — leve — sagittarum (sagittariorum *Bamb.*); *n. N.* — 22 *cf. Serv.* — corytique *vel* gorytique *optimi Verg. libri; qui vid. scripsisse* gorytique; coricique *C, Bamb.* — humeris *omnes.* — letifex *L;* loetifer *Bamb.* — 24. 25 de propinquitatum vocabulis *L in Indice, ubi vide comm.; ibidem P:* de propinquitatum vocabulis et partu; *lib. Spanhemii:* de propinquitate; *h. l. C, Bamb., quid. cdd. Romani, v.:* incipit de propinquitate. — *carent inscriptione Par. 7665; Montepess.; pars cdd. Roman.; edd. ante Ald.* — *sane quae de caesaribus, agrippis, vopiscis tradita, potuere perinde propinquitatum vocabulis addi atque ab Isidoro (IX, 5, 21) in capite de affinitatibus et gradibus memoratur vopiscus.* — *cum frequentissimae usu cognationes omnino non tangantur, plura possunt videri hausta.* — *nec tamen hoc pro certo posuerim, cum et praecedentia capita iusto sint breviora ac multis careant, quae abesse vix possint, totusque Nonius pendere soleat a fontibus suis.* — *hanc autem operis partem per auctorem Nonii ad scriptorem Augusto aequalem redire ipso confirmatur principio. ubi quod prius huius, dein proximi amicorum respicitur cognomen, haud facile id existimabitur casu factum. ac similiter Verrius honorandi principis causa ab eo quod est* augustus *incohavit libros.* — *cet. cf. Isid. Orig. IX, 5; 6; 7.* — 26 Caesares (Caesaris *pr. L;* Taesares *G*); *cf. Serv. ad Aen. X, 316; Isid. IX, 3, 12; Paul. pg. 57 s. l.* Caesar. *nam alii a* caesarie *repetebant. magis etiam mira Servius ad Aen. I, 286.* — qui a Ho_1. — cesa *H; Bamb.* — nascun *non comparuit in H.* — 1 Agrippae. *simillima Gell. XVI, 16, 1; nec tamen hoc usus Non.* — quae Ho_1. — 2 non *et* partu *om. Bamb.*

557 M.

GLOS appellatur mariti soror atque item fratris uxor.

LEVIR dicitur frater mariti, quasi levus vir.

FRATRIAE appellantur fratrum inter se uxores.

AMITINI, fratrum maris et feminae filii.

PATRVELES, marium fratrum filii.

CONSOBRINI, quasi consororini, ex duabus editi sororibus. de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, et maxime in Afranio et iuris vetustissimis scriptoribus.

EXPLICIT.

---

12 Afranius ‖ iuris vetustissimi scriptores.

---

5 Glosa *pr. L.* — item *Rothius;* idem *cdd.* — 6 frater mariti *om. Bamb.* — *cf. Paul. pg. 115 cum comm. Muelleri.* — levus *ed. a. 1471* (*sic ubique Non.; non bene Me* laevus); lebus (leb; *H, sed ut non satis sit certum compendium*) *cdd.* — levus (*i. e.* prosper, propitius); *n. N.* — 7 Fatriae *L, Hqo, G; non Hs; P; Bamb.* — 8 fratrum *in H non potuit legi.* — matris *H; Lugd.; Par. 7666.* — 9 Patrueles L_2*; H* (*in hoc pr. f.* Patruelis); Patruelis *G, Bamb.* — marium *om. Bamb.* — fili L_1*; ut vid.;* filii *om. Bamb.* — 10 Consobrini quasi *add. Quicheratus. et confirmat lacunam ea res quod in sequentibus nullam lemmatis notam L nec, ut vid., H.* — consororini; Consobrini *v.* — soribus *H.* — Consobrini ex d. ed. s., quasi consororini *Ald.* — 11 de quibus; *haec prioribus continuata in L; de H, G, Bamb. parum constat.* — 12 in Afranio. *probant ipsi tituli fabularum.* — et iuris; iur *non comparuit in H;* et varrone *crassa interpolatione Vat. 1557.* — *post illud* scriptoribus *quattuor versibus haec habet scripta Par. 7665, qui sane est minoris auctoritatis:* Pater Mater Frater Soror Patruus Amita Avunculus Matertera. — explicit *(capitalibus litteris scriptum) add. L, Bamb.; om. H, G.*

ADVERSARIA NONIANA.

L. S.

Iam exacto opere antequam Adversaria Noniana, quae prohoemii loco sunt habenda, persequar, horum ratio et via cum sint in aperto, paucis existimo declarandum, cur non subiunxerim eis, sicut in vita Lucilii, ante annos XII edita, erat promissum, Mantissam observationum Lucilianarum. Cuius rei hae fuere causae.

Ac primum quidem erat verendum, ne opus vel sic amplissimum in nimiam excresceret molem. Sed graviora revocabant alia.

Notum est saepius ab obtrectatoribus exprobratum nobis, quasi et nimio nostri teneremur amore et diversi a nostro iudicii parum essemus patientes. At neminem umquam aut sui severiorem constantioremque iudicem extitisse aut reverentiorem opinionis alienae, peritorum modo honestorumque esset auctorum, sciunt pauci illi, qui nos norunt. — Itaque et olim sum professus neque nunc dissimulo satis multa dubia mihi videri in Lucilio nostro neque Iliadem post Homerum acturos, qui deinceps eundem scriptorem sibi sumpserint tractandum. Attamen quae post editionem nostram prodiere non fuere talia ut funditus potius evertendam eam quam hic illic refingendam existimarem; adeoque maior pars eius modi, ut utrum hoc anno an aliquot lustris post an denique numquam cognoscerentur non multum videretur referre. — Numquam autem a nobis cessatum neque quidquam praetermissum, quominus Lucilii reliquias et introspiceremus quam accuratissime et redderemus quam emendatissimas, etiam hoc declarabitur libro, in quo haud pauci eius versus aliter atque olim factum constituti sive nostro ingenio sive aliorum.

At interest vehementer utrum invertas verba scriptoris meditatus per annos plurimos et firmatus studiorum continuitate longissima an eadem deformes temerariis commentis inventisque subitariis, qualia plerumque obtingunt, cum post epulas semisomni in lectulo recubamus, sed ut silentio premant prudentiores, stolidi emittant in publicum.

Auctum taedium harum rerum eo, quod nonnullos ex eis qui post curas nostras in Lucilii Saturis sunt versati non tam veri reperiendi quam quoquo modo obloquendi nobis cupiditate ductos apparebat. Igitur pleraque, in quibus ne Zoilus quidem inveniret quod reprehenderet, silentio transierunt, errores paucos eosque maximam partem leviores immodice exagitarunt plurimumque in eis se iactarunt, quae vel tenuitate reliquiarum vel gravitate vitiorum tam obscura sunt et intricata, non umquam ut liceat sperare certam prorsus et carentem dubio viam futuram ea expediendi. — Atque hoc loco praeter Franckenum, quem iam in vita Lucilii punivimus, maxime memoria digni ac velut exempli causa ponendi Buechelerus ac Ribbeckius. Et de hoc quidem dicere supervacaneum. At Buechelerus, de quo meliora speraveram, quo iudicio grassatus sit, qua fide, ut intellegas, satis erit memorare eum in tractando Lucilio non nostra uti editione, sed illa, quae inscribitur 'C. Lucilii Saturarum. Carolus Lachmannus emendavit', eiusdemque usu imbuere gregem suorum. Cuius nunc certe discipuli, emisso hoc, quem manibus tenes, libro, agnoscent quam et sagaci utantur praeceptore et veraci.

In his igitur ac talibus immorari neque utile satis lectoribus neque nobis decorum videbatur.

Tu vero valere iussis Franckenis Buechelerisque ac Ribbeckiis omnibus editionis Lipsiensis, qualiscumque est, continuabis usum; quam totam in tempore retractandi neque studium nobis derit neque facultas.

I.

DE VITA NONII MARCELLI.

Nonius Marcellus terra Africa oriundum sese haud obscure declaravit cap. I, ubi haec leguntur pg. 19: *vafrum est callidum et quasi valde Afrum et urbanum.* Quis enim nisi Afer homo, isque Nonius, tali etymologia uteretur?

Atque etiam Parcarum beneficio cautum, ne, ut olim de Homeri, de Nonii patria multae inter se certarent urbes.

Nam Tuburgicensis dicitur Harleiani Bambergensisque librorum inscriptione, Tiburgicensis in excerptis cd. Ezechielis Spanhemii quibus usus est Osannus Analectorum Criticorum Berolini a. 1816 editorum praef. pgg. VII sqq. — In Guelferbitano legi Tuburcicensis scripsit nobis humanissime Heinemannus; prius in eo fuisse Tuburticensis adnotarunt editores Basilienses praef. pg. IV. Illud Tuburcicensis etiam in libro abbatiae S. Victoris, qui idem est, extare refert Quicheratus Nonii pg. 1. Quamquam idem, qua est diligentia, praef. pg. XII affirmat Merceri manu ex S. Victoris codice adnotatum Tiburcicensis; quod quidem initio commentorum in caput I adscribit Colbertino libro. Tiburcicensis etiam legitur in Bern. 347 et ut Gordonus nobis indicavit in Montepessulano, ex quo Tuburcicensis adnotatum a Quicherato.

Ex hac scriptura Tiburticensis, Tiburiensis aliique orti errores, quales in codicibus deterioribus vel editionibus antiquissimis feruntur. Recte autem statuerunt docti patriam Nonio fuisse Tubursicum; ut tamen in dubio relinqueretur, utrum illud quod cognomine vocatum est Bure — id in provincia Africa proconsulari situm — an alterum, quod est Numidiae oppidum, extulisset civem tantum.

Nostra demum aetate inscriptione reperta in hoc (ea typis repetita Hermae XIII, 559 sq. atque Corp. inscr. lat. VIII, 4878), qua Nonius quidam Marcellus Herculius plateam veterem thermas-

que et alia aedificia a se restituta memorat, patefactum est Numidam origine fuisse illum.

In titulo hoc cum Constantinus memoretur solus Augustus cum Crispo et Constantino Caesaribus (quamquam Crispi nomen interceptum), recte statuit Th. Momsenus non posse fieri, quin inscriptio sit a. CCCXXIII, cum bellum esset ortum inter Constantinum et Licinium necdum Constantius Caesar factus.

Iam Herculius ille utrum ipse sit grammaticus an filius eius an pater subtilius inquirendum.

Notum quippe haud immerito dubitari de aetate eius, qui Compendiosam conscripsit doctrinam. De qua hactenus constat, quod scimus eum non ante exitum saeculi III floruisse; quippe cui citetur Septimius Serenus, quem Lachmannus ac nos illi tempori adscripsimus (praef. in Ter. Maur. p. 12 sqq.; de re m. 97); atque ante initium quinti. Nam a. 402 extitit qui Tolosae operis Noniani codicem emendaret.

Ceterum adhibiti eiusdem exempla prima inveniuntur apud Priscianum et Fulgentium, h. e. sub annum D. Quae cum ita sint, utrum tertio an quarto saeculo adsignandus sit Nonius relinquitur in medio. Atque capitis IX barbariem et confusos incredibili hebetudine casus si consideres, facile possis induci, ut ultimae cuique litterarum latinarum aetati eum addas. — Tamen omnia diu meditato mihi videtur statuendum, sicut olim feci, verum eos vidisse, qui illum Diocletiani tempore h. e. circa a. 300 floruisse existimarent et Sereno et Terentiano fuisse aequalem.

Nam primum quod Nonius, qui vel Frontoniani aevi auctoribus, quorum rationes omni veneratione colit, rarissime usus est, octies Serenum memorat aliquanto iuniorem et qui nec in oratione archaismorum videtur fuisse studiosior et in metrica cum Anniano Falisco cantores potissimum Euphorionis sequitur, quos Nonio minus probari infra memorabo, id vix potest explicari nisi per recentissimam poetae eiusque Afri celebritatem.

Praeterea adversaria Nonii quantumvis sint repleta cuiusvis generis erroribus, tamen multiforme quoddam nec illiberale declarant studium ea quae ex antiquitate Romana viderentur gravissima ἐγκυκλίῳ quadam παιδείᾳ continendi; quale vix existimes adscribendum auctori posteriori saeculo tertio eique Numidae ac semidocto. Igitur quod tam multa ingenuae doctrinae compendio Nonii exhibentur vestigia, id magis aetati qua vixit nondum prorsus ab eruditione et elegantia alienae — nam eadem Mauri confines Numidis tulere Terentianum — quam ipsius tribues indoli.

At IV saeculi sub finem vel in capite imperii quanta fuerint et antiquitatum Romanarum et omnis cultus liberalioris incuria qui se doctos videri vellent, ex Ammiani historiis notum.

Porro quem Ausonius carm. XVIII Prof. Burdigal. dicit vita pravum, studiis pertenuis meriti grammaticum Marcellum, Marcello genitum, alienum esse a Nonio olim est intellectum. Quo enim pacto potuit auctor tam longi et pro illis temporibus copiosi ac docti libri tam exiguo poni ab illi loco? Neque tantum hebetudine aequales Theodosio grammaticos superabat Nonius, ut ideo tali Ausonii fastidio esset dignus.

Itaque, ut redeam in viam, probabile est Herculium, de quo supra memoravi, non fuisse grammaticum, de quo agitur, sed filium eius. Qui si ipse hoc cognomine esset usus, qua fuit iactantia, id in titulo operis non praetermisisset.

Quodsi inscriptio illa pertinet ad filium grammatici, hunc probabile est satis fuisse divitem. Nec vero licet stulto cuiquam, nedum Nonio, esse pauperi.

Ceterum Nonius, ut solent summa ingenia, non una contentus fuit disciplina, sed antequam grammaticae operam daret, capessivit philosophiam. Nam peripateticum et fuisse se et dici voluisse testatur libri sui inscriptione; sicut etiam Appuleius, popularis eius, platonici se iactavit cognomine. Atque huius doctrinae vestigia quaedam extare in cap. XII, ubi adversatus Stoicis fatum mutari non posse negat ille, monuit Quicheratus (praef. pg. VI).

Praeterea editae a Nonio Epistulae de peregrinando a doctrinis; quibus contemptum studiorum frequentem vel maxime aetate illa concedente sensim in barbariem genere humano castigavit.

Compendiosam autem quam scripsit doctrinam filio primum destinavit, scilicet ut is purus putus fieret Nonius neve a patre degeneraret. Qui si idem fuit atque Herculius ille, utrum hoc cognomen addiderit ei genitor conscientia modestiaque, quod praesagiret animo ad errores ineptiasque Compendiosae doctrinae eluctandas velut Hercule quodam fore opus, an arrogantia ac vanitate, quae propria est malorum grammaticorum plurimumque differt a fiducia illa superbiaque, quam non licet acquiri nisi meritis, haud facile definias.

Relicua ex Nonii vita incerta. Neque apparet unde compertum habuerit Pomponius Laetus, quod dicit in prohoemio Nonium in ipso itinere diem obisse. Nam ne de itinere quidem ullo illius iam constat emendato nostra opera Epistularum eius titulo. — Anticyram certe numquam ab eo petitam omni pignore potest affirmari.

Denique de posteris Nonii etsi certi nihil traditum, suspicor tamen unum eorum saeculo insequente, cum Vandali Africam vastarent, ut barbarorum incursiones simili ulcisceretur clade, petita Vandalorum patria multis eorum qui hoc saeculo Compendiosam tractavere doctrinam extitisse auctorem generis.

Certe Noniorum prosapies et fuit semper inter grammaticos et ut puto erit immortalis.

Hactenus de vita Nonii.

II.

DE COMPENDIOSA DOCTRINA NONII.

Exemplaria Nonii, ut abundant vitiis, in ipso fronte libri traxisse labem facile apparet. Nam etsi Afros saepe licentius inconsideratiusque 'de' praepositione usos constat, tamen hoc minus cadit in Nonium, nec ullo adduci possum pacto ut statuam eum tam ignarum fuisse rerum, ut crederet haec latina: *Nonii de compendiosa doctrina* utque in ipso limine operis committeret barbarismum. Quamquam non ignoro unum ex celeberrimis aetatis huius grammaticis edidisse librum sic inscriptum: *C. Lucilii Saturarum. Carolus Lachmannus emendavit.*

Quod cum ita sit, ego vero, sicut factum in codicibus editionibusque saec. XV pluribus, non quidem sine errore, cum primi capitis inscriptio ad totius operis retraheretur titulum (sicut iam saec. IX Hincmarus Remensis Nonii librum dicit inscriptum 'de proprietate sermonum'), omittendam existimavi praepositionem.

Atque ideo illud Compendiosae doctrinae nomine dictum, quod eo continerentur veluti ἐγκυκλίῳ quadam παιδείᾳ quae homini Romano liberaliter instituendo maxime necessaria putaret Nonius vix est quod moneam. Nec vero abhorret a probabilitate ad eligendum titulum istum adductum eum loco quodam praefationis Gellii, quem in principio libri inter potissimos fontes habuit. Namque ibi (paragr. 12) leguntur haec: *ego vero cum illud Ephesii viri summe nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est:* πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει, *ipse quidem volvendis transeundisque multis admodum voluminibus per omnia semper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potui, exercitus defessusque sum, sed modica ex his eaque sola accepi, quae aut ingenia prompta expeditaque ad honestae eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem*

celeri facilique compendio ducerent aut homines aliis iam vitae negotiis occupatos a turpi certe agrestique rerum atque verborum imperitia vindicarent.

Atque ut Gellius Noctes Atticas liberis potissimum suis, ita Nonius Compendiosam doctrinam destinavit filio. Etiam indicem operi ab ipso Gellii exemplo puto adiectum, et quidem item post praefationem; quam videri haustam infra demonstrabo. — Gellio autem indicis praemittendi auctores fuere alii, adeoque ipse eruditionis latinae parens Varro, a quo ut constat in libris de vita populi Romani capitibus apposita lemmata, ita eadem instituta in eis qui fuere de rebus humanis et divinis aliisque pluribus omnes habet numeros probabilitatis.

Porro ab interpolatoribus (de qua re iam Osannus commentor. in hist. litt. graec. et latin. II, 388 aliique sunt suspicati) videtur adiectum illud *per litteras*, cum III tantum ex XX capitibus, pars sane maior aliquanto opere dimidiato, sed in his ne illud quidem quod omnium est primum, alphabeti ordine decurrant.

Ac simili additamento capiti V ita inscriptum in L, H, Bamb.: *Incipit de differentia similium significationum per litteras, id est per C litteram.*

Constabat autem olim Compendiosa doctrina partibus XX, quo et Gellii Noctes Atticae et Festi de significatione verborum, denique aetate ultima Isidori Originum libri fuere numero. Id primum notatum a Quicherato, cum priorum editorum vel ignorantia vel incuria non esset monitum intercidisse post tractatum XV, qui nunc est, eum quo de calciamentis egit Nonius.

Librorum tamen aut capitum notae nullae additae in codicibus; nec eas legisse videtur Priscianus; qui tales prorsus citat inscriptiones, quales habentur in editione nostra, ut puta: Nonius Marcellus de doctorum indagine. — Id vero non temere existimo factum, cum quaedam partes, maxime IV, capitis modum multum excederent, aliae longe essent breviores quam ut libri nomen caperent. Atque hoc praecipue cadit in ultimam, quamquam eam post initium probabile est truncatam.

Ceterum nos secuti morem vulgatum capitis nomine plerumque citabimus singulas.

De ratione et consilio Compendiosae doctrinae cum actum esset haud dubie a Nonio praefatione ad filium data, quae intercidit — dicetur de hoc capite sequenti —, nobis quae disserenda esse viderentur, haec fere fuerunt ac talia.

Post Antoninorum aetatem labente sensim in barbariem genere

humano cum liberalia magis magisque imminuerentur studia, mos obtinuit inter grammaticos Latinos, ut ingentia illa eruditionis tamquam flumina, quibus Caesaris et Augusti aequales ac duo quae secuta sunt saecula exundaverant, in tenues diducerentur rivulos et compendiaria institueretur doctrina.

Hos igitur compilavit Nonius, ita quidem ut prioribus capitibus XII potissimum grammaticae variae ab eo partes tractarentur, relicuis antiquitates.

Atque ad incohandum opus ei dux et auctor maxime videtur fuisse Festus, qui saeculo III ingentes Verrii Flacci copias in breve contraxit et ex plurimis eius de significatione verborum libris viginti confecit volumina servatis eis quae viderentur gravissima.

Multum tamen interest inter Verrii Festique rationes et eas quibus Nonius usus est.

Nam Verrius cum teneretur studio obscura in sermone latino, quibuscumque monumentis tradita essent, explicandi, ut et leges ac foedera inscriptionesque vetustissimas nec minus Saliorum carmina aliaque eiusmodi respiceret pervestigaretque, apud Nonium nihil tractatur praeter scriptores qui post Livium Andronicum coeptamque imitationem Graecorum provenere.

Qua in re apparet eum non modo illorum exemplo obsecutum, quorum usus est doctrina, sed etiam propriis ductum consiliis. Nam Gellii, cuius plurimum spoliavit commentarios, haudquaquam eadem est continentia.

Quae cum ita sint, non potest esse mirum, quod aliquanto pauciora obscura et obsoleta inveniuntur in Nonii opere quam in Festi, ut omittam libros plerosque poetarum ad Lucilium usque et Accium, ex quibus sua excerpserunt auctores eius, olim passos eas curas easque interpolationes partim poetarum, partim grammaticorum opera, de quibus in vita Ennii pg. 20 sqq. expositum.

Ac nescio an insigni illud fortunae beneficio evenisse dicam, quod Nonius litteratis Romanorum monumentis quae Livio essent antiquiora omnino abstinuit. Nam cum saepe propter stultitiam nimiam gravissimis erroribus videamus lapsum in recentioribus satisque facilibus ad intellegendum scriptis, quid putamus accidere debuisse, si ad leges XII tabularum esset revolutus vel adeo ad Saliare Numae carmen eosque versus,

quos olim Faunei vatesque canebant?

Omnium autem primum tempore id quod loco est primum

fuisse conicio caput. In quo Nonius nisi versatus esset rudi etiam tum arte, haud dubie perinde alphabetico ordine fuit usurus atque in relicuis longioribus. Secundum autem statim post primum esse compositum frequentissimo librorum Gellii usu, qui perinde invenitur in utroque, videtur declarari.

Ex relicuis partibus, usque ad XII, IV, V, VI, XII videntur esse ultimae tempore. Ac medium quidem et quasi umbilicum operis IV caput voluit esse auctor, ad quod concinnandum cum novi fontes essent reclusi iam Gellius ei visus est sordere; quem nec in ceteris eadem frequentia constantiaque atque in I et II adhibuit. — Quae claudunt opus capitula VIII posteriore tempore composita vel ideo statuendum, quod duodecimo, quo pariter grammaticae res tractantur et antiquitates transitum munitum a Nonio ad XIII et quae secuntur apparet.

Quibus fontibus usus sit Nonius et quo modo post ea, quae Mercerus (in commentariis passim), nos (de re m. 26 sqq.), Hertzius (Annal. philol. LXXXV 705 sqq.; Opusc. Gell. 85 sqq.), Riesius (Opusculorum in honorem philologorum conventus Heidelbergensis edit. 53 sqq.; Symbol. philolog. Bonnensium 479 sqq.), Scotomullerus (ib. 809 sqq.) disseruerant, proprio libello accurate satis nec inscite expositum a. 1868 a Paulo Schmidtio.

Nos hic pauca tractabimus eaque summatim.

Ac primum quidem constat de uno exemplo ab ipso Nonio Compendiosae Doctrinae addito, quod pg. 451 excerpsit ex Epistulis propriis. Quis enim elegantiarum arbitro Nonio uteretur nisi ipse Nonius? — Porro ab eodem haud dubie adiecta quae adfert ex Sereno, qui proximus ei fuit tempore, et ex Gellio, Apuleio, Gadullio, saeculi Frontoniani scriptoribus.

Neque intercedo, quin etiam hic illic aliquid ex Cicerone sive Sallustio vel Vergilio seu Terentio ipse adspersisse existimetur libro suo.

Sed praeter haec, quae et paucissima fuere et levissima, ubique sequitur aliorum grammaticorum commentarios, et morosa quidem compilatione atque illiberali. — Nam et lemmata multa videntur ab eo translata mutatione facta vel nulla vel minima et hoc ubicumque eveniret nec non in exemplis auctorum fere omnibus servata orthographia qualem apud auctores suos invenerat.

Atque eodem vitio factum, ut in parte excerptorum eius Romanorum summus orator M. Tullius audiret, at alibi, multo quidem rarius, Cicero. — Praeterea quod Lucilii modo libros inscripsit, modo Satyrarum libros, duplici eum fonte usum in illius versibus

adferendis docuit Lachmannus, ita quidem ut alter eius auctor omnes adhibuisse censendus sit poetae libros praeter XXI, XXIII, XXIV, XXV, quorum scilicet vestigium iam nusquam comparet (ut Lachmanno visum tantum postremos quinque), alter solos priores XX cum XXII.

Etiam hoc servavit Nonius, quod posteriores V libros, quia auctor ipsius in excerpendis eis a XXX esset orsus ut hexametris dactylicis constante magisque conveniente prioribus XXV dactylico metro scriptis, inverso et ipse citat fere ordine.

Similiter in adversariis, quae in suos usus vertit Nonius, duplex fuerat traditio carminum Ennianorum et Vergilianorum. Nam in altera Annales perinde cum Saturis erant usurpatae, item praeter Aeneidem Georgica, contra in altera sola utriusque scriptoris carmina epica. Ideoque auctor prioris Annales et Aeneida citare solet nominatim, alterius solo numero librorum designare satis habuit.

Iam cum dubitatum sit a plerisque antiquiores an recentiores potissimum adhibuerit Nonius in compilando compendio grammaticos, equidem diu meditatus persuasum habeo eum non usum nisi eorum doctrina, qui saeculo II inde ab Hadriano floruerunt, idque comprobari rationibus quas ille in auctoritate scriptorum quos citat sive extollenda sive elevanda sequitur.

Notum quippe plurimas longe elocutionum notatarum a Nonio firmari exemplis, ita quidem ut plerumque scriptoribus quos memorat vel tacite vel diserte tribuatur auctoritas consuetudini sermonis vulgati sive par sive superior, at interdum fides eorum imminuatur addito obscurae vel incertae sive dubiae eos esse auctoritatis. — Qua in re quin aliquando ignorantia lapsus sit ac levitate, non intercedo. Veluti cum Furium poetam epicum, quem quater Gellio usus memorat, bis auctoritatis dicit esse incertae, id propterea videtur esse factum, quod de tempore illius non constaret ei. Nam Furius et aetate (c. a. 100 videtur floruisse) et Ennii studio dignus erat qui careret nota tali. Cf. vit. Ennii pg. 278.

Attamen plerumque certissima et, si rationes probes, iustissima causa evenit, ut scriptoribus quibusdam auctoritas derogaretur a Nonio.

Nam cum ab Hadriani Caesaris tempore scriptorum Cicerone priorum, qui diu oblivione et contemptu pressi iacuerant, mirifice rursus coaluisset honos — atque ipse Hadrianus Vergilio Ennium, Catonem Ciceroni, Sallustio Caelium praetulit —, adauctum est

hoc studium et intentum Frontonis auctoritate, qui gratia floruit maxima Antonini Pii et M. Aurelii. Eius rei exemplum exile et, ut dicam quod sentio, putidum ipsius Frontonis, aliquanto minus illiberale Gellii scripta praebent.

Tum igitur provenit ingens numerus grammaticorum, qui in legibus sermonis latini docendis primo loco ponerent auctores Cicerone antiquiores, quibus adderent aureae scriptores aetatis paucos eosque certa ratione delectos, argenteae, quae inde a Tiberio fuit ad Traianum, nullos.

Ac primum quidem de poetis videamus.

Ex his antiquarii quos compilat Nonius haud dubia auctoritate voluerunt esse omnes qui ad Marii et Sullae fuerunt tempus, ita quidem ut agmen clauderent Lucilius Acciusque et Pomponius cum Novio. At ex insequentibus paucissimi eodem loco habiti: Laberius, qui veterum premit exemplum comicorum, Lucretius, Ennii et Lucilii sectator (Ciceroni mala carminum fama videtur offuisse), denique Vergilius, non modo propter tantam nominis claritatem, sed non minus quod et ipse esset antiquitatis amantissimus.

Contra cantores Euphorionis, qui post Sullae mortem aspernati palam vetustissimos et Alexandrinorum placita secuti novas aperuere vias poesi latinae transitumque muniere ad scriptores Augusto aequales, antiquariis non probabantur. Vnde hi et raro memorati et plerumque parum honorifice. Ita Varro, cui ab Atace cognomen, a Nonio citatur semel, semel Memmius, ter Mattius, bis vel ter Cinna, bis Calvus, quinquies Catullus, eorum celeberrimus. Atque horum pars locorum e Gellii libris petita, qui ut supra dixi minus moroso in afferendis scriptoribus utebatur iudicio. — Porro Catullus cum Calvo et Caesare propter vacillantem notati auctoritatem (pg. 198). Idem Memmio obtigit (194), idem Mattio (193).

At Reatinus Varro quamquam et ipse locis multis secutus est horum poetarum rationes, tamen propter tantum, quod et in carminibus eius comparet, vetustatis studium nulla districtus nota nec magis Laevius, quem eiusdem esse aetatis olim a nobis est demonstratum (de re m. 75), cum et ipse antiquissimorum auctorum quadam teneretur observantia, usus metris iambicis et trochaicis, quorum omnibus partibus praeter ultimam admitteretur spondeus. Et hic quidem citatus septies.

Non minus quam Catullus cum suis damnati a Frontonianis sive raritate citandi sive arguto quodam silentio celeberrimus quisque poeta temporis Augustei excepto, ut memoravi, Vergilio.

Nam Horatii quinquies apud Nonium fit mentio, Propertii semel, item Gracchi, binis Aemilii Macri et Santrae locis. Ex quibus Macrum et ipsum fuisse studiosum antiquitatis ea re videtur probari, quod a Quintiliano bis (X, 1, 87; XII, 11, 27) cum Lucretio coniungitur. Nec Santram ab ea fuisse alienum illa quae sunt opspletum, quie demonstrant; quod quidem eo minus erit mirum, si vel idem fuit qui auctor librorum de antiquitate verborum vel, quod propius videtur abesse a vero, huius filius. — Nam tragoedias eius non ante C. Caesaris mortem exaratas demonstrat exclusus a paribus trimetrorum locis spondeus.

Gracchus perinde augustei temporis tragicus quali fuerit sermone usus cum propter paucitatem reliquiarum definire non liceat, incertum quam ob causam semel eo usus sit Nonius.

At nusquam mentio facta Galli, Varii, Rabirii, Tibulli, Pedonis, Marsi, ne Ovidii quidem; nec magis eorum qui ad Traianum usque floruerunt. Nam extremae fuit ignorantiae, quod traditum est pg. 144 s. l. 'notificem' Pomponius Atreo, cogitare de tragico aequali Senecae.

Iam poetae Cicerone priores plerique cum et sua elegantia nituissent et favore floruissent populi Romani usque ad Augusti aetatem, inter prosae scriptores paucissimi inveniebantur, qui Musarum scopulos superassent dictique essent studiosiores. Itaque iam Ciceronis tempore haud pauci ab eis abhorrebant. Nihilo minus multi et ex his Frontonianorum adsensu probati. A Nonio autem maxime citantur historici Cato, Caelius, Claudius aliique, oratores, quod mireris, praeter Catonem nulli, ne Gracchus quidem minor.

Porro ex scriptoribus aetatis aureae apud eum praecipuo in honore fuere, qui et ipsi prae se ferebant antiquitatis studium, ut Sisenna, Nigidius, Sallustius omniumque maxime Varro. Hoc quod saepius etiam Cicero laudatur, propter easdem evenit causas, propter quas Vergilii nomen apud Frontonianos celebre. Calidium quod semel memorat oratorem, eum cum Claudio apparet confusum. Cf. comm. in 208, 27. — Ne Caesaris quidem orationes plus semel adhibitae, loco ex Gellio petito.

Neque Augusti aetate defuere qui in tanta aequalium scriptorum elegantia potius vetustissimorum sectarentur deformitatem. Inter quos fuisse Fenestellam Annalium fragmenta quantumvis pauca certissime demonstrant. Nec ea res mira, cum et eodem tempore vel insequente L. Arruntius Sallustium imitatus de bello Punico primo scripserit et ne Senecae quidem et Quintiliani saeculo defuisse constet antiquarios.

At Livius ab horum placitis longe diversus ter non saepius, in capite quidem III, citatus a Nonio; alii, ut Hyginus, Labeo, Ateius, Masurius, Augusto vel Tiberio aequales, semel, et quidem propter talia, quae ad res potius quam ad verba spectarent. Perinde Cornelii Celsi, qui ut Fenestella extremis Augusti temporibus et Tiberio imperante floruit, in capite de generibus bis adhibitum testimonium, addito semel minoris eum esse auctoritatis.

Denique non mirum etiam eorum, qui Frontonem secuti antiquissimorum auctorum genus dicendi imitarentur, quosdam mentione dignos visos Nonio.

Semel quippe citatur ab eo Gadullius Gallicanus Frontonis, qui eum memorat pg. 160 ed. Naber., aequalis, semel Appuleius.

Praeterea Gellii verbis aliquoties usus est Nonius auctore non nominato. Quem cum (pg. 493; 171) obscurae vel incertae dicit auctoritatis, dubito utrum id factum sit quod intellegeret eum rerum potius copia quam orationis arte insignem an potius quo excusaret, cur nomen reticuisset scriptoris eius, quod conscientia ductus proferre vereretur. Atque hoc ideo probabilius, quod alibi (188) auctoritatem prudentium tribuit eidem.

Locis vero adlatis demonstratur in auctoritate aestimanda interdum suum iudicium secutum Nonium. Eundem tamen in hac re ut in aliis plerisque ut plurimum probabile est existimationes grammaticorum, quos compilavit, iterasse. Atque ita effectum, ut in magna parte operis ne semel quidem de auctoritate scriptorum qui citantur iniciatur verbum, veluti in IV capite.

Denique quod Septimium Serenum, saec. III vergentis scriptorem, octies memoravit, quibus rationibus adductus id fecerit satis explicasse mihi videor capite I.

Sed ut finem faciam eorum quae sunt disputata, facile apparet rationes, quas Nonius secutus est in adhibendis scriptoribus eorumque auctoritate ac fide metiendis, neque Caesariani temporis vel Augustei neque saeculi quod insecutum est grammaticis convenire, sed soli aetati Hadriani ac Frontonis, cui etiam Flavium Caprum et Caesellium Vindicem oportet adscribi.

Igitur quae docti inde a Sullae tempore ad Traiani erant commentati per horum quos modo dixi libros manaverunt in Compendiosam doctrinam. Dubitari possit de uno Probo Berytio, qui floruit parte altera saec. I p. Chr., cum eum et studiosissimum fuisse antiquissimorum auctorum et reliquisse silvam non mediocrem observationum sermonis antiqui testetur Suetonius. Verum cum non sit probabile eum tam caecum fuisse tamque ridiculum,

ut aureae vel argenteae scriptores aetatis abiudicata auctoritate sperneret prae vetustissimis, qui tum ab omnibus fere praeter provinciales quosdam contemnebantur, cumque constet Nonium usum auctoribus, qui illius commenta adhibuerant, velut Capro et Gellio, mihi quidem persuasum est ne Probi quidem libros in manum sumptos ab eo. — Qui cum partem collectaneorum suorum petisset ex libris Suetonii quibus de antiquitatibus ageretur et ex miscellaneis, qualia Gellii Noctibus Atticis continentur, plura longe a scholiastis et glosographis adsumpsisse censendus est.

Et commentarios quidem scriptorum aetate Frontonis celeberrimorum, ut puta Plauti, Ennii, Pacuvii, Afranii, Lucilii, Accii, Pomponii, Lucretii, Sisennae, Varronis, Sallustii, Ciceronis, Vergilii ab eo saepe in propriam rem conversos inde sequitur, quod multus est in adferendis auctorum verbis eo ordine quo in libris eorum exhibentur. Nam ex eis, qui servati sunt, coniectare licet de interceptis.

Ac primum illis apparet usum Nonium studiosissime in capite primo et secundo, ubi etiam Gellius frequenter admodum est adhibitus, item in sexto ac duodecimo et quibusdam minoribus. Sed etiam ubi magis glosaria adhibita, hoc est in capitibus III, IV, V, quaedam ex eis videntur tracta.

Tertium quin potissimum ductum sit ex Capri libris de dubiis generibus, adhibitis quidem aliquando Caesellii lectionibus antiquis et Gellii commentis, non videtur posse dubitari.

At in quarto quintoque maxime lexicographis compilandis erat locus. In quarto raro admodum Gellius adhibitus, minus etiam in sexto, saepius in quinto.

Partes a VII ad XI, in quibus Gellii memoria vix ulla, ex uno fonte existimem petitas, sed non sine additamentis satis multis. Atque idem nescio an sit statuendum de IV.

In capitibus XIII—XIX multa ex Suetonii Pratis adsumpta non vana est Hertzii aliorumque doctorum opinio, cum alia ex commentariis scriptorum fluxisse appareat. Capitis XX fontem ultimum sat constat redire ad auctorem Augusto aequalem; nihil ultra; cf. comment.

Possis equidem suspicari Nonium, qua fuit neglegentia, in componendis partibus operis singulis u b i q u e uno potissimum certo auctore usum, qui illa de quibus supra memoravi scholiastarum glosographorumque et aliorum scriptorum testimonia praeberet iam conflata in unum et coacta, neque illum tanti habuisse ut multa ac varia doctorum ad compendium suum concinnandum

evolveret opera. Verum id vel Gellii Noctium Atticarum usu, quas primo cap. et secundo promiscue videmus adhibitas cum scriptis aliorum, refellitur.

Adeoque magis probabile multo numquam in partibus operis praeter eas quae sunt tenuissimae, ut XVII vel XX, totum sese addixisse Nonium auctori uni. Quod vel ideo crediderim ab eo vitatum, ne furta et compilationes nimis facili opera possent deprehendi.

Praeterea post perfectum compendium excussis iterum schedis, siquid casu esset praetermissum, quibus convenire existimaret locis interpolatum.

Iam cum omnium quos excerpsisse probabile est Nonium grammaticorum libri interciderint exceptis Gellii Noctibus Atticis, his quomodo usus sit ille cognoscere plurimum interest. De qua re post Mercerum aliosque luculentissime est expositum a Martino Hertzio Annal. philolog. LXXXV pgg. 705 sqq.; 779 sqq. (Opusc. Gell. 85—146).

Nondum satis expedita ea, ubi apparet illum aut eodem, quo hunc, fonte aut certe non solo usum Gellio. Exempla autem utriusque rei satis sunt frequentia. Ex posteriore genere maxime notandum, quod cum Gellius telorum ac navigiorum vocabula *quae in historiis veteribus scriptae essent* memoriter in itinere repetita inseruisset operi (X, 25), ita quidem ut plerumque acquiesceret nominibus referendis, Nonius utrisque singula destinavit capita. Quae quidem magnam partem ab eo ex commentariis petita velut Sisennae, Sallustii, Plauti, Vergilii scriptorum omnes habet numeros probabilitatis. Quamquam non intercedo, siquis et proprios de illis libellos ab eo existimarit adhibitos.

Porro cum Gellius X, 23 memoret eos, qui de victu atque cultu populi Romani scripserint, quae de generibus ciborum ac potionum, item de vasorum vel poculorum quaeque de vestibus et calciamentis a Nonio sunt prodita, haec, ut supra iam dictum, ad Suetonii Prata potissimum referenda adsentior Hertzio. At cum Suetonium pro more aliunde cognito tanta exemplorum mole, quantam videre est apud Nonium, usum minime sit probabile, etiam hic excerptos ab eo commentarios habeo persuasum, Varronis potissimum de vita populi romani librorum ac Saturarum, porro Plauti et aliorum.

De eis quae Nonio communia sunt cum Diomede ac Prisciano diligenter dictum a Schmidtio. Restant tamen quaedam supplenda.

Praeterea curatius iam erit anquirendum de Servio, cuius

commentariis plurima eademque utilissima ad Nonii adversaria explicanda continentur. Nec vero mirere ab hoc multum adhibitos enarratores Vergilii, poetae longe celeberrimi inter Romanos, cuius sexcenties memorat exempla.

Et nos quidem cum commodo maximo saepe usos scholiis Servianis ad explicandum vel defendendum Nonium docent commentarii. Quem pro natura sua non mirum aliquando stultiores perversioresque quaeque a Servio plerumque reicerentur praetulisse enarrationes. — Sed materia dignissima quae propriis tractetur curis. Quod nunc eo facilius poterit fieri, cum Thilonis sollertia commentarii isti ad usus sint accommodati communes. Quibus cito ab Hageno additum iri speramus relicuorum Vergilii interpretum scripta.

Inter Nonium ac Donatum Terentii commentatorem quae intercedant rationes etsi haud indiligenter quaesitum est a Bartelsio libello, quem mox memorabo, tamen superest disputandi campus. Sed res differenda donec praesto fuerit editio scholiorum illorum arte et ratione temperata, qualem dudum exspectamus a Diazkone.

Denique haud inutile erit Arusianum cum Nonio diligentius quam hactenus factum comparari. Nam utrumque (et adnotavimus quaedam) saepius eodem vel simillimo fonte usum sat apparet.

Iam ubi scholia excerpsit auctorum eum ipsum ordinem secutum fere Nonium, quo procedebant illa, Gellii compilati exemplo demonstratum est a pluribus. Eodem etiam modo usum puto in Suetonio adhibendo. At ubi glosaria potissimum compilavit, quod maxime videri factum in capitibus III, IV, V supra adnotavi, cum illa aut alphabeti lege decurrerent aut compositis quantum poterat fieri vel paribus diversarum rerum significationibus vel diversis earundem, ordo pristinus exemplorum incertus.

Restat ut de ingenio Nonii dicatur. Cuius liber quamquam editione hac aliquanto prudentior sapientiorque redditus quam umquam fuit ante nos inde ab aetate Merovingiorum, tamen nunc demum plene comparebit quanta fuerit ille socordia stultitiaque, quam quidem et Mercerus et Bentleius aliique multi ex praestantissimis criticis merito exagitarunt. Nam quod ad purgandum eum aut codicum memoriam vel corruptam nimis vel parum compertam aut doctorum iniquitatem sive inprudentiam excusarunt quidam, non licebit iam hanc praetexere veniam. Ipso enim numero errorum in commentariis nostris notatorum vincuntur.

Neque tamen omnia perversitatis Nonianae a nobis relata exempla, sed omissa leviora pleraque, quaedam etiam ex gravis-

simis, ut 143, 29; 166, 20; 233, 19, sed quae non possent fallere nisi alterum Nonium.

Quanta cum levitate et ut graece dicam ἀβλεψίᾳ grassatus sit ille in auctoribus quos compilat adhibendis, in Gellio, qui solus est servatus ex grammaticis ab eo excerptis, demonstrarunt Mercerus, Hertzius aliique. Neque alibi ab eo melius rem gestam, excepto quod in cap. IV, V, VI, XII, quae prioris partis sunt ultima, paulo accuratius eum versatum non caret probabilitate quadam, indiciis adstruitur plurimis. Itaque exempla haud raro truncata, maxime circa initia et fines, sed etiam in media parte, idque interdum non sine damno graviore. Aliquando et sensus vel horum vel doctorum, quos compilat, parum intellecti propter festinationem nimiam et quod corporis potius quam animi lumine in perlustrandis eis uteretur. Vbi illi decepti falsa lectione, Nonius tantum afuit ut corrigeret, ut potius novos inferret errores. Denique lemmata interdum inutiliter repetita; nec minore facilitate alibi contraria inter se et pugnantia tradita. Quarum rerum omnium documenta habes luculentissima proposita in commentariis nostris.

Ac tamen pessime rem egeris, si Nonii in adversariis perversissima quaeque et prodigiosissima toleraris promiscue ac discrimine nullo vel adeo in ea ultro intuleris. Nam ut omittam, a librariis in illum tam graviter saevitum, ut pauca antiquitatis scripta magis sint corrupta, cum is caeco impetu impulsus ac iudicio abdicato omni fontes suos sequatur, pro diversitate horum modo subtilissima atque pretiosissima, modo stultissima et vanissima ab eo invenies relata. Atque id cum ad relicuas operis partes, tum vel maxime pertinet ad capita IV, V, VI, XII. Quae cum ita sint, haud pauca perversa, quae in libro hoc ferebantur, vel citra librorum fidem oportuit tolli, quoniam Nonius numquam fere sua protulit, sed aliena, neque probabile est extitisse inter auctores quos excerpit alterum, qui stupore aequaret Nonium.

Ceterum etiam minus quam grammaticarum rerum metricarum locuples fuit arbiter Nonius.

Prosodiae quam non fuerit gnarus — et Afros, ut abundant vitiis, hac potissimum parte saepius lapsos constat — confusis pg. 344 mērendi ac mĕrendi verbis vel eis quae de statim adverbio 393 disseruit aliisque exemplis satis probatur. Ex quibus illud est levissimum, quod Vergilio adscripsit ergo correpta altera pg. 522 s. v. 'diem'.

Metrorum, quibus dactylici usi sunt, mediocriter peritum

fuisse existimarim; at eo maiore fuit inscitia numerorum scaenicorum, ne trimetros quidem iambicos aut tetrametros trochaicos satis ut calleret scandere, nedum versus rariores ac difficiliores. Adeoque apparet in eorum grammaticorum eum fuisse numero, quos refert Priscanus pg. 1319 vel negare ulla in antiquissimis fabulis latinis esse metra vel dicere ab omnibus doctis semota.

Sed tamen haec vitia omnia, quotcumque inveniuntur et qualiacumque, mitigantur multum elevanturque ea re, quod usus est Nonius auctoribus magnam partem egregiis, praeterea aetatis Frontonianae hominibus, cui neque studium desset nec facultas antiquissimam linguam latinam, quatenus a scriptoribus esset exculta et ad praesentis temporis imitationem apta, penitus pernoscendi, cum praesertim in promptu essent copiae a grammaticis per duo saecula superiora collectae.

Atque ipse Nonius, quantumvis sit homo neglegens et hebes, duabus est insignis virtutibus, ut exemplo possit esse multis huius saeculi grammaticis, primum ingenuo ac liberali studiorum amore, quem et Epistulis suis declaravit; qui quidem eo pluris est faciendus, quod iam aequales eius proniores erant ad barbariem; deinde candido et incorrupto veri studio. Nam etsi multorum antiquitatis doctorum secutus exemplum per vanitatem minime laudandam auctorum, quos excerpsit vel compilavit, nomina reticuit, tamen omni pignore potest affirmari eum in tradendis horum commentis semper spectasse id quod esset verum neque umquam scientem protulisse falsa. Igitur longe longeque superior est Fulgentio, homine nebuloso ac mendaci; quem ideo loco, quo per aliquot erat saecula potitus, rursus depulimus; constabitque illi memoria et honos, latinis pretium donec constet litteris.

III.

DE INSEQVENTIVM SAECVLORVM VSQVE AD INVENTAM TYPOGRAPHIAE ARTEM STVDIIS NONIANIS.

Inter grammaticos cum maiore vulgi fama ac favore ferri soleant Nonii quam Aristarchi, ei tamen, qui Compendiosam scripsit doctrinam, antiquissimis certe temporibus secus res cessit.

Nec enim invenio memoratum aut usurpatum ante saec. VI, praecipiti in barbariem genere humano, nec nisi a popularibus.

Nominatim adfertur a Prisciano Mauro, qui c. a. 510 floruit, et quidem ter sic (pgg. 879; 718; 560): *Nonius Marcellus de mutatis coniugationibus; Nonius Marcellus de doctorum indagine; teste Nonio Marcello de doctorum indagine.* Est ubi eo usus sit citra nomen; cuius rei maxime notabile est exemplum in libro XV pg. 1010, ubi cum alia traxit de Nonii cap. XI, tum quae adfert adverbia a *proterviter* ad *prosperiter* servato ordine petita sunt ex eiusdem pgg. 513—517.

Aliquando eundem uterque secutus auctorem, velut in eis quae de generibus indiscretis proponuntur.

Eodem fere tempore legit Nonium homo aeque Afer Fulgentius. Nam quod Ann. philol. XCV pg. 791 sqq. Hispanum dixi origine et saec. V scriptorem, in utroque nos fefellit opinio; cuius quidem rei causa erat ignoratus tum temporis a nobis liber de aetatibus mundi; quem deinde ex oblivione ac situ protraxit Reifferscheidius Mus. rhen. XXIII pg. 133 sqq. — Mox Iungmannus quaestionibus Fulgentianis Lipsiae a. 1871 editis pg. 49 sqq. luculentissime demonstravit floruisse Fulgentium c. a. 525, cum Hildericus Vandalorum optineret regnum.

Ac primum quidem memoria dignum, quod vix potest dubitari Nonii illud 198, 12: *apud Caesarem et Catullum et Calvum, quorum vacillat auctoritas*, obversatum esse Fulgentio, cum in historia mundi aetatium poneret haec: *ex quo Philippi in hoc negotio vacillavit auctoritas patris.*

Sed praeterea respicienda Expos. sermonum antiquorum, ut minora praeteream, lemmata haec (pg. 559; 61; 62; 64; 65; 67): *pollinctores; luscitiosos; oriam; friguttire; lembus; celocem; luteum.*

I. *Pollinctores dicti sunt qui funera morientium accurant.*

II. *Luscitios dici voluerunt interdiu parum videntes, quos Graeci myopes vocant* e. q. s.; cf. comm. in 135 l. 'luscitiosi'.

III. *Oriam dicunt navicellam modicam piscatoriam.*

IV. *Friguttire dicitur subsilientem oggarrire* (*subsiliter* vel *subtiliter aggarrire* v.). *unde et Plautus in Casina ait: quidnam friguttis?*

V. *Lembus est genus navicellae velocissimae, quos dromones dicimus; sicut Virgilius ait: quam qui adverso vix flumine lembum remigiis subigit.*

VI. *Celocem dicunt genus naviculae modicissimum, quod lembum dicimus.*

VII. *Sudum dicitur serenum.*

VIII. *Luteum dicitur splendidum. unde et Pacuvius in tragoedia Thyestis ait: non illic luteis Aurora bigis.*

Cum quibus conferenda Noniana illa (pg. 157; 135; 533; 7; 534; 532; 31; 549):

I. *Pollictores sunt qui mortuos curant.*

II. *Luscitiosi* (*Lusciosi* cdd.), *qui ad lucernam non vident et μύωπες vocantur a Graecis.*

III. *Horia dicitur navicula piscatoria.*

IV. *Frigere est et friguttire et fritinnire sussilire cum sono — Plautus in Casina: nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?*

V. *Lembus, navicula brevis piscatoria. Accius Deiphobo — Turpilius Leucadia — idem Lemniis — Vergilius Georg. lib. I: quam qui adversо vix flumine lembum remigiis subigit.*

VI. *Celox est navigium breve, dictum a celeritudine.*

VII. *Sudum dictum est quasi sine udo, ut est aer post pluvias serenus et liquidus.*

VIII. *Luteus color proprie crocinus est. Vergilius in Bucolicis — et Aen. lib. VII: Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.*

Ex his, quae curiosius persecuti sumus, quia parum doctorum adverterant animos, maxime notanda praeter IV exemplum, de quo pluribus dicere supervananeum est, V et VIII. Nam in illo ex Nonio pendere Fulgentium truncata inepte priore parte exempli Vergiliani evincitur; in hoc et explicatio lemmatis perversa et Pacuviani, si dis placet, Thyestae verba aperte ex Aeneidos, quem adfert Nonius, ducta versu.

Apparetque vel maxime ex his atque talibus, quomodo usus sit auctoribus suis Fulgentius. Qui cum ex lectione turbulenta et confusa quaedam retinuisset memoriter, Africani ingenii abundantia praeceps actus paucis veris vel similibus veri plurima addidit figmentorum prodigia, ad quae defendenda vel excusanda Gerlachio opus esset patrono. Nec tamen socordia et levitate, sed fraude ac dolo inventos ab illo auctores, libros, locos ipsi tituli portentosi demonstrant, quibus probatur id potissimum eum egisse, ut popularibus suis imponeret. Nam Afros, ut sunt natura singulari, semper vasta et incredibilia concupisse iam in Porfyrii vita memoravi.

Emendatorem autem nactus est Nonii liber iam centum fere annis post aetatem auctoris. A. quippe 402 legit eum et ut potuit emendavit Tolosae Sabinus quidam, qui et Persio operam navavit tum Barcinone (conf. Ianii proleg. pgg. CLXXIII sqq.).

Nam in codice Montepessulano (saec. IX vel X), qui utrumque continet auctorem post finitum Nonium pg. 66 aversa capitalibus uncialibusve litteris margini adscripta fuere olim ferme haec:

Iun. T	*ryfo*
n. Sa	*biñ*
prot	*ector*
dominic.	*legi*
q. cum d	*d. n. n.*
Arcad. et	*Honor̄*
quinqu	*ies cons̄*
prou	*t po*
tui sin	*e ma*
gistro	*ēmdans*
annota	*vi. anno*
aetatis	*XXX*[mo]*. et mi*
litiae q	*uarto*
in civi	*tate Tolosa.*

In his dextrae partis secundi, quinti, paenultimi versus prima quaeque littera non servata integra; at quae in sinistra scripta sunt acciso olim a glutinatore folio intercepta et suppleta ex Relandi fastibus consularibus sub anno u. c. 1154 sive p. Chr. 402. Is f. traxit ex N. Heinsii schedis; cuius vitae pg. 20 subscriptio ea, quae in fine Persii addita, refertur a Burmanno. Atque hac usus Ianius actorum soc. doct. Saxonicae a. 1851 p. III pg. 334 ita probabiliter restituit alteram:

Iulius Tryfonianus Sabinus protector domesticus legi meum dd. nn. Arcadio et Honorio quintum consulibus. prout potui sine magistro emendans adnotavi anno aetatis tricesimo et militiae quarto in civitate Tolosa.

Ac Duebnerus quidem dubitavit an recentior esset subscriptio. Contra Momsenus certo videri vetustam sibi dixit; idque confirmatur exemplari quod apud Ianium l. m. typis expressum, cum quo plane congruit transmissum ad nos a Gordono. Nam Quicheratus de illa silet. Eiusdem igitur atque ipsius Nonii liber est aetatis.

Iam cum in solo libro Montepessulano Nonii, quod mihi constet, illa sint subscripta, nusquam alibi; cumque ex eodem atque ceteros archetypo eum deductum et summa lectionum aequabilitate, qua convenit ei cum ceteris, demonstretur nec minus ea re quod paginam capitis IV unam in hoc pariter atque in omnibus post 3, 13 positam testantur editores Basilienses, aut statuendum subscriptionem in reliquis codicibus casu quodam omissam, id quod vix videtur probabile, aut ex libro emendato

opera Sabini eam translatam a scriba aliquo et ab eodem ad illius exemplar suum — incertum qua diligentia et fide — correctum.

Digna cognitu quae de subscriptionibus codicum latinorum protulit Ianius l. supro memorato. Vnde apparet minime ex eo quod maturo admodum tempore emendatorem invenit Nonius sequi exemplaria eius iam tum gravius fuisse corrupta. Quamquam potuisse ea cito labem trahere cum propter summam auctoris perversitatem, tum propter multitudinem exemplorum vetustissimi sermonis latini nemo negabit. Ita a. 535 (vel 498) a Securo Memore Felice Martianum Capellam, quem intra annos 410 et 39 floruisse demonstravimus Annal. philolog. 93, 705 sqq., ex mendosissimis exemplaribus emendatum testatur subscriptio. Verum cum constet et Macrobii et Boetii aliorumque scripta quaedam centum fere post mortem auctorum aut etiam pauciorum annorum intervallo lecta et emendata a grammaticis vel potius grammaticorum aemulis viris nobilibus (cf. Ian. l. m. pg. 347 sq.; 354—59), quae cur gravius tum temporis adfecta esse statuamus non est, non licet adfirmare potius quod videretur egere correctore quam ad horas fallendas subsicivas tractatum Nonium a Sabino.

Cuius equidem operam, ut eorum, qui tum temporis in emendandis libris latinis versati sunt, tantum non omnium, substitisse in rebus minimis levissimisque et, si inveniret corruptelas graviores, earum vix ullam ab eo sublatam non modo inde sequitur, quod nullo auxilio alieno usus emendavit Nonium quodque eodem anno item sine antigrapho Persium scriptorem difficillimum temptavit, sed magis ex eo, quod, ut iam dictum, omnia paene vitia, quae in ceteris Nonii exemplaribus comparent, inveniuntur in illo.

Neque satis apparet, cur dixerit Sabinus adnotatum a se Nonium. Nam neque notarum criticarum ullum in libro Montepessulano videtur esse vestigium nec magis scholiorum. Haec autem vel illa qui adderet dici solebat librum adnotare. Cf. Ian. l. m. pg. 370. Nec vero siqua in margine archetypi Noniani, de quo statim exponam, fuere additamenta ab illo proficisci potuere.

Hactenus de Iulio Sabino.

Iam ut cetera persequar, de codicibus Nonianis pluribus disputatum a Ludovico Haveto libri ab H. Meylano a. MDCCCLXXXVI editi, qui inscriptus est 'Nonius Marcellus', pgg. 169 sqq. — A quo ut quaedam nobis suppeditata luculentissima et utilissima, ita summam rationem eius probare non possum.

Igitur Merovingiorum tempore in Gallia, cui tot et tanta litterarum latinarum debentur monumenta, fuit codex quidam

Nonii, qui capitalibus litteris esset exaratus ductusque ab exemplari correctoris manum passo. Quae res demonstratur et dittographiis quibusdam, quae habentur in libris optimis, nec minus pulchro Rothii invento, qui intellexit pg. 471 s. v. polliceri posita illa 'nam in omnibus legi ποαιπεκαο' adiecta a grammatico, qui saturae Varronianae titulum vitiose scriptum ex aliis libris frustra quaesisset restituere.

Praemissa sunt in cdd. Harleiano, Spanhemiano, Guelferbitano, Bambergensi, Bernensi 347 aliisque fere haec: Index earum rerum, quae hoc codice continentur. Noni Marcelli peripathetici Tuburgicensis de compendiosa doctrina per litteras ad filium. Tum Index vel additus vel omissus. At in Lugdunensi, spectatae fidei teste, omissa inscriptione omni primo loco positus Index. Hinc haud levis oritur suspicio in archetypo prima pagina intercepta excidisse titulum pariter et praefationem, qua carere Compendiosa doctrina vix poterat; ea autem quae sunt: Noni Marcelli — per litteras ad filium ab interpolatore in apographum aliquod inculcata sive aliunde sive quod in exemplari, unde archetypus duceretur, praemissus esset Index Noniani operis cum aliis libris, ut puto, grammaticis descripti et hinc tracta illa, quae parum videntur apta: Index earum rerum quae hoc codice continentur.

Index autem singulorum capitum inscriptione repetita non ubique cum cura redditus, sed hic illic interpolando mutatus, partim, ut videtur, iam in ipso archetypo.

Porro in hoc lacunae erant plures; atque adeo totum cap. XVI, quo de calciamentorum generibus agebatur, haustum.

Simul et turbatus ordo eorum, inter quae erat illud interpositum. Nam in libro Montepessulano nec non in Par. 7665 caput quod nunc est XVII praecedit quinto decimo; idque melius esse, cum illo respiciantur potissimum vestimentorum colores, recte adnotavit Quicheratus. Cf. et comm. in 543, 1.

Etiam VII capiti commodus magis erit locus post X.

Minores iacturae bis terve omissis graecis, at saepius multo aberrando ab uno verbo ad aliud propter initium simile aut alia librariorum neglegentia originem traxerunt, hic illic etiam chartae vitio vel obscurioribus notis litterarum.

At glosas quod videmus saepe solas positas apud Nonium sine explicatione, id — a paucis si recesseris — haud dubie ipsius culpa factum, qui velut bruta animalia caecos impetus sequuntur, ita auctorum suorum depasci satis habuit commentarios, nihil ut

referre existimaret, plenine et perpicui an manci et tenebrosi essent.

Praeterea casu nescio quo pagina una T litterae avolsa ex cap. IV post primam codicis archetypi (3, 13) est addita, alterius autem primi versus labe contracta obscurati. Atque ita effectum, ut in libro Guelferbitano ad illud 'leat', quo continuatur primi capitis enarratio, in margine haec sint notata: hic desunt IIII^{or} lineae, quae in autentico non erant scriptae. Apparet igitur unum ex eis qui archetypum descripserunt, cum videret initio novae paginae quaedam supplenda, aliquid spatii reliquisse, quo lemmatis, quod est Phrygiones, interceptum suppleret exordium.

Quod cum ita sit, potest eorum quae in singulis foliis archetypi fuere scripta quaedam iniri ratio.

Nam cum illud aequet editionis Mercerianae tres paginas (406, 13—409, 14), apparet utraque eius parte fere fuisse perscriptum, quod huius unam paginam et dimidiatam impleret. — Quamquam tali computatione non multum proficitur, cum singulis paginis vel pauciora vel plura potuerint contineri pro diverso lemmatum numero; quae etsi ubique in archetypo ita fuisse disposita ut singula inciperent a novo versu non potest demonstrari, quin pluribus locis id factum existimetur non intercedo.

Praeterea nonnumquam, et maxime quidem in cap. IV, lemmata vel partes lemmatum disiectae erant et perturbatae, haud dubie quod in libro, unde ductus est ille, omissae prius ac deinde in margine locis alienis essent additae.

In eodem exemplari cum saepius a correctore recta scriptura supra corruptam esset apposita, ea res fraudi fuit aliquando librario archetypi, qui ex utraque conflavit unam. Ita portentosum illud 'narcessibai', quod legitur 2, 26 s. l. 'senium', a nullo criticorum, ne Lachmanno quidem, potuit emendari, quod fugeret eos olim fuisse exaratum: narce^{ssi}bat.

Porro aliquando verba vel partes verborum perperam repetitae intervallo posito vel nullo vel quod saepius accidit exiguo, interdum cum quadam rectae lectionis depravatione. Erat etiam ubi pro corruptis substituta vera in alienum locum commigrassent. Nec non glosae in margine erant additae pauculae, de quibus nonnullae deinceps in contextum operis irrepserunt.

Praepositionum assimilatio praeter certa quaedam vocabula, in quae ab antiquissimo tempore esset recepta, erat rarissima. Atque orthographiae vetustissimae quaedam haeserant exempla,

sed partim crassa Minerva immutata. Pro *y* saepe positum erat *e*. Nam alia magis vulgaria, ut *b* et *v*, *c* et *g* confusa omitto.

Capitalibus litteris cum exaratus esset liber, non mirum in eo parum fuisse distinctas *E*, *I*, *L*, nonnumquam et permutatas cum his *T*, *P*, nec magis *M* parum differre ab *NT*. Praeterea notandum, quod subinde pro *M* positum erat *ET* vel invicem.

Compendia scripturae, ut solet fieri in codicibus antiquissimis, et pauca fuere et ad expediendum prompta. — Praenominum notae cum haud raro virgula supra addita essent insignitae, in apographis optimis pro eo quod est Marcus aliquotiens errore subridiculo positum men. — At auctorum et librorum frequentissimorum nomina saepe abbreviata, ut puta Verg., Lucil., Cic., Tull. pro Vergilius, Lucilius, Cicero, Tullius; porro Hist., Annal., Philippic., Comment., Bucol., Georg., Aen. pro Historiarum, Annalium, Philippicarum, Commentariorum, Bucolicon, Georgicon, Aeneidos. Cuius scribendi moris exempla servavit Guelferbitanus plura quam Lugdunensis et Harleianus. Hinc orti errores in apographis; veluti pro Historiarum exaratum Historiae vel Historiographus, pro Annalium Annalibus vel Annali, pro Philippicarum Philippicis, pro Commentariorum Commentorum. — Atque alia subinde a nobis in apparatu notata.

Illud libro modo plene erat perscriptum, modo omissis litteris quarta et quinta; eaque et ipsa bis terve errandi causa.

Numeri ut plurimum ordinales cardinalium notis, interdum tamen litteris perscripti.

Praeterea a librario et quod codex, quem describebat, difficilior esset ad legendum et propria ignorantia ac levitate plurimi ac saepe gravissimi commissi errores in litteris, syllabis, verbis. Atque ipse usus scriptura parum accurata et dilucida, nisi potius statuetur membranam illam deinde sordibus obductam et obscuratam.

Quae cum ita sint, falluntur qui, sicubi maior apparet in verbis Nonii corruptela, ideo proprium vocabulum vel graecum vel certe ab usu remotius aut arcanam aliquam sapientiam latere existimant. De quo facile adsentient nobis, hanc qui editionem excusserint.

Repetita in margine lemmata nisi raro admodum cur existimem non habeo. Contra irrepserant in contextum ipsum iam tum quaedam a grammatico interpolata, qui vel adnotasset explicassetque verba Nonii vel correxisset eundem castigassetque, interdum et auxisset. A quo et glosaria alia adhibita et exempla quaedam addita,

quae ex vulgatissimis illo tempore libris, ut puta Ciceronis, Terentii, Vergilii, denique Plauti fabulis prioribus octo, habuisset cognita. Is aliquando superavit iudicio Nonium; plerumque ab eius vena non multum differt.

Iam ex hoc quem adumbravimus archetypo inde a Carolingico tempore duplex fluxit velut rivus traditionis.

Nam descriptus ex eo unus codex satis accurate diligenterque, servata etiam ut plurimum orthographia; ex quo originem traxere Lugdunensis manus prima, item Harleiani, porro Florentinus, Genevensis, Cantabrigiensis, Tornaesianus, Bernensis 83. — Et quidem archetypi exemplum praeter orthographiam, in qua constituenda sequendus potissimum Lugdunensis, optime redditur Harleiani manu prima, tum Lugdunensis, ceteris libris ut quisque his simillimus.

Porro alterum indidem ductum exemplar, quo cum pauca essent servata melius, multa immutarentur sive neglegentia describentis sive corrigendi studio, orthographia etiam inverteretur ad aetatis illius morem. Atque ab hoc repetendi cum altera Lugdunensis Harleianique manu Guelferbitanus, Escorialensis, Bambergensis, Montepessulanus, Parisinus 7665, Bernensis 347, glosae Lugdunenses. — Quorum dittographiae cum plerumque aut deteriores sint aut, ubi potiores, interpolationis manifestae, eodem plane loco ut sint ponendae, quo criticorum commenta hodiernorum, aliquando tamen sunt tales, ut archetypi eis fidelius reddi formam appareat. Nam et recte habent perscripta quaedam, quae corrupta leguntur in priore classe, et quidem citra falsi suspicionem, nec non inveniuntur in eis vitiosa, quae arbitrio eius, a quo prius archetypi apographon confectum, appareat immutata. Etiam orthographia prisca interdum melius servata classe altera quam vel Lugdunensis manu prima.

Atque horum quae diximus documenta facile est invenire in commentariis nostris.

In hoc autem apographo, ex quo altera ducta classis, adiectae erant capitibus I, II, XIX frequentes glosae marginales (rarissimae ac levissimae in relicuis). De quibus infra dicetur, cum excerpta Lugdunensia describentur.

Liber Nonii a Poggio in Italiam allatus, de quo post agetur, utrum prioris fuerit classis an alterius an neutrius non potest definiri, cum Italici codices inde ducti nec cogniti sint satis et abundent corruptelis interpolationibusque saec. XV ortis.

Non fuit in illo (sicut ne in Montepessulano quidem, de quo mox referetur) cap. III. Nam Romani libri praeter duos (Vatic.

1557; Vrbin. 308) nec non ceteri Italici, de quibus innotuerit, praeter Florentinum, veluti Veneti duo a nobis a. 1885 inspecti, eo carent. Ex Poggii item exemplari videntur ducti relicui saeculi XV codices, a quibus absit cap. III, ut Vindobonensis CCLXXII, Basiliensis, qui a Gerlachio et Rothio est adhibitus, Parisin. 7577, denique membrana abbatiae Fiechtiensis prope Oenopontum sitae, ex qua Zingerleius cum pauca notasset Actorum philologicorum Bremae olim, nunc Gothae editorum I, 1311, alia quaedam ab eo, quo studio tenetur nostri, in nostros usus excerpta. Accessit bibliothecae illa opera abbatis eius, qui intra annos 1469—91 monasterio illi praefuit. Neque liber ipse videtur esse antiquior.

Contra solum cap. III continetur Vrbinati 308, libro haud spernendo.

Denique caput tertium in editionibus Aldo prioribus non extare notum.

Tum caput IV suo loco motum, quod cum III non adfuit codici illi, ex quo Bambergensis similiumque ei librorum fluxere excerpta, ac pluries singillatim est descriptum. Testes Genevensis, Cantabrigiensis, Tornaesianus, item Bernensis 83, in quo tamen omissa pars exemplorum.

Quae cum ita sint, apparet in uno alterove ex apographis archetypi ita distincta fuisse capita vel omnia vel maiora, ut ab integris inciperent foliis.

Ex libro autem, cui dessent partes III et IV, circa saec. IX factum compendium quoddam, quo I, II, V omissis praeter initium usque ad illa quae sunt 11, 4 *Pomponius Syris* auctorum ut plurimum testimoniis, interdum et Nonii lemmatis, sequentia rursum additis ubique continebantur. — Ex hoc igitur fonte repetitus liber Bambergensis (cuius sunt apographa Vossianus 116 et Paris. 7666), saec. X, item Turicensis saec. X vel XI.

Praeterea cum referat Havetus libri supra memorati pg. 171 Bernensem 347 (saec. X) olim fuisse iunctum Parisino 7665 et casu divulsum, cumque Montepessulanus (saec. X) incipiat a cap. IV, porro ab hoc pariter et Parisino 7665 absit cap. IX, apparet alteram factam epitomen diversam a Bambergensi, quae cum et ex cap. IV excerpta exhiberet, et quidem primo loco, et careret cap. IX, in eis, quae sunt inde a VI, cederet multum copia libro Bambergensi. De qua re Haveti potissimum merito constat. Cf. l. m. — Nam Montepessulano vix tertiam operis Noniani partem contineri testatur Quicheratus pg. IX sq., idemque XI refert non easdem ubique lacunas Paris. 7665 et 7666. Quanta autem inter Montepessulanum

et Bernensem 347 ac Par. 7665 intercedat similitudo vel hinc apparet, quod hi tres libri allatis auctorum nominibus titulos librorum solent omittere.

Ceterum probitate ut Montepessulanum ac Bernensem 347 Genevensi et Bernensi 83 cedere constat, ita Parisinus 7665 inferior Bambergensi, ex quo alter ductus Parisinus.

Denique ad eandem atque Montepessulanum et Bern. 347, Parisin. 7665 familiam pertinere librum quendam Oxoniensem (Canonicianum 279) saeculi IX ineuntis, de quo quaedam relata Musei rhenani XXX, 629 (continentur eo excerpta ex cap. IV et sequentibus, omissis plerumque exemplis) auctor est Havetus pg. 171. Dittographiis quidem, quae paucae innotuere, confirmantur quae dixi de minore huius classis pretio.

Atque hos libros, quos modo recensuimus, apparet omnes deberi studiis antiquitatis, quae Carolo Magno auctore in Gallia commota sunt ac provecta. Eademque aetate Hincmarus Remensis, qui mortuus est a. 882, usus est capite secundo Nonii. Qui Op. II, 414 ed. Paris. a. 1645 haec profert: *et huius verbi* (i. e. *vulgo*) *simplicis praeteritum Nonius Marcellus in libro quem inscripsit de proprietate sermonum ponens dixit* (182, 23): '*vulgavit honeste positum, vile habuit et quasi in vulgus dedit*'. *De composito autem hoc verbo, quod est promulgo, Paulus in glossis suis dicit.*

Saec. XI elanguit Nonii cura cessantibus quippe monachis Benedictinis ac superantibus magis magisque Dominicanis et Franciscanis, qui non curarent scriptores antiquos nisi tritissimos usu ac vulgarissimos. — Igitur ne Papiam quidem glosographum, cuius liber c. a. 1063 prodiit, siquid habeat eruditionis Nonianae, ex Compendiosa videri petisse doctrina, sed ex libro glosarum, de quo infra dicetur, scripsit mihi Goetzius.

Circa a. 1160 floruit Ioannes Sarisberiensis, vir multa, ut illis temporibus, auctorum saecularium imbutus lectione, quamquam aliquanto minus doctus, quam videri vellet. De cuius studiis accuratissime dixit Carolus Schaarschmidtius in p. XIV Mus. rhen., mox in libro, quem de vita illius composuit. — Igitur is semel adfert Nonium, sed ita ut iures non totum huius librum, sed excerptas inde glosas ei adfuisse. Nam Policratici VIII, 2 (pg. 577 ed. a. 1639) haec habet: *unde et nuptias a nubendo dici maiores tradiderunt, quia pudenda humanae infirmitatis nubit, id est abscondit, ut ait Nonius Marcellus, indulgentia legis.* Quae non videntur posse referri nisi ad illud, quod habes pg. 75 *abscondit*

pro abscondidit (ita cdd. pro eo quod est *abscondidit pro abscondit*); unde ductum legitur in glosario Lugdunensi: *abscondit, recondit.*

Nec vero in Adami Parvipontani aequalis Ioanni ac familiaris epistula ad Anselmum, de qua conferenda quae dixit Hertzius prooem. Gell. pg. XXXIV sq., ulla lectitati Nonii sunt vestigia, quamquam agnoscere sibi visus est M. Hauptius, qui primus edidit societ. doct. Saxon. act. a. 1849 pg. 276 sqq. Nec magis in Panormia Osberni monachi Glocestriensis eodem fere tempore, quo Ioannis Policraticus, composita (huius enim esse thesaurum novum latinitatis ab Angelo Maio auctorum classicorum parte VIII a. 1836 editum ostendit Guilelmus Meyerus mus. Rhen. XXIX, 179 sq.) indicia extant Nonii adhibiti neque ut puto in Vgutionis libro derivationum, circa 1192 vulgato, de quo cf. Loewii Prodrom. pg. 243 sq., superantibus scilicet Prisciani Isidorique et Pauli libris, quibus quae continerentur exeuntis medii aevi doctis non minus certa visa sunt et comperta quam

Pythia quae tripode ex Phoebi lauruque profatur.

Memorat tamen Quicheratus pg. XII codicem quendam Parisinum (7596 n.) a. 1207 — eundem, ut puto, quem tangit Reuvensius Coll. Litt. pg. 186 —, quo quadraginta circiter lemmata Nonii exhibeantur exemplis nusquam additis.

Alia autem Nonii per saec. XII, XIII, XIV descripti vel adhibiti exempla certa mihi quidem non innotuere. Nam ne Vincentius quidem Bellovacensis, et ipse compendiosae doctrinae, ut illo tempore, satis eruditae auctor, quantum compertum habeo, usus est eo.

Contra inde a saec. XV idem rursus saepius describi coeptus, cum facile posset intellegi, quanti esset aestimandus eis, qui vetustissimi sermonis latini tenerentur studio.

In Italiam ex Gallia post finitum concilium Constantiense advectum exemplar Nonii opera Poggii, qui in epist. XII, pg. 148 ed. Tonellianae, ad Nicolaum Nicolum data Romae XVIII Kal. Maias anni ut Tonellio videtur 1425 haec habet: '*hoc ego te rogo permaxime, mittas etiam libellum Nonii Marcelli, quem ad te misi una cum aliis rebus ex Parisio scriptum litteris antiquis; quod erit mihi maiorem in modum gratum.*' — Atque etiam in eiusdem Nicolai elogio fol. 102 sq. ed. Argentorat. a. 1513 inter scriptores a se inventos in Gallia et Germania memorat Nonium: *qui integrum Quintilianum, Ciceronis nostri orationes, Silium Italicum, Nonium Marcellum, Lucretii partem multosque praeterea e Germanorum Gallorumque ergastulis mea diligentia eripui atque in lucem extuli.* Quamquam

in exemplari quodam impresso Argentoratensi a. 1511 ferri dicitur *Nonum* (sic), *Marcellinum;* cf. Mehus. vitae Ambros. Traversarii prooem. pg. XXXIII.

Saeculi XV praeter alios multos, qui vel supra sunt memorati vel cap. V citabuntur, liber est Basiliensis, quo Gerlachius et Rothius usi. Nec dubium quin Cuiacii codex et Fabri et Arnaldi aliique aliunde non noti, quos subinde adhibuere docti, eodem saeculo provenerint.

Qui cuncti ut vitiis portentosis, ita interpolationibus abundant; quod non mirum, cum vix ullus auctor perinde sit inquinatus mendis ac Nonius. — In quibus tamen tollendis grammatici exeuntis medii aevi non eadem qua in aliis scriptis usi sunt felicitate propter imperitiam vetustissimae metricae et grammaticae latinae; quae res etiam offecit eis in Plautinis fabulis corrigendis supplendisque.

Quod cum ita sit, non potest esse mirum, etiam scriptores huius saeculi, veluti Perottum in Cornu copiae, ex Nonio Festoque ac Varrone interdum vix credibilia protulisse.

Denique saec. XV extitere qui mutato ordine antiquo totum Nonii compendium ad alphabeti legem discriberent, non quidem satis plene aut nullis interpolationibus additis. Ex quibus pars crassa usi Minerva, dum nihil nisi primam quamque singulorum lemmatum respiciunt litteram, in ceteris servarunt ordinem et progressum libri Noniani. Talis est ex Romanis Reg. 1469; cuius prima sunt lemmata: *Avernus lacus*, *Austra*, *Adulatio;* ultimum *Vitare et cavere differunt.* In quo apparet Nonii librum non ultra caput V adhibitum. At in Reg. 1639 etiam intra singulas litteras ordo observatus alphabeti, cum primum eius lemma sit *Abdicare*, ultimum *Vultuosum.* Alphabeti serie continuati et Lugdunensis quidam, olim Palatinus, et Orvillianus, de quibus dixit Reuvensius Collect. Litter. pg. 188. Cf. et Iannellii Catal. cdd. Neapol. pg. 22. — In Vaticano autem 1558 primum Nonii caput in alphabeti ordinem quendam est redactum.

Restat ut exponatur, quatenus Nonius adhibitus sit in glosariis aetatis mediae. De qua re quam brevissime potero agam, cum neque facere multum videatur ad crisin Nonianam (id quod commentariis nostris probatur) neque plene possit pertractari ante castigata via et ratione glosaria potiora, in quibus nunc edendis versatur Goetzius.

Qui scripsit mihi in libro glosarum, de quo dictum a Loewio Prodromi Corporis glossariorum latinorum pgg. 222 sqq. — saeculi septimi ad exitum vel initium insequentis refert — haud ita raro videri respici Nonium.

Et glosarum quidem libri auctor ipsam excerpsit Compendiosam doctrinam, ut exemplis quae prompsit Goetzius demonstratur. Contra glosae Lugdunenses petitae ex margine eius Noniani apographi, unde deteriores Nonii libros ductos supra memoravi, idque vel ea re probatur, quod haud paucae in eis inveniuntur, quae sine Nonii exemplari intellegi nequeant. — Post ea, quae nos summatim monuimus Annal. philol. a. 1866 pg. 388 sq.; Quaest. Lucil. XXXVI, dictum de illis pluribus a Loewio Opusc. pg. 233 sqq.; Prodromi 170 sqq.

Codex est Lat. Bibl. Publ. 67 F, olim Krohnianus, membranaceus saeculi ut Zangemeistero visum VIII vel IX. Habet columnas quaternas versuum modo tricenorum, modo uno vel duobus plurium (cf. Loewii Prodrom. pg. 170). Descriptum ex eo qua insignis est cura exemplar donavit nobis Zangemeisterus.

Praeter alia glosaria multa continentur eo a fol. 142 usque ad 148 excerpta ex Nonio capita duo. Ex quibus prius ita est inscriptum: '*incipiunt glosas Agelli et Marcelli*' (non '*Martelli*'), secundum, quod pg. 147 incipit: '*item alias*'. — Alter titulus ideo notabilis, quod apparet ex eo ne medii quidem aevi litteratos latuisse, quam multa Nonius sumpserit ex Gellio. Neque enim ullae huius glosae continentur in codice, nisi quas recepit ille.

Et priori quidem parti insunt excerpta ex Nonii cap. II, quibus accedunt quaedam ex XIX (quod vulgo audit XVIII), item nonnulla ex I; alteri ex I petita additis illis: a tegendo (cd.: abegerdo) toga; tenax parcus, quae ex cap. IV male huc ut in ceteris Nonii libris translata, et porro: atri (adterat v.) miseri; ara (arta v.) porcorum stabulum, quae ex II. — Alphabeti ordo in utraque parte servatus.

Glosae non excerptae ex Nonio, sed, ut supra memoravi, transcriptae ex deterioris familiae codice et quidem corruptissimo, quamquam quaedam propter vetustatem melius in eo erant reddita quam in ceteris. — Docent errores plurimi et interdum gravissimi, ut haud raro difficile sit ipsum indagare lemma Nonii. Nova autem addita vitia incuria ignorantiaque librarii.

Simillimum fuisse librum Nonii, unde ducta glosaria, ei, a quo repetendus Bambergensis, et dittographiae quaedam docent communes et a C diversae nec minus omissa identidem lemmata eadem.

Ceterum easdem vel simillimas glosas in sylloge glosariorum Monacensi, de qua dictum est Indicis lect. aestivarum Ienensium a. 1885, inveniri edoctus sum a Goetzio. Quem speramus in Corpore glosariorum, quod molitur, etiam Lugdunensibus daturum locum

additis observationibus, quas maiorem partem congruentes cum eis quae infra sunt notata, humanissime ad nos transmisit.

Ordo in priore glosario fere idem qui in Nonii libro, interpositis tamen subinde ex cap. I et XIX lemmatis; in altero lemmata minus curiose disposita.

Nihil extrinsecus adscitum. Cf. comm. in 120, 7; 146, 33.

Lemmata saepius eadem quae Nonii; interdum ad auctorum ab eo citatorum verba reficta vel mutata liberius, plurimumque corrupta adeoque paraphrasis principe loco posita, veluti: *Iuxta, iuxtim.* — Paucissima nec mentione digna ex ipsis auctorum locis admixta.

Explicandis glosis plerumque ipsius grammatici verba adhibita; alias ea mutata vel omissa quaedam sive adiecta; atque omnia etiam hic cum summa gesta socordia. — Vbi sola apud Nonium lemmata exhibentur, additae saepe explicationes, plerumque eaedem atque in margine Guelferbitani et Harleiani, de quibus supra memoravi, interdum aliae. Sed his quam caute sit utendum duobus declarabo exemplis. Nimirum apud Non. 100 cum feratur dirississimum pro derisissimum, in glosario autem ut in margine Guelferbitani legatur dirissimum, in illo et in margine Harleiani additum id quod est severum; item 108 cum in parte librorum sit exterminavit pro externavit, in eodem ut in mrg. Harl. haec scripta: exterminavit, finibus suis evertit. Adeoque enarrationes tantum non omnes, quibus caret contextus Nonii, ab interpolatore additas statuo.

Saepe explanatio omissa, ut puta sic: quid sit equimentum; quid eriificum sit (cf. Non. 69); vel: caballi ubi primum lecti sint; coda ubi lecta sit.

Omnino tenuis usus glosarii nobis fuit ad Nonium emendandum et qui ad orthographiam potissimum pertineret. Eius ubi referre videbatur addita memoria. Hic ut speciem aliquam animo informes, initia primi capitis et secundi adscripta.

I.

Aput iuxta.
Abstenens subrius.
Adipatum pinguae.
Adamare oblegari inherere ab amo trahere.
Aquilex aquam colligens.
Adstipolari adsentire.
Addicti obnoxii devoti quid sit equimentum quid eriificum sit.

Abludas furfures.
Adulterione per adultero.
Anticipare quasi ante capere.
Aurigatur moderatur regit.
Ancitectari conponere.
Adat dicat.
Amatio amor.
Adesum consumptum.
Adtendere cogitare.
Adcommodat´adiungit.
Autumnitas per autumno.
Aut tum num genere neutro.

II.

Abligare a loco alinare. unde et legati et legatio dicta.
Arcanum secretum repositum. ab arca dictum.
Austra rotarum modii.
Abherbator tatorum a toro toriale (cf. l. '*tororum*' pg. 11).
Amusis regula fabrorum semi dictum.
Avernus quod avis non ferat a greco. ornea enim avis dicuntur.
Antes quadrature.
Angina morbus ab agendo.
Arquatus morbus regius ab arcu dictus quod viridis faciat.
Aglomerare in globum collegere.
Abundare abunde dare.
Adpendix quod alii adiungitur quasi ex alio pendens.
Ador frumentum ab orando vocatum.
Adterat (cf. l. '*atri*' pg. 73) *miseri.*

Aliud extat breviculum glosarium in codice Lugdunensi 67 E (saeculi est IX), cui inscriptum '*incipiunt glosae Noni cum Ciceronis*'; de quo dixit Loewius Prodromi pg. 146. — Tertium a Barthio primum editum, cuius auctor praeter alios scriptores sat multos etiam Nonio usus (est autem aetatis recentioris) memoratur apud eundem pg. 164. — Porro Guilelmus Schmitzius in codice Bernensi quodam notarum Tironianarum saec. X (habet n. 358) invenit excerptas ex Nonio aliisque scriptoribus glosas quasdam, manu secunda additas. Cf. quae dicta ab eo Pansteno-graphici Lipsiae a. 1869 editi I pg. 207 sq.

Denique in glosis ad Iuvenalem maiorem partem spectantibus, quae ab H. Keilio editae sunt Halis a. 1876 ex cod. Paris. 7730 saec. X, habentur tenuissima quaedam vestigia lectionis Nonianae, ut pg. IX *sublevit; illusit;* ib. *tolutim, volubiliter.*

Ceterum laetandum quod ab aetatis mediae doctis non perinde in artum coactus Nonius atque a Paulo videmus Festum. Cuius vix sorte cariturus fuit ille, si commoda vulgi usibus extitisset epitome Compendiosae doctrinae.

Qui inde a saec. XV usi sunt glosographi Nonio, e quibus maxime memorandus Perottus, a nobis silentio praeteribuntur, cum vix quidquam conferant ad verba eius restituenda, nisi quod ex codicibus qui extant peti possit.

IV.

QVID A SAECVLO XV PROFECERINT GRAMMATICI EMENDANDO LIBRO NONII.

Comparatis quae infra sunt enumerata librorum scriptorum subsidiis duplex nacti sumus commodum, cum et de archetypo Noniano, quale fuit Merovingiorum tempore, fere ubique constaret nec minus loci quidam, qui hactenus obscuri videbantur vel mendosi, iam sine ulla mutatione verborum explicari possent et expediri.

Sed restabant multo plura ac prope innumera, in quibus confugiendum esset ad illam artem, qua neque praestantius quidquam est, si a peritis tractetur, neque abiectius, si ab ignaris, hoc est ad eam criticae partem, quae versatur in libris veterum coniectando divinandoque refingendis.

Qua in re primum praedicandum haud leviter nos superiorum tempore grammaticorum opera adiutos eorumque sollertia ac virtute permulta ex Nonii verbis vitia et in his gravissima quaedam sublata. Quod cum ita sit, non erit mirum, quod magnum a nobis studium collocatum in cognoscendis eis, quae priores de illo composuerant. Multa igitur ex libris vulgo notis, sed saepe neglectis, quaedam etiam ex recondito eruditionis thesauro prolata in commentariis nostris. Atque adeo adfirmare ausim nullam umquam prodisse editionem Nonii, quae melius esset instructa doctorum commentis, si pretium respexeris, non si numerum, quam haec; idque cum ingenti commodo nostro factum; nam vix pares fuissemus operi, nisi tot egregiis criticorum inventis essemus aucti.

Attamen Nonius vix minus miris quam per medium aevum recentissimo tempore iactatus fatis.

Nam inter grammaticos qui post renata humanitatis studia

versati sunt in corruptelis Compendiosae doctrinae tollendis ut multi fuerunt principes, ingenio, doctrina, arte florentissimi, et quorum nomen numquam sit periturum nisi quando genus humanum in barbariem erit relapsum et oblitum litterarum latinarum, sic non pauciores extitere proletarii nec nisi ad explendum numerum nati.

Quos ita facillime promptissimeque poteris inter se distinguere, ut hos Nonio, illos scriptoribus quos adfert dignos autumes.

Quod cum ita esset, modum oportebat adhiberi abstinerique ab omni πολυμαθίᾳ; quo haud pauci nunc doctorum conflictantur vitio. Etenim cum et superioribus saeculis plurima de latinis scriptoribus sint composita et hoc tempore grassetur, in Germania maxime, molestissima quaedam πολυπραγμοσύνη, qua afficiuntur multa, pauca perficiuntur, et studiorum velut flumina, quae olim latissimo ferebantur alveo, in rivulos deducta sint tenuissimos, quorum sequi ac perlustrare cursus neque iuvat neque expedit, cumque inveniatur magnus numerus hominum qui, cum eruditione et ingenio sint vel nullo vel nulli simillimo, docere tamen malint quam discere, illud maxime est cavendum doctis, qui magnum aliquid et quod memoria dignum sit posterum moliri instituunt, ne, dum levia ac minuta captant, summas rerum omittant.

Atque illud inprimis Nonii editori curandum, ne animus sterili doctrina obrutus eam perdat alacritatem eumque vigorem, qui vel maxime requiritur in opere difficili adeo, ut humanis viribus paene sit maius, neve imitetur exemplum eorum, quos lectionis parum subactae mole haud aliter videas fatigatos et fractos deficere quam sarcinarum onere obruta iumenta.

Igitur caute admodum et circumspecte adhibita doctorum studia Noniana, quaedam autem, cum aliunde satis constaret de auctoribus, statim exclusa.

Non ignoro equidem aliquando et sub sordido palliolo latitare sapientiam et in sterquiliniis inveniri res pretiosissimas. Ac tamen ineptus iure habeatur, qui in triviis potius quam in montium venis quaerere instituerit

ferrum, aes, argentum atque aurum penitus abditum.

Quae cum ita sint, ignoscent, puto, harum rerum arbitri, quod, ut hoc utar exemplo, cum Iohannis Vahleni, professoris Berolinensis, indolem satis cognitam haberem ex eis, quae de Ennio Naevioque et Varrone proposuit, eiusdem Analecta Noniana legere supersedi, ac mirabuntur potius, cur eius, qui sustinuit edere Lucilium non respecta editione nostra, rationem habuerim ullam.

Porro silentio praeteritus C. Franckenus, professor Vltraiectinus, item alii duo vel tres, qui inscitiae et perversitati petulantiam impudentiamque addiderant. Hoc lenissimum pariterque promptissimum visum poenae genus, quo deterrerentur iuniores, ne eadem, qua isti, grassarentur via crederentque ad magna molienda nulla re opus esse nisi magna arrogantia. Itaque ex commentis eorum nihil allatum nisi paucissima, quae vel olim notata essent a nobis in schedis vel deinceps ex aliorum scriptis excerpta. De quo ideo monendum duxi, ne si forte semel bisve a nobis proponerentur velut nostra, quae occupassent isti, spoliasse existimarer eorum thesauros.

Eodem silentio damnati iuvenes quidam ex genere molestissimo et studiis damnosissimo, quod nunc haud infrequens in Germania (appetones vulgo nuncupant). Qui neque peritia rerum quas tractant aucti ulla neque ulla ducti cupidine inveniendi veri, sed unius alteriusve professoris iurantes in verba eiusque aucupantes gratiam, ut quemque aptissimum existimarint ad aliquod extundendum lucellum, fingunt ac diffingunt quaelibet. Hos igitur ac tales (qui quidem post Ritschelii obitum maxime fores obsidere dicuntur Momseni, sed etiam minorum gentium doctis quibusdam multum illusere) nulla usquequaque mentione dignatos, si vitii illius vel minima nobis oborta esset suspicio, non erit mirum.

Magis sane notandi professores quidam Germaniae, qui seminariis publica auctoritate traditis, ut iuventutem imbuerent doctrinis arte et ratione modeste verecundeque tractandis, abutuntur ad propriam explendam vanitatem augendamque gloriolam et assentatores formando atque appetones studiorum foedant maiestatem. Horum igitur ex schola non, ut quondam ex Isocratis, meros principes prodire, sed meros servos non est quod mirere.

Itaque satius visum auctores vitii puniri; qui corrupti essent eorum perversitate, praeteriri silentio.

Omissa et alia quaedam scripta iuniorum, qui non essent infecti macula ista, non contemptu aut fastidio, sed quia modus erat statuendus labori nostro.

Denique illud addo, nos secutos morem nostrum, ex quo ultimam manum imposuimus operi, h. e. ab initio anni MDCCCLXXXV, nihil attigisse novorum librorum quod ad Nonium pertineret praeter paucissima et quorum maior pars ab auctoribus esset ad nos transmissa.

Ceterum non est quod moneam etiam praeter haec quae

memoravimus in tanto scriptorum aliorum super alia acervatorum numero potuisse quaedam nos latere bona et utilia Nonio, cum praesertim habitemus prope septentrionem multumque remoti ab eis urbibus, ubi maior longe pars librorum, qui ad antiquitatis studia pertinent, solet prodire.

His praemonitis et de editionibus Nonii et de aliis scriptis, ad nostram rem quae faciant, sumus acturi. In quo tamen illud tenendum, non agere nos bibliographum, sed libero ingressu notare paucis, ut quisque grammaticorum maxime vel virtutibus est insignis vel vitiis, quo et egregiis ingeniis laus protendatur nominis et pravorum dedecore absterreantur iuniores.

Praesto fuere nobis in cap. I et II tantum editiones a. 1476, 80, 98, 1526. Deinde Aldi exemplar paravimus. Ideoque excusandum, quod in illa parte Aldo quaedam adscripta quae potius sunt Bentini, qui cum plerumque accuratissime reddere soleat Aldinam, novavit tamen nonnulla lectore non monito. Inde a capite IV accessere edd. princeps et a. 1471, item Pii quae sunt a. 1510 et insequentis, quibus deinde per totum opus usi sumus. Et videbatur hic plane sufficere apparatus.

Plura de impressis Non. exemplaribus cognoscere qui cupierit (nec enim omnia memorata a nobis), adeat Eberti Schweigerique et Panzeri libros, item Spengelii in Varronem ed. I Prolegomena.

Editionum Nonii, si pretium respexeris et honorem, quattuor possunt distingui aetates; ex quibus prima pertinet ab a. fere 1470 ad Aldum, altera ab Aldo ad Iunium, tertia a Iunio ad Mercerum, quarta a Mercero ad hoc tempus.

Igitur princeps Nonii editio putatur, nec immerito, illa, quae eodem fere tempore quo Varronis ac Pauli (cf. Spengelii ed. II Varr. pg. XIV; Muelleri Festi XXXV) c. a. 1470 curante Pomponio Laeto Romae per Georgium Laurum Herbipolitanum typis est impressa; de quo constat ex epistula praemissa, quae sic est inscripta: *Pomponius Gaspari blando Salutem.* in qua et refert se a Volsco aliisque amicis adiutum. — Sequitur editio anni, ut in fine dictum, 1471, loci vel auctoris indicio nullo, quae non, ut Gerlachius refert, expressa est ex illa, sed tantum dissimilis, ut nisi certis quibusdam capitis maxime IV probaretur indiciis auctorem usum Pomponii opera, dubitare possis, an ne viderit quidem umquam. Tam multa aut ab hoc omissa exhibet aut omittit ab eodem addita. Etiam ordo utriusque libri interdum variat. Porro lectiones saepe meliores, aliquando deteriores quam in principe inveniuntur. Itaque probabile est Pomponii exemplar, dum typis

exprimitur altera editio, allatum et subinde inspectum et in usum conversum, non tamen constanter nec accurate; ut plerumque solebat tempore illo. Titulo operis Noniani uterque caret liber. In Pomponii disticha pauca subiecta, in altero praemissus index quidam lemmatum.

In utroque vitia multa sublata, maximam partem leviora. Idem et corruptelis abundant et lacunis, nec vero desunt interpolationes crassa Minerva factae auctorumque doctrinae et arti convenientes.

Et Pomponii editione et sequente usus est Nicolaus Ienson Gallicus (ita ipse se vocavit), qui Venetiis a. 1476 emisit Compendiosam doctrinam. Qui quamquam parum usus est libris scriptis (nam praeter titulum et graeca quaedam adeoque graecis litteris reddita vix quidquam adiectum), tamen hic illic operam navavit Nonio haud inutilem. At magna pars eorum, quae vulgo huic vel editori Parmensi tribuuntur, potius ed. a. 1471 debetur. — Atque haec forma operis mansit usque ad Aldum.

Deinde iungi coepti cum Nonio Varro et Festus, quod primum factum, quantum constat, in editione Parmensi a. 1480, multisque huius et insequentis saeculi recensionibus expressi una.

Pauca correcta in illa, pauciora etiam in ea quae prodiit Venetiis a. 1498, impressa, ut in fine Varronis dictum, per magistrum Antonium de Gusago Brixiensem.

Non inutilis prorsus neque tamen insignis editio Baptistae Pii, cuius exemplar Mediolani a. 1510 excusum (de quo cf. ed. Festi Muellerianae pg. XXXV), dein repetitum, et quidem locis aliquot accuratius emendatiusque, Lutetiae Parisiorum a. 1511. Fuit is homo perdoctus idemque studiosus admodum vetustissimae latinitatis, sed iudicii saepe perversi vel parum castigati. Plura de eo dicta a Ritschelio Opusc. II, 53 sqq.

Cornu autem Copiae Perotti, qui locos Nonianos, quos adfert plurimos, ex libris scriptis vel impressis aequalibus sumpsit, aliquoties exhibet propria opera correctos, primum ab Aldo videtur editum una cum Varrone, Festo, Nonio. Atque id deinceps factum saepius.

Neque singillatim iam, ut puto, Nonius editus ante Iunium, quamquam adnotatum est partes syllogae huius vel illius, ut non mirum, subinde venisse seorsum.

Longe autem prioribus melius de Nonio meritus est Aldus ille, qui a. 1513 emissae Venetiis Compendiosae doctrinae III caput addidit, quod a recentioribus codicibus plerisque abesse

notum, et in ceteris exempla supplevit haud sane pauca — adiecta haec opera Iucundi Veronensis, qui in Gallia Nonium cum antiquis contulerat exemplaribus (unde haud raro mirifice convenit Aldinae cum librorum optimorum Lugdunensis et Harleiani virtutibus vel vitiis, ut et haec vel apographa inde ducta Iucundo ad manum fuisse appareat) — nec non corruptelas sustulit multas.

Praeterea, quod nec ipsum leve meritum, ab eodem ad usus aliquanto commodior redditus Nonius et adiecto verborum indice locupletissimo et paginarum versibus notatis. Quod merito secuti sunt posteriores.

Atque cum hac editione, quae a. 1517 est repetita nulla ut videtur mutatione facta, fere convenire Basiliensi a. 1521 et Iacobus Beckerus adnotavit in margine exemplaris quod nuper paravimus et in praefatione eius, quae aliquot annis post est emissa, haud obscure significavit Valentinus Curio. Cui cum exprobratum esset, quod nimia cum fide Aldi servasset vestigia, a. 1526 novae instituendae recensioni adhibuit Michaelem Bentinum, qui additis in fine operis commentariis, satis quidem brevibus, cum aliquando laberetur iudicio, idem satis multa emendavit solo fere usus ingenio. Nam quos memorat subinde libros et recentissimos fuisse et corruptissimos facile apparet.

Cuius Castigationes in Nonium, quas inscripsit, additae esse dicuntur ab Aldo editioni ei, quae a. 1527 prodiit.

Fulgentius primum editioni Basiliensi, quae a. 1532 publicata a Valentino Curione cum Nonio, ut a. 1526, Perottum, Festum, Varronem continet, additus esse fertur, tum ab aliis in eadem scriptorum congerie repetitus, donec omissis relicuis a Iunio adhaereret Nonio.

Novum autem longeque maius incrementum cepere studia Noniana post saec. XVI medium; quae continuata sunt ad a. fere 1650.

Nam circa hoc tempus cum in Gallia et Belgico exortus esset mirificus amor auctorum antiquissimorum latinorum, quo etiam Germani vicini tracti adeoque Itali, tum vero plurimi exorti critici, qui ut Varroni ac Festo glosariorumque auctoribus, ita Nonio diligentissime impenderent operam, et quidem fructuosam adeo, ut dubium sit, successune maiore rem difficillimam sint aggressi an conatu.

Qui quamquam neque codicibus satis erant instructi aliisque subsidiis, quibus nunc aegre carent docti, neque aut metricae vetustissimae ac prosodiae satis gnari aut comparatarum linguarum

auxilio iuti artemque et viam magis sensu quodam nativo quam descriptis praeceptis tenebant (propter quae non possis mirari ab eis haud ita raro gravissimos commissos errores adeoque tales, quos hodie vel proletarius criticus facile evitet), tamen tantum praestiterunt Nonio, ut non prius eorum peritura sit memoria quam cum ipsis litteris latinis. Quam laudem adsecuti sunt non ingenii solum sollertia (nam et prior aetas et posterior multos vidit egregiae indolis criticos), sed lectione etiam atque etiam repetita scriptorum vetustissimorum, quorum penitus insinuarant arcana, simulque ardore illo igneo, qui neque lucri neque laudis cupiditate excitatur, sed solo studio veri. — Quae cum ita sint, cui erit mirum, quod plerosque doctorum, qui postea ad Nonium emendandum sese accinxere, tantum superarunt, quantum Pygmaeos Gigantes?

Sed de illis plura dicta in historia classicorum apud Batavos studiorum et in editione Lucilii.

Quantum autem sit profectum multorum coniunctis laboribus, pariter cum Plauti comoediis docent Varronis ac Nonii Festique et glosographorum libri, docent Scaligeri et Lipsii commentarii aliorumque plurimorum lucubrationes, e quibus multae continentur Gruteri Lampade critica.

Quae autem ad Nonium pertinent, eorum potissima recepta in immortalis nominis editiones Hadriani Iunii ac Iosiae Merceri.

E quibus ille partim suis, partim aequalium coniecturis usus (codicum autem novorum parum ampla ei aderant subsidia; nam quem memorat saepius fuit fere pessimus; unde raro a nobis citatur; sed cf. comm. in 233, 40) locis sexcentis emendavit Nonium. — Etiam quae in margine leguntur notae breviculae cognitu saepe dignissimae. — Eius editio prodiit Antverpiae a. 1565.

Iunium secutus Iosias Mercerus recensione priore, quam a. 1583 emisit, additis libellis duobus, quibus doctorum commenta in Nonium et codicum selectae dittographiae referuntur, simulque indice auctorum aliquanto promptiore ad usus quam qui extat apud Iunium.

Iunio ac Mercero usus Dionysius Godofredus, cuius liber primum excusus est Lutetiae Parisinorum, ut et Merceri, a. 1585 et aliquotiens deinceps repetitus. De quo a typographo magnifice praedicatum in praefatione, sed frustra. Nam, ut diximus, plerumque Iunii exemplar expressum, neque quae ab ipso addita aut multa ita sunt aut pretiosa.

At Mercerus codicem nactus eundem, qui nunc Guelferbiti

servatur, aliosque minoris pretii libros novam suscepit editionem eamque, cum iniuria temporum per tria paene decennia iacuisset, prompsit a. 1614 Lutetiae ac Sedani per amicos, omisso ut in priore auctoris nomine. De quo tamen dubitari nullo pacto potest, cum praesertim ipse p. 87 notarum ad pg. 4 l. tolutim dicat monitum de re quadam a se in commentis ad Aristaenetum.

Haec igitur editio omnium, quae ante eam fuerunt, longe est et emendatissima et locupletissima. Nam non modo in textu constituendo plus sibi sumpsit libertatis quam antea; sed commentario addito, qui, ut solebat fieri aetate illa, non multa contineret, sed multum, et de emendando et de explicando Nonio optime est meritus; quamquam secutus aequalium morem in memorandis codicum scripturis non ita fuit accuratus neque cetera aequabili pertractavit diligentia. — Praeterea cum studio duceretur traditionem, quae ipsi videretur, optimam hoc est libri Victorini memoriam reddendi accuratius, haud raro ab eo spretae lectiones quas priores suppeditabant editiones, quarum minime usus tollitur adhibita recensione Merceri.

Ceterum quod dicit Gerlachius plurima in schedis Passeratii ineditis inveniri, quae a Mercero in propriam rem videantur esse conversa, notarum illarum maximam partem a. 1612 typis vulgatam, pauca autem superesse inedita refert Quicheratus pg. XV.

Libri praeter Victorinum, e quibus excerpta subinde exhibet Mercerus, Nicolai Fabri, Iacobi Cuiacii, Isaaci Casauboni multum fuere deteriores Guelferbitano; omnium autem pessimus, ut ipse intellexit, quem primo posui loco. Cuiacii et Casauboni qui fuerunt, eos idem dicit parum fuisse integros ac praeterea omissa in utroque a librariis quaecumque viderentur affecta esse gravius; nec non illum aetate multo inferiorem Victorino, hunc nutiquam comparandum cum eodem. — Raro igitur admodum a nobis sunt memorati.

Merceri exemplar, quod etiam usus commoditate, adiecto auctorum indice satis locuplete, praestabat superioribus tempore, mox communi doctorum usu, ut decebat, teri coeptum, eiusque paginae in citando Nonio addi solitae. Repetitum autem est Lipsiae a. 1826, correctis quidem erroribus operarum, qui haud pauci irrepserant, sed aliis identidem illatis. Eius editionis auctor fuit Ernestus Spangenbergius, qui et Merulae curas Ennianas iterum excudit a. 1825. — Praemissa pauca eaque satis levia de vita, scriptis, codicibus, editionibus Nonii. — Nos scilicet ipso Merceri libro usi.

A quo etiam tertiam editionem incohatam, sed quae morte eius impediretur, memoriae traditum.

Praeter Iunii ac Merceri Lipsiique et Scaligeri nomina nota vulgo maxime memorandi h. l. Acidalius, Carrio, Columna, I. Dousa, Fr. Dousa, Fruterius, Gebhardus, Grotius, Gruterus, Gulielmius, Leopardus, Merula, Palmerius, Passeratius, Popma, Scriverius, Turnebus, Vossius maior, alii quidam. Qui cum omnes bene meriti sint de Nonio, palma videtur esse tribuenda Passeratio et Turnebo.

Quorum aequat fere merita Guietus, homo scitus admodum et subtilis, quamquam velles eum aliquando temperare potius ingenio suo quam indulgere. Eius in Nonium commenta ex bibliothecae Parisinae copiis cum magno commodo protracta sunt a Quicherato.

Et hi quidem quos breviter recensui viri quot locis lucem attulerint Nonio ex apparatu facillime agnoscetur. Illud inter merita eorum non ultimo loco memorandum, quod versuum multorum ab eis legitimi restaurati moduli, sive in metrum redactis eis, quae prius habita essent pedestria, sive rectius constitutis quae ante cum haud dubie essent poetica hiulcis numeris pedibusve claudis traherentur.

Saeculo XVII medio magna illa ingenia, qui Latinitatis antiquissimae intima perscrutati erant, cum cessarent, etiam Nonii studium est abiectum. Atque ipse Bentleius, sive casu seu perversitatem hominis exosus, parum operae navavit ei. Raro igitur in commentis Horatianis et Terentianis ad emendandum vel explicandum accingitur, neque quae a Zangemeistero Mus. rhen. XXXIII, 462 sqq. prolata sunt anecdota, si subtraxeris, ut par est, priorum inventa, auctoris famae respondent.

Apud Batavos quantum circa initium saeculi huius deferbuerint studia, quibus Merula, Grotius, Vossius inclaruerant, apertissime declarant Chr. Reuvensii Collectanea Litteraria a. 1815 Lugduni edita.

Sed sub idem tempus inter Germanos cum sensim Reizii et Hermanni merito scriptorum vetustissimorum populi Romani reviisceret cura, id maxime officiebat Nonio tractando, quod de lectione antiquitus tradita omnino non constaret, mancis ut plurimum adeoque falsis editorum priorum testimoniis.

Attamen haud pauca correcta et ab Hermanno in elementis doctrinae metricae, fabularum graecarum latinarumve recensionibus, opusculis nec non a Bothio scaenicorum latinorum reliquiis editis,

quamquam utrumque partim propria culpa, partim aliena non raro a vero aberrasse constat. De Hermanno dicere non est opus. At Bothium hodie a plerisque neglegi aegre ferimus, quem et iniuria contemptum a Ritschelio et longe sagaciorem feliciorem-que Ribbeckio in mendis librariorum tollendis non possunt dubitare nisi imperiti. Neque quidquam nisi rei tenuitatem, qua coactus est multa componere deproperata opera ad vitam sustentandam, obstitisse reor illi, ne ad summa perveniret.

Talis cum esset rerum status, laudabili admodum consilio usi Franciscus Gerlachius et Carolus Rothius, professores Basilienses, Nonii adversariis a. 1842 editis id potissimum spectarunt, ut infra textum additis doctorum commentis codicum qui ipsis viderentur optimorum scripturae repraesentarentur. Qua quidem in re multum eis obstabat, quod neque Lugdunensis libri pretium ab eis satis poterat intellegi — nam a Gerlachio neglegenter admodum est collatus — et Harleiani notitia in eis vix erat ulla. Neque Genevensis ac Bernensium testimonia satis accurate relata. Illud singularis perversitatis, quod B littera praeter Basiliensem librum pessimum etiam prior Bernensis, qui optimis est adnumerandus, saepe notatur a Gerlachio. Quae res Ribbeckio aliisque fuit fraudi.

Coniecturae Gerlachii paene omnes pessimae dignaeque auctore suo.

Hoc aliquanto melius res gesta a Rothio, viro longe praestantiore, sed qui, ut saepe fit in vita, deteriori esset obnoxius ideoque pravitati eius immixtus. — Is et Guelferbitano libro (quem et ipse falso optimum esse ratus fundamentum recensionis voluit esse) diligenter usus est satis nec minus bene meritus de Nonio prolatis non ita multis, sed maiorem partem egregiis coniecturis. — Metricae tamen incuria inscitiaque haud multum cedit socio.

Ita autem operam inter se sunt partiti, ut Gerlachio capita I et IV cum praefatione conscribenda cederent, Rothio relicua pariterque conficiendi indices; in qua etiam parte cum maxima est versatus cura.

Altiora Basiliensibus appetivit Ludovicus Quicheratus, qui editione Lutetiae Parisiorum a. 1872 emissa non codicum antiquissimorum et optimorum testimonia, sed ipsius Nonii verba restituere conatus est. — De quo ego quam potero mitissimum laturus sum iudicium, primum ut de mortuo, qui contra dicendi non habet facultatem, deinde propter gentis eius merita, cum plures ex doctis Gallorum expertus sim et amicos integerrimos

et existimatores scriptorum meorum candidissimos longeque et prudentiores et aequiores popularibus quibusdam nostris.

Itaque laudandum quod ex bibliothecae Parisinae copiis amplissimis prolata sunt a Quicherato ignota prius multa commenta doctorum et maxime Francisci Guieti eademque interdum pretiosissima, nec minus quod versibus curiosius distinctis talem instituit editionem, quae posset a nobis tradi typographis. Praeterea haud ita infrequenter locis corruptis ipsius Nonii, aliquanto rarius citatorum auctorum ab illo primo adlata medela. Qua in re nonnumquam comparent acuminis haud vulgaris indicia; ex quibus patet, nisi iuventus viri in ea tempora incidisset, quibus Galli prorsus abdicarant eam criticae partem, quae in emendandis arte ac ratione scriptoribus versatur, planeque antiquissimi sermonis Latini exuerant curam, Merceri sui Turnebique et Scaligeri obliti (ea deinde egregio cum successu ab eis repetita studia), potuisse eum operam Nonio navare minime spernendam. Nunc vero tantum distat inter Quicherati rationes et nostras, ut cum illo agere de via ineunda perinde sit inutile ac si cum theologo aliquo de dogmate disputare institueris.

Quod ut demonstretur, legantur, quaeso, quae pgg. IX sqq. ab eo dicta de codicibus quibus usus est editionisque Quicheratianae ac nostrae comparentur paginae binae trinaeve. Quibus actis facile cognoscetur plane illum ignarum fuisse eorum, quae ab editore Nonii et solent iam et debent exigi, sive librorum manu scriptorum spectaveris examen usumque ad artis criticae leges accommodatum seu peritiam grammaticae metricaeque Romanorum antiquissimae. Quid illa memorem quae pgg. XXV sq. de orthographicis editionis novissimae rationibus sunt disputata ab eo? Qui cum inscriptionum et grammaticorum documenta opponit codicum antiquissimorum barbariae, quam vocat, ignorat scilicet paucissimis et quae levissima sint exceptis confirmari auctoritatem illorum exemplis horum optimi cuiusque, illud autem, quod ipsi unice probatur, scribendi genus libris deterrimis ultimorum medii aevi saeculorum et eorum qui tum primum scripta veterum typis expresserint neglegentia inniti.

In codicibus adhibendis quanta cum incuria sit versatus, ut de hoc pauca addam, vel inde apparet, quod pg. XXXII in recensu subsidiorum omisso Bernensi altero affirmat Basiliensi contineri caput tantum quartum. Adde quae idem de Guelferbitano libro et de Victorino disseruit; de quibus cap. V erit dicendum pluribus. In Lugdunensis et Harleiani lectionibus referendis quotiens erraverit

sive propria culpa sive aliena, haud facile dixeris. Montepessulanum non ubique satis accurate a se collatum testatur ipse. Denique in Parisino 7667 adhibendo, quem putavit maximi esse ponderis, cum sit nullius, quanta eius fuerit levitas et olim Harleiani, ex quo descriptus est, collatione nobis est patefactum et nuperrime edito Meylani libro. Itaque non iniustus videar existimator, si dixero in codicum lectionibus, quas referret cognosci, notandis eum vix rarius peccasse quam in verbis restituendis Nonii, cum aut falsa proferret aut silentio praeteriret memoria digna.

Quae cum ita sint, librorum ab illo excerptorum testimoniis, de quibus non constaret aliunde, usum me et parcissime et cautissime non erit mirum.

Ceterum eundem Quicheratum narrarunt amici menstruis archaeologicis, Lutetiae quae prodeunt, a. 1876 multis ambagibus et adseveratione magna contendisse (quod quidem invidenda ingenii felicitate iam Ribbeckius praeierat Musei rhen. XXIX) pessime a nobis rem gestam in Lucilio alioque eius opus editore. — Vides quam sint diversae hominum sententiae. At uter nostrum rectius existimarit de studiis alterius, iudicium erit penes doctos.

Illud doleo Quicherati causa, quod sustinuit pronuntiare aliquando aliena a nobis surrepta et pro nostris venditata. Scilicet singulari quodam fortunae ludibrio, de quo in primordio operis memoravi, cum evenerit nobis, ut corruptissimum quemque vel librariorum vel criticorum culpa nec non ad taedium usque doctorum obrutum commentis tractare institueremus scriptorem, mirum erit profecto et indignum, quod nonnumquam sive ignorantia veri sive memoriae vitio lapsi occupatas ab aliis coniecturas non tribuimus primis auctoribus!

Et potui quidem facile regerere crimen allatis ex Nonio exemplis haud sane paucis, quibus vel nostra vel aliorum inventa sibi adscribit Quicheratus. Sed enim si viveret vir honestissimus et quem saepe iudicio, numquam fide lapsum scio, hoc certe libro lecto illum tam turpis puderet erroris intellegeretque nobis ad propria horrea implenda non opus esse spoliatis aliorum granariis.

Praeterea multos e doctis inde a saec. XVI usque ad hunc diem agitasse de Nonio edendo constat. Ex quibus nonnulli fuere primarii neque impares proposito, maior pars tales, ut minime sit dolendum, quod rem institutam non ad exitum continuarunt. Et omisere omnes, pars morte aliisve casibus praepediti, pars difficultate operis victi ac postremo verecundia, cum de nostra editione increbuisset rumor.

Iam Basiliensi editione cum plenissime esset patefactum, quantus corruptelarum numerus in Nonii esset libro, certatim coorti docti ad eas tollendas. De quorum potissimis quam verissime possum referam.

Ac primum quidem memoranda quae A. Meinekius in actis Marburgensibus a. 1845 pg. 737—741 de Varronis prompsit saturis; dein commentarius Lucretianus C. Lachmanni eiusdemque libelli quidam academici. Cuius studiis Nonianis, perinde atque Lucilianis, continentur quaedam egregia et Lachmanno dignissima, nec tamen desunt, quae non respondeant nomini tanto quaeque demonstrent eum, ne maturescerent, festinata morte prohibitum. Sed alia plurima erant in libro illo, quibus non mediocriter iuvaremur. — Cui quantum tribuam inde poterit intellegi, quod proximo eum loco ponere soleo post Bentlei curas Horatianas ac me, siquid in litteris profeci, his potissimum commentariis debere profiteor.

Tertius viris quos dixi addendus Th. Bergkius; de cuius virtutibus et vitiis cum plenissime sit dictum editionis Ennii pgg. 173 sqq., hic agere supersedeo.

Ex fragmentis quae Nonii libro exhibentur aliquot tractata a N. Madvigio, et maxime quidem Adversariorum criticorum II, 651 sqq. A quo nonnulla egregie emendata; et potuit praestare multo maiora, si plus studii in Nonio collocasset. Nunc mixta ut plurimum vera falsa, subtilia inepta; maximeque omnium dolendum, quod a poetis non abstinuit, quippe qui mirifica per totam vitam fuerit metricae artis sive imperitia sive incuria. Nam quod etiam hos bis terve praeclaris impertivit inventis (quod quidem in critico doctrinae ingeniique maximi non potest esse mirum), haec non tantum addunt nomini eius, quantum demunt errores qui haud pauci ibidem reperiuntur gravissimi. — Sed de hac re pluribus dictum Ritschelii vitae pgg. 115 sq.

Iam suo prosequenda honore F. Ritschelii studia Plautina. Qui etsi Nonium rarius quam velles respexit nec in tollendis librariorum mendis ubique satis feliciter est versatus — qua parte minus valebat —, tamen et editis Plauti comoediis novem et opusculis plurimis nec minus eis, quae sectatoribus suis auctor fuit temptandi agitandique, optime meritus est de antiquissimo sermone latino recuperando et ex tenebris diutinis eruendo.

Etenim quamquam nonnullos eius discipulos iustis persequimur usque odiis, hos scilicet, qui vitia potius quam virtutes magistri sui imitantur, alios diversa via usos semper quo par erat

honore habuimus suntque haud pauci inter eos, quibus non modo studiorum, etiam amicitiae vinculis simus iuncti.

Neque magis decet oblivisci eundem Ritschelium Bentleij et Hermanni prementem vestigia quaedam illustrasse in metris comicorum vetustissimorum, maxime in trimetro iambico et tetrametro trochaico catalectico. Nam etsi secutus errorem inveteratum et iam fere relictum falso statuit ab antiquissimis poetis latinis in versibus pangendis aliquam grammatici accentus curam habitam, quae omnino nulla fuit, tamen earum quas observavit legum maior pars recte habet, licet ab aliis longe causis sit repetenda.

Severiora aliquanto quam comicorum fuerunt, ut oportebat, tragicorum antiquissimorum placita metrica, id quod fugit sectatores Ritschelii.

Iam omisso temporum ordine ut statim continuem quae de Plauto Terentioque dicenda sunt, laetandum, quod editionem Plauti a Ritschelio non absolutam continuarunt eius discipuli Goetzius, Loewius, Schoellius, omnes paene ut fabulae iam habeantur apparatu instructae idoneo et cum ratione tractatae.

Sed non minus scilicet nobis fuere observandi, qui diversi a Ritschelii schola propriaque usi via Plautina studia promoverunt.

Qua in re ad nostros usus primum pertinuit Andreae Spengelii liber de canticis Plautinis a. 1882 editus. Quem virum quamquam existimo haud raro tradita tueri cupidius vel proferre de quibus dubites, tamen non possum quin agnoscam egregie meritum de canticis Plauti atque hic ut alibi utilem atque luculentam praestitisse antiquissimae Romanorum poesi operam, ut superbius de eo iudicatum a Ritschelio doleam.

Nam etsi multa etiamnunc restare puto parum expedita in illa obscurissima et difficillima parte metricae vetustissimae latinae, illud tamen haud dubie a Spengelio commonstratum est aliquanto maiore arte et elegantia in canticis usum Plautum quam videbitur talem eorum habitum intuenti, qualis apud Ritschelium comparet. — Itaque Spengelius idem in lyricis Plauti metris probavit, quod in iambicis et trochaicis Meyerus, haud quaquam bardo fuisse ingenio et barbaro Romanos Plauto Naevioque aequales, id quod etiam patefactum est Ennii carminum reliquiis arte et ratione tractatis, explodendasque Momseni nugas.

Porro grates a me maximae agendae Guilelmo Studemundio, cuius cum merita in Plautum nota sint inter omnes et pervulgata, proprio nos devinxit officio, transmissis cum iam officinas exerceret Nonius partibus, ut quaeque typis esset expressa, dissertationis

utilis et luculentae, quam de Plauti memoria apud Nonium servata composuit eius discipulus Hermannus Caesar. Cuius ut multum erat probandum iudicium scitum et accuratum, ita hoc pergratum evenit, quod eiusdem opera sunt communicatae copiae apparatus Studemundiani. Quo antequam uti liceret, Georgius Goetzius, vir Plautinissimus, fabularum nondum a Ritschelio eiusque sectatoribus editarum potissimas communicavit dittographias. Qui et alias nos sicubi consuleremus identidem iuvit humanissime; sicut et Iosephus Schebor, collega ornatissimus, et ipse Plauti olim studiis imbutus.

Praeterea cum laude memoranda dissertatio Caroli Reblini eodem quo Caesaris anno h. e. MDCCCLXXXVI edita et cum comitate ad nos transmissa. Qui cum priore parte agat de commentariis a Nonio adhibitis Plautinis, deinde perinde atque Caesar in iudicium vocavit locos singulos, etiam diligenti prudentique usus opera. — Igitur et huius libellum et Caesaris vehementer commendamus Plauti studiosis, cum praesertim et serius uterque in manus nostras pervenerit nec in tanta operis mole ubique licuerit eos satis plene citare.

Vsus autem est Nonius commentario Plauti duplici (cf. Schmidt. pgg. 34—40; Reblin. 2 sq.), quorum alter Amphitruonem, Asinariam, Aulularíam (hoc ordine et vetus exhibet Plauti) comprehenderet, quae longe frequentissime citantur, alter omnes recensionis Varronianae comprehenderet fabulas (quamquam Mercatoris, Mostellariae, Vidulariae ex hoc excerptae non adsunt certa indicia) et quidem secundum alphabeti ordinem (ut et vetus Plauti praeter Bacchides, quarum ibi certam ob causam mutatus locus). Nam quod Vidularia (cf. Reblin. pg. 2) pg. 476, 22 sqq. inter Bacchides et Casinam posita, si modo haec ex commentario Plauti fluxisse credas ac non ex tractatu quodam de contrariis generibus verborum, ita poterit explicari, ut statuamus Nonium barbariem secutum Afrorum extulisse *Bidulariam*. Cf. comm. in 78, 2. — Dittographiae autem, quae apud Nonium inveniuntur, quod modo concinunt cum Palatinis Plauti libris et Ambrosiano, modo cum illis tantum vel hoc, modo cum recensione neutra, id equidem non mirum videbitur reputanti saeculo I vel II p. Chr., ad quae redeunt testimonia Noniana, haud dubie plures communi usu tritas editiones Plauti. Sed habitum contextus, corruptelas medii aevi barbarie ortas si omiseris, iam tum fere fuisse talem qualem videmus in libris Palatinis et Ambrosiano comparata exempla Noniana aliique grammaticorum loci reddunt probabile.

Idem dicendum de duplici librorum Terentianorum traditione. Nam recensionem Calliopii, quisquis fuit ille (cuius perexiguas fuisse partes in verbis constituendis Terentii aliorum criticorum, a saec. IV ad VI qui fuere, curae demonstrant), non medio aevo aut ultimo antiquitatis tempore confectis inniti exemplaribus, sed ad saec. I vel II p. Chr. redire fontem ut Nonii ita aliorum grammaticorum firmatur testimoniis. Ceterum ut a nonnullis in Plauto Ambrosiani libri praestantia nimium exaggeratur contemptis Palatinis, ita errare eos existimo, qui solo Bembino Terentii integrum et merum fontem traditionis contineri existimant. Sed ut potior haud dubie est Bembinus, ita ceteri libri ubique adhibendi et de vera lectione statuendum non praeiudiciis neque respectu auctoritatis, sed pensitatis cum cura loci cuiusque ratione et condicione. Nonii autem auctoribus ut alibi Bembini libri, alibi Calliopii recensionis adseritur fides, ita interdum diversae ab utrisque adstruuntur lectiones, sed quae, ut in Plautinis fabulis fieri videmus, et ipsae ad priora duo p. Chr. n. redeant saecula. Vsus est Terentio Nonius ut plurimum Cap. IV, hoc est ea parte, quam ex glosariis potissimum tractam vel pluribus vel uno, quo Cicero, Vergilius, Terentius maxime respicerentur, satis constat. Commentarios siquos adhibuit, videntur hoc perscripti fuisse ordine, quem videmus fere apud Donatum, ut ita fabulae procederent: Andria, Adelphoe, Eunuchus, Formio, Hautontimorumenos, Hecyra.

In exemplis Terentianis tractandis multum adiuti sumus Vmpfenbachii diligentia. Nec non laude dignus Ennonis Bartelsii, disciplinae Studemundianae iuvenis, libellus de Terentii memoriae apud Nonium servata, a. MDCCCLXXXIV editus. Quem eo magis commendamus doctis, quod, cum parum conferrent loci Noniani ad criticam Terentianam promovendam, eum serius attigimus.

Praeterea, ut continuem, quae de integris scriptoribus a Nonio citatis dicenda sunt, in Vergilii libris sufficiebat ad usus nostros apparatus ab O. Ribbeckio coactus, eoque magis quod ne ad Vergilii quidem textum restituendum multa suppeditantur a Nonio.

In Varronis locis recensendis percommode evenit, quod et librorum de re rustica recensio Keiliana a. MDCCCLXXXIV emissa est et insequente iterum prodiit librorum de lingua latina editio Spengeliana, aucta illa et instructa ab Andrea Leonhardi f. Spengelio.

In Cicerone usi sumus potissimum altera editione Orellii, quam post huius mortem Baiterus et Halmius continuarunt. — Scriptori illi cum post priorum saeculorum curas plurimum pro-

fuissent aetate nostra Madvigius, Orellius, Baiterus, Halmius, Muellerus, quorum et hoc opus multum adiutum studiis, tamen mansit numerus locorum, qui, cum optimorum librorum scriptura aut cognita esset parum aut parum curata, nostra primum expediri posset editione.

In Sallustii Catilina et Iugurtha cum per omne vitae tempus constantius multo versati essemus quam in Ciceronis libris, vix opus erat nobis alio subsidio nisi optimorum librorum dittographiis diligenter notatis. Quas Iordani praebebat recensio. — In fragmentis multum sum adiutus et Kritzii opera et Dietschii, a quo in hac parte melius res gesta quam in integris Sallustii scriptis.

Iam post Lachmanni commentarium Lucretianum et Ritschelii prolegomena in Trinummum mirifice excitatis inter iuniores studiis sermonis latini antiquissimi etiam ad Nonii librum emendandum coorti sunt innumeri sive ut Varroniano utar verbo *ψαμμακόσιοι*. Et maior quidem pars eorum in fragmentis deperditorum scriptorum tractandis collocavit operam. Quae res quantum habeat periculi in vita Ritschelii est expositum. Ceterum omnes recensere alienum est a proposito, cum praesertim quod cuiusque inventum vel recipiendum mihi videatur vel reiciendum demonstretur aperte commentarii nostri sive testimoniis sive silentio.

Itaque hoc loco satis erit pauca quaedam promi.

Ac primum quidem videamus de editionibus auctorum quorundam, quorum fragmenta aut omnino (id quod fere in Varronis Saturas cadit) aut ex magna parte a Nonio servata.

De Ottonis Ribbeckii recensione scaenicorum Latinorum praeter Plautum ac Terentium et Senecam iam alias a me dictum veluti in vita Enn. pg. 83 sqq., pauca hoc ut loco sint addenda.

Ex libris Italicis Nonii quosdam non esse repetendos ab eo, quem Lutetiae Parisiorum invenit Poggius et cap. III carentem neque alias satis integrum, certo constat. Nam Florentini plut. 48, 1 priora capita tria saec. XI scripta; nec magis ab exemplari quod dixi deduci potuit Regin. 1469, si Maius recte eum adscripsit

saec. XIV, aut Vatican. 1557, in quo tertium caput non omissum. Sua et Vrbinati 308, in quo solum hoc caput, fuit origo. — Longe tamen maior pars codicum in Italia exaratorum quin ex illo fluxerit fonte haud dubium.

Quattuordecim, non minus, codicum Romanorum notae et excerpta ad nos transmissa initio a. 1886 ab Augusto Mauio. Sunt autem hi: Ottobon. 1699; 1725; Reg. 1469; 1639; 1817; Vat. 1554; 5; 6; 7; 8; 2916; 3418; Vrbin. 307; 308. Ex quibus Reg. 1469 saec. quidem XIV adsignat ille propter litteras initiales rubris caeruleisque variatas coloribus, sed ut concedat posse eum adtribui saec. XV initio. Idem Ottobon. 1699 utrum XIV an XV esse dicat ambigit; ego cur huius potius esse existimem, statim apparebit; relicui sunt XV praeter Reg. 1817; Vat. 1558, qui ad XVI referuntur. Ex his qui totum Nonium continent praeter Vat. 1557 haud dubie ab exemplari descendunt Poggii. Nam et tertium caput ab omnibus pariter abest, aliaeque quaedam adsunt lacunae. — Talis igitur originis videtur esse Ottob. 1699; 1725 (qui valde mancus); Vatic. 1554; 5 (in quo multa omissa); 6; item 2916; 3418; Vrbin. 307. Et ex his quidem Vat. 2916 et 1555 maxime inter se similes videri est adnotatum; quibus plura pariter desunt. Etiam in relicuis hic illic quaedam omissa; aliquando et licentius immutata. — In Vrbinate altero post Diomedem tertium caput exaratum. — At Reg. 1639 continet Nonium alphabeti ordine digestum, non tamen integrum; in Reg. 1469 perinde discripta inveniuntur Noniana (hactenus tamen, ut partes distinguantur operis), aliquanto quidem, ut videtur, pauciora. In Vatic. 1558 inest caput I item alphabeti ad leges divisum, tum pars secundi. — Reg. 1817 exhibet cap. a II ad XII, sed huius tantum partem.

Inscriptio operis non ubique eadem, quae in libris optimis. Ea omissa in Ottob. 1699; Reg. 1639; 1817; Vatic. 1556; 57. In Vat. 1554 et 55 primo capiti praemissum: Nonii Marcelli de significationibus vocabulorum (significatione verborum 1555) liber. In Vat. 1558 principio perscripta haec: incipit liber de proprietate sermonis ex Nonnio Marcello iuxa (sic) seriem alphabeti. Contra simillimus Harleiani et Guelferbitani titulus est in Ottob. 1725; Reg. 1469; Vat. 2916; 3418; Vrbin. 307, ut tamen in Vat. 2916; Vrbin. 307 omissa sint illa: index earum rerum quae hoc codice continentur. In Vrb. 308: Nonii Marcelli peripatetici de indiscretis generibus per litteras alphabeti feliciter incipit ad filium.

Capitum inscriptiones non eaedem semper quae in optimis libris, sed aliquando immutatae vel omissae.

Novem libris ex his usus est Maius in Ciceronis de re p. libris castigandis, sed leviter satis et incuriose. Qui quod praeclarum dicit Vrbinatem 307, videtur is sane praestare ceteris; notabilis etiam alter, in quo tertium caput solum exstat. Igitur ex his siqua erant excerpta apud Ribbeckium in reliquiis scaenicorum (is acceperat ab E. Rodio; sed qua est levitate saepius confudit utrumque) subinde respexi. — Praeterea ex isdem ut ex reliquis notata quaedam a Maio Mauioque; quae bis terve invenies memorata.

Plura de libris Romanis colligere non est operae visum; adeoque omnes exigui pretii esse adfirmarunt plures, qui videre. — Quamquam non nego collatis eis curiosius hic illic aliquam archetypi Poggiani propriam eandemque non spernendam posse elici lectionem. Nos tamen cum iam Nonio plus nimio et temporis et pecuniae insumpserimus, hoc agendum relinquimus aliis.

Etiam Ambrosianos duos libros, item Venetos illos, de quibus cap. III mentio iniecta, a iuvene quodam litterato inspectos, futtiles esse mendososque ac mutilos testantur Basilienses eodemque loco habendos Neapolitanos.

Praeter hos quos enumeravi etiam alios multos saeculi potissimum XV codices in Bibliothecis Austriae, Galliae, Italiae aliarumque terrarum latere constat. Quos qui evolverit, et corruptelas magis etiam deformes vulgatis et interpolationes hactenus ignotas deprensurum multas non nego, nego inventurum nisi paucissima ac vix memoria digna, quibus emendatio proficiat Nonii, excepto quod unius vel alterius coniecturae de auctore primo certius iam constabit quam ante.

Hactenus haec. Nam de glosariis Lugdunensibus, quibus usi sumus interdum, satis est expositum cap. III.

VI.

DE RATIONIBVS EDITIONIS HVIVS.

Iam ut relicua absolvam, illud pro modestia, quam insitam penitus sentio mihi et infixam, primum omnium cavendum duxi, ne plus neve minus exspectent docti eo, quod praestare me posse spondeam.

Ac primum quidem de difficultate operis curiosius agendum, non ad iactanda merita nostra, quae quidem honestis ultro patefient existimatoribus, sed ut deterreantur quibuscumque veri cura et decori, ne siqua offenderint vel dubia vel falsa exagitent cupidius.

Buechelerorum est profecto — cuius utinam vitii ne dux et auctor extitisset Mauricius Hauptius, vir istis certe longe potior (plura de eo sum dicturus in altera libri de re metrica editione) —, Buechelerorum est, inquam, cum ipse nihil rei gravioris suscipere audeas, ingentia opera molitos pusillis insectari criminibus. At qui semel ardua et aspera tractare instituerit, huic bene notum maxima quaeque aggressis plurimum impertiendum veniae, neque licere errores eorum inclementius exprobrare nisi ei, qui documenta dederit rei perinde difficilis melius gestae.

Et illud quidem nunc praetereo, quod Nonii librum inter corruptissima antiquitatis monumenta haberi olim consensere docti. Etenim multorum annorum continuo usu est effectum, ut haud pauca, quae aliis viderentur obscurissima, nobis facile patefierent. Sed plurimum taedii ac laboris inde nobis ortum, quod Quicherati editionem, in qua sola poetarum, quos memorat Nonius, versus satis essent distincti, tradi oportuit operis.

Non tango orthographiae genus mirum et a nostri temporis doctorum rationibus alienum nec interpungendi morem talem, qui saepe ad intricandos potius quam ad explicandos facere videatur sensus. Nam ex his siqua haeserint in nostro exemplari, ea vix erunt fraudi prudentibus. Aliquanto gravius illud, quod a Quicherato, qui sua manu descriptum Nonii exemplar dedit exprimendum typis, haud raro festinatione incuriaque corrupti sensus sive synonymis suppositis sive omissis, quae addi, vel adiectis, quae abesse oportebat. — Quibus erroribus haud sane leves ortae nobis molestiae.

Et tamen haec minima fuit pars laboris, in textu restituendo qui esset insumendus.

Quid autem de apparatus adornandi dicam tricis ac moris?

In quo primum fuere codicum dittographiarum comparanda et componenda multa milia, tum doctorum commenta non pauciora conquirenda et consideranda, ac simul eorum, qui vel ediderunt Compendiosam Doctrinam vel partes eius subinde tractarunt, corrigendi plurimi circa librorum testimonia vel auctores coniecturarum errores.

Neque minus negotii attulit necessitas conferendi editiones scriptorum hodieque servatorum, quibus utitur Nonius.

Qua in re non illud modo impedimenta obiciebat et moras, quod traditae lectionis fides saepe erat subtilius exploranda, sed magis, quod vulgata scriptura dubitationem movebat identidem ac suspicionem, ut a Nonio, qui ipse vel maxime egeret cura, ad alios auctores deberemus devertere sanandos longasque instituere digressiones.

Plurimum tamen laborum difficultatumque in fragmentis erat scriptorum reconcinnandis. Quae quidem non, ut nunc solet fieri, ab adulescentibus omnium rerum ignaris, sed a spectatissimo quoque aetate et arte critico debere tractari alibi pluribus est demonstratum.

Augebant molestiam operis tot loci scriptorum in testimoniis commentariisque citati; quorum vel in numeris referendis patuit peccandi occasio multiplex; denique operarum officinae quamtumvis praestantis errores; qui eo facilius potuere provenire, quod multis passuum milibus habitamus seiuncti ab ea urbe, ubi liber hic expressus est typis.

Haec quae persecutus sum ut evincerentur, extraordinaria opus fuit industria. Itaque quantum cura diligentiaque, quantum sumptibus impendiisque potuit caveri, ut liber noster prodiret quam castigatissimus et emendatissimus, plenissime contulimus plurimumque, ut par erat, operae navavimus commentariis recte constituendis.

Quodsi ne sic quidem in hisce omnes potuere vitari errores, et imbecillitatem naturae humanae somnumque longo operi obrepentem excusabunt iudices candidi neque parvam culpae nostrae partem in Gerlachium Quicheratumque conferent. Quibus equidem minus succenseo, quod de codicibus editionibusque saepe falsa rettulerunt quam quod omnino eos latuit, quamquam suppetentibus abunde viae rectioris exemplis, quo modo esset apparatus instruendus, qui commoditati inserviret lectorum. Qui si maiore essent usi sollertia, quantam id nobis adferre potuisse censes utilitatem?

Iam ut errores in hac parte operis quantum posset fieri maxime conciderentur, id potissimum studuimus, ut gravissima quaeque quam accuratissime persequeremur, ut minuta eo quo digna essent haberentur loco.

Atque hinc primum repetenda quae de doctorum studiis Nonianis parce et cum delectu adhibitis initio dixi capitis IV nec minus multa quae mox sum memoraturus.

Igitur ut singula iam persequamur, coactis undique quae

sufficere viderentur subsidiis in constituendo textu (nam de hoc agendum primo loco) duas maxime res spectavimus.

Et primam quidem potissimamque hanc sanciendam servandamque censui normam, ut auctorum quibus utitur Nonius loci quam posset fieri legerentur emendatissimi. Nam quo ego pacto Nonium tanto studio dignarer tantoque impendio, nisi hoc mihi esset propositum firmiter et constanter, ut scriptorum praeclarissimorum gravissimorumque, sed maximam partem mirifice imminutorum ac depravatorum iniuria temporum verba suo restituerem nitori? — Et plerumque quidem, ubi librorum scriptura erat immutanda, in ipsum textum recepta, quae crederem vera. Interdum, ubi aut graviore vel incertiore opus esset remedio aut aliqua appareret ratio tutandi tradita, in apparatum reiecta lectio, quam existimarem rectam.

Atque hinc commode fit transitus ad declarandum illud, quod secundo loco in editione hac appetendum optinendumque existimavimus.

Scilicet cum Nonii opus vel maxime pertineret ad historiam eruditionis studiorumque latinorum neque ipsius doctrina eo contineretur, sed exhiberentur quae Frontonianorum aetas vel propria antiquissimorum auctorum lectione parta vel ex grammaticorum saec. I post Chr. et ante libris ducta recte sive secus tradiderat, haud exigua cura erat ponenda in eo, ut Compendiosae doctrinae, qualiscumque fuit, imago quam verissima et certissima repraesentaretur. Ideoque et Nonii sensus erant restituendi quantum posset fieri integerrimi et in exemplis auctorum quaedam relinquenda, quae cum aperte essent corrupta non tamen librariorum culpa, sed vel Nonii vel grammaticorum, quibus usus est, vitiose haberentur tradita.

Raro igitur admodum, veluti 1, 11; 363, 35, talium locorum textus mutatus, excepto ubi metro esset succurrendum. Plerumque satis visum in commentariis exponere, quid statuendum esse existimarem.

Ceterum intellegitur nonnumquam difficile fuisse et anceps discernere, quid librariorum, quid ipsius Nonii adscribendum esset socordiae. De qua re ubicumque oporteret monitum.

Haud ita raro, in quarto maxime capite, perturbata ac disiecta et mutata locis, quae unius lemmatis partes esse viderentur. Qua in re quamquam non poterat ubique discerni, quid Nonii neglegentia esset peccatum, quid scribarum,

ea tamen quae maxime possent impedire legentes sublata meliore ordine instituto, sicut factum in editionibus Merceriana altera prioribus et in Quicheratiana. A qua norma sicubi discessi, certae et plerumque perspicuae adfuere causae. — Quae in caput secundum ex tertio, ex secundo in tertium, in septimum ex nono irrepserant (cf. pg. 71 l. 'autumnitas'; 219 'pigror'; 481 post l. 'emungerentur' posita), haec, ne nimis turbaretur ordo vulgatus, suis servavi locis, contentus significasse, ubi olim fuissent posita.

In glosematis quae ipsius Nonii verba turbarunt recidendis aliquando nescio an fuerim parcior. Quae ubi viderentur neque certis teneri indiciis fraudis et tolerari posse haud ita incommode, bis terve malui abstinere a temptando corpore quantumvis vili.

Denique ubi liber Nonii graviores remediis contraxisse videretur labes, archetypi Noniani, qualem III cap. descripsi, repraesentavi speciem, et quidem talem fere, qualis est expressa codice Harleiano vel Lugdunensi, addito plerumque crucis signo. Quo tamen etiam sumus usi nonnumquam, ubi non vitium humana cura maius indicaretur, sed significaretur accuratiore locum in commentariis tractari disputatione.

In orthographia constituenda primum illud anquirendum fuit, num ipse Nonius in auctorum exemplis memorandis eodem ubique scribendi genere esset usus. Qui cum vix quidquam proprii habeat, sed undique ex grammaticorum decerpta commentariis, et quidem illiberaliter ac putide, ubicumque fontes discrepabant, et ipsum variasse scripturam verborum minime improbabile est, ut qui longe gravioribus differentiis patientissime locum dederit. Atque huius rei documentum extat unum, sed gravissimum. Nam cum Nonius inter eos grammaticos esset, qui nec *k* nec *q* agnoscerent consonas, sed pro eis ubique reponerent *c*, scriberetque calendae, cuius, cuerellae, potuit quidem librariorum libidine evenire ut *c* pro *q* positae vix semel bisve in ipsius Nonii verbis, numquam alias maneret vestigium, sed magis videtur aliquanto probabile vulgarem scribendi morem ab illo relictum in exemplis, quae adfert, fortasse etiam in grammaticorum, quibus utitur, verbis. Itaque ego *c* pro *q* tantum ibi duxi reponendam, ubi ordinis alphabetici lex id flagitabat; reliqua immutare nolui.

Ceterum subtiliora discrimina pleraque, quae fuerunt inter Nonii morem scribendi et eorum quos compilat grammaticorum auctorumque qui ab his citantur, post tot saecula restaurare iam non licet, excepto quod in Lucilii excerptis, quibus usus ille, plura

priscae orthographiae exempla videntur esse servata quam in aliorum scriptorum vetustissimorum.

Nos vero ita plane rem gessimus ut in Lucilii Enniique editione.

Igitur quantum licebat per librorum memoriam instauratus auctorum quos adfert Nonius scribendi mos. Vbi deficiebat illa, satis habui grammaticorum ad quos redit doctrina Nonii, h. e. s. p. Chr. n. II, repraesentare orthographiam.

Et omnium quidem maxime observata Lugdunensis manus prima. Est ubi Harleiani vel Genevensis potior sit fides. Altera Lugdunensis libri et Harleiani manu perinde et Guelferbitani librario plerumque antiquius scribendi genus recentiore mutatum. Nec tamen desunt exempla, ubi contrarium evenerit.

In Lugdunensi reddendo ne insolentiae quidem vel inconstantiae refugi crimen. — Notum quippe vel dignas memoria dittographias, ad orthographiam quae pertineant, si exclusae ex textu in apparatum reiciantur, facillime fallere et oculos et animos, praesertim in Nonio, ubi tot rebus multo gravioribus legentium detinentur curae. Praeterea nequis possit labi minus usitata verbi forma cautum plenissime, cum infra semper addita sit vulgaris magis ac trita.

Itaque mirari noli, quod in editione nostra scriptum, ut his utar exemplis, non modo *inpedimentum*, *conmodare*, *permities*, sed etiam *inquid*, *linquid*, *liquid*, adeoque *dad* (cf. 154, 24). Et illa certe quae sunt *inquid*, *linquid*, *liquid* tam saepe inveniuntur in codicibus vel optimis, ut vix ac ne vix quidem possit cogitari de sola librariorum sive imperitia sive neglegentia. — Igitur haec atque talia servari placuit et de eis ultra quaeri. Quae cur tanto opere displicuerint Ritschelio (cf. Opusc. IV, 406 sq.), equidem nullus intellego. Nam etiamsi quaedam sint recepta a nobis, quae ab antiquissimo scribendi more — quantum in tanta reliquiarum paucitate diiudicari potest ac definiri — videantur fuisse aliena, tamen frustra levitatis vel ignorantiae crimine arcessemur.

Etenim non ubique a nobis vetustissimorum temporum usum repraesentatum, ut supra monui, ita olim potuit introspici.

Denique cum quidam, incertum malitia ingenii an hebetudine, falso interpretati sint quae de a i pro a e in genetivo et dativo primae declinationis apud Lucilium posita protulimus comm. pg. 223 sq., sic habeto: illum aliquando propter metri necessitatem uti genetivo disyllabo, ut puta:

commoda praeterea patriai prima putare;

sed in dativo non magis quam quemquam scriptorum; et ubicumque in editione nostra inveniatur monosyllabum 'ai', pronuntiandum 'ae', sicuti illud eiusdem 'puerei' plane sonuit idem ac 'pueri'. Nec enim dubitari potest Lucilium 'ai' diphthongo in prima sicut 'ei' in secunda non esse usum nisi ad oculos legentium in distinguendis casibus eiusdem finalis iuvandos.

Neque quas olim in Lucilio institui omittendae vocalium geminationis rationes, ubicumque eae commendarentur codicum potiorum auctoritate, mutare sustinui. — Ac ne hoc quidem poterit improbari nisi ab hominibus criticae factitandae ignaris. Veluti in uno Lucilii loco eoque apertissimo (l. XXVI est frgm. 65) cum tribus locis Nonii legatur *agere* pro *aggere*, potest quidem ubique error subesse librariorum. Attamen qui illud *aggere* praetulerit, etsi verum reddat auctori, tamen multo magis ab artis legibus recesserit, quam qui lectionem ter sine ulla fraudis suspicione servatam et rationibus orthographicis temporis Luciliani ipsiusque Lucilii congruam defenderit. — Ac saepius a nobis monitum non posse exigi ab eis qui in monumentis ingeniorum veterum versantur emendandis, ut ubique ipsa scriptorum verba, nedum litteras, restituant (id enim ne fiat cum vitiorum traditorum numero et gravitate, tum naturae humanae vetatur infirmitate), sed ut quam minimum laedant artis ac rationis criticae leges ac talem reddant verborum contextum, ut auctores ipsi si ab inferis revocentur, agnoscant in suis libris propriam ubique ingenii venam, proprium elocutionis ac, si tanti duxerint, orthographiae colorem, denique, si poetae fuerint, propriam rerum metricarum ac prosodiacarum normam.

Et saepe quidem e corruptelis codicum antiquior forma scribendi recuperata; in quo notandum maxime in 'ei', quod 'i' longae vicem sustineret, saevitum a librariis. — Nec tamen dissimulandum multum in hisce discriminis inesse ac periculi. Nam in plerisque libris et crebras et mirificas saepe admodum inveniri mutationes litterarum, quas nullo eorum qui descripserint consilio, sed solo errore vel neglegentia ortas appareat, omnes sciunt qui in hisce studiis accuratius sunt versati.

Accedit aliud. Notum quippe vulgo, quam saepe antiquissimo sermoni latino conveniat cum agresti illo et in barbariem converso, qui ultimis imperii Romani ac sequentibus invaluit saeculis. — Itaque facillime poterit evenire, ut quae speciem vetustatis summae prae se ferant, tamen sint neoterica. — Hinc haesitatio quaedam nobis orta dubitatioque, maxime in spiritu sive addendo

sive demendo. In hac igitur parte aliquando inconstantiae nobis crimen deprecandum.

Denique iterum monendum, de quo iam superiore capite dictum, in archetypo Nonii aliquanto pauciora quam expectes videri fuisse antiquissimae orthographiae exempla, et quidem non librariorum, sed Nonii eiusque auctorum culpa.

Quae in Graecis posita erant subrustice — veluti paene semper traditum Adelfis, Formione, Finidis —, ea plerumque dubitavi utrum librariis tribuerem monachis an ipsi Nonio, Numidae semidocto. Placuit tamen cultiorem scribendi servari usum, cum praesertim codicum vel optimorum in illis non ea semper aut fides sit aut constantia, ut testimoniis eorum tribuas nimium. — Ceterum conferenda quae initio sunt dicta Indicis auctorum.

Restat ut de his dicam, quae graeco constant sermone. Ea saepe apud Nonium, ut et in aliis libris, litteris expressa latinis. Quae scribendi licentia aliquando a nobis admissa, etsi ab ipso Nonio graeca fere graece expressa compluribus codicum signis indiciisque adducor ut credam. Quamquam leviter eum imbutum fuisse linguae graecae peritia, ut Terentianum, popularem eius et aequalem, qui ipse id profitetur, non potest dubitari.

In Graecis, sive graece sive latine essent exarata, servata ut plurimum codicum optimorum scriptura.

Hactenus de orthographia. In qua ego constituenda pariter illud studui ut quantum posset fieri maxime satisfieret artis legibus neve morosius exiliusque venatus esse viderer minutias.

Atque omnes monitos velim doctos, qui cum iucunditate et commodo cupierint uti libro hoc, ne nimis circa apices haereant reputentque illud quod dicitur in bibliis litteram occidere, vivificare spiritum non ad religiones magis et mores quam ad studia et disciplinas pertinere.

Rei metricae quo gravior in plerisque, qui circa Nonium versati sunt, et inscitia fuit et incuria, eo impensius a me consultum vix est quod dicam. Itaque haec pars operis, quae non immerito habebatur difficillima, etiam atque etiam retractata atque omnia non casu aut arbitriis temperata, sed ut arcana et semota a vulgo postulabat ratio musica.

Et cetera quidem praeter Plauti cantica quaedam ut plurimum sat fuere prompta ad expediendum. Contra ingentes in Varrone morae ortae et tricae, non modo quod metra adhibuit et plurima et diversissima ac doctorum qui Saturas eius tractarent maior pars ingenio fuit prorsus ἀμούσῳ, sed quod ille, ut alii

aequales, ne Catullo quidem excepto, parum accurate distinxit, quid versibus persequi oporteret, quid prosa, quodque saturarum eius reliquiae multae sive brevitate verborum sive rerum quae tunc erant ignoratione maximeque librariorum Nonii culpa sunt obscurae valde et impeditae, denique quod ipsa linguae latinae indoles saepe etiam in prosae scriptoribus falsa quadam specie iamborum sive trochaeorum italicorum, quibus plurimum usus est Varro, nos decipit.

Quod cum ita esset, non eadem qua alibi fiducia in Varronis re metrica constituenda usi sumus, sed interdum servata in textu prosa versuum quae offerebantur species in apparatum coniectae. Omninoque illa minus metri vinculis adstringenda existimavi, in quibus cum integer constaret ac solidus sensus neque initium versus neque finis satis compareret.

Praeterea hoc loco monendum et apud tragicos omnes nec minus apud comicos inde a Terentio longe longeque frequentiores esse iambicos numeros ac trochaicos relicuis; ex illis autem multo usitatissimos trimetrum iambicum cum tetrametro trochaico catalectico. Atque adeo haec metra eo magis celebrata a scaenicis, quo propius accesserunt ad aetatem Augusti.

Poetae non quidem certa lege, sed insita elegantia ducti cavere cum soleant, ne aut post primum semipedem sensus fiat interstitium aut ante ultimum, rarissime evenire, ut versus a grammaticis citentur una duabusve syllabis curtati, ac potius in exemplis talibus librariorum latere fraudes saepius a nobis memoratum in scriptis prioribus.

Atque eadem lege musica evenit, ut particulae versuum citatae plerumque aut ab initio metri ad caesuram aut a caesura ad finem pertinerent.

Porro quae in unum versum possent coire, ea rarissime nec nisi ubi certae deserendi morem alias observatum causae aderant, divisa in duos.

Rogantibus multis in versibus iambicis, trochaicis, anapaesticis arses impares fere insignitae accentu. — Etiam cretici et bacchiaci aliique numeri difficiliores notis additis commodiores facti ad scandendum.

Omissus interdum accentus in parte versus non errore, sed ubi vel corrupta vel dubia nimis exhiberetur lectio.

Praeterea punctis singuli indicati semipedes, ubicumque referre existimabam lectorum, ut intellegeretur metro aliquid desse. Interdum tamen talibus locis syllabarum quae deficerent longarum

breviumve signa addita. — Atque in his aliquando supplenda admittendae elisionis causa verba, quae a vocali incipiant.

Porro ut in relicuis libris nostris, etiam hic rationis musicae causa in versibus ubique prima verbi 'est' littera recisa praecedente vocali vel 'm' consona, nec minus '-is' vel '-us' finalium brevium dempta ultima, siquando non valeret in metro; quamquam in libris scriptis Nonii paene semper illae servatae integrae. Quod ubi secus evenit, cum cura indicatum.

Eandem propter curam numerorum ea quae sunt *inter se*, *nescio quis* similia in unum iuncta vocabulum in versibus, quae alibi disiunctis exhibuimus partibus, qualia in libris exhibentur. Porro ubique a nobis reposita illa '*siquis*', '*nequis*', '*numquis*', sim., quamquam eadem ut plurimum binis vocabulis perscripta in cdd. Nonianis.

Hactenus de verborum Nonii contextu. Nunc de commentariis sum dicturus.

In quibus concinnandis illud primum mihi fuit accurandum, ut iam constaret quam plenissime de traditione optima vel antiquissima librorum. Id gravius et utilius visum quam si Ribbeckii exemplo acervatim a me referrentur vel Maelii Maeviana commenta vel iudicia confusa Vseneri.

Itaque post ea quae cap. III, V sunt exposita non erit mirum omnium plurimi a nobis aestimatam libri Lugdunensis et Harleiani manum primam et de ea curiosissime relatum. Vix minus plene excerptus Genevensis; cuius de virtute supra memoravi. — Interpolatorum codicum speciem cum optime referrent cum secunda manu Lugdunensis et Harleiani Guelferbitanus, etiam horum dittographiae cum diligentia propositae.

Porro in quarto capite studiose admodum adhibitus Bernensis 83, paulo minus alter, ita temperata cura, ut leviculae inutilesque varietates scripturae haud cunctanter omitterentur neve quidquam praeteriretur, quod ad rem facere videretur. — Ceterum cum illi sint manci, nequis credat in eis inveniri nisi de quo testemur neve ex silentio nostro temere concludat quidquam moneo. Plura qui cognoscere voluerit, poterit adire librum Meylani.

Porro eaedem prorsus rationes a nobis observatae in Bambergensi libro excerpendo.

Denique saec. XV librorum scriptorum vel impressorum praeter vulgo receptas minime omnes, quae innotuerant, prompsimus lectiones, sed ut quaeque videretur memoria dignissima, hoc est eas, quibus maxime comprobaretur, quanta et licentia et imperitia temporis illius

docti versati sint in Nonio tractando. Quorsum enim pertinebat vel errorum monstris similium vel interpolationum risus moventium multitudine commentarios nostros obrui?

Praeterea nos, quo promptius docti archetypi Noniani et exemplarium ex eo ductorum vicissitudines informarent animo, in primo capite plenius multo uberiusque de rebus vel minutissimis rettulimus quam in secundo ac tertio; magisque etiam dittographiarum index contractus inde a quarto, quod fuit omnium gravissimum.

Namque in hac rei administrandae parte eadem plane usi sumus via, quam in Lucilio Ennioque tenuimus.

Itaque ut summa cum cura cautum, bonorum librorum ex scripturis nequid lateret doctos, quod utile esset ad Nonium emendandum eiusque librariorum placita noscenda, ita levissima quaeque omissa nec interpolatorum saec. XV codicum ludibria memorata nisi rarissime, ne apparatus nimium oneraretur neve aut labor noster, qui vel sic fuit maximus, immodice augeretur per nugas et quisquilias aut animi legentium, dum minutissimis rebus exercentur, hebetarentur ad summas.

Quam ob rem plerumque non relatum de vocabulis male distinctis, qua in parte saepissime peccatum a librariis, de interpunctionibus perperam sive recte appositis vix umquam.

Compendia scripturae cum in optimis libris nec multa sint eademque facillima, ut plurimum non recepta in commentarios; at in ipsa verba Nonii pauca quaedam, quae explicatione non egerent.

Nam cum in exemplari Quicheratiano, quod typographis tradidi, pro libro soleret poni 'lib.', id duxi servandum, quamquam variant membranae. Item pro eis quae sunt: *Georgica*, *Aeneis*, *Historiae* admissa a cap. IV compendia, quae Lugdunensi potissimum codice repraesentarentur.

Guelferbitani libri, quo ut librorum ita auctorum nomina saepius exhibentur abbreviata, ratio in hac parte vix habita.

Nec non in librorum titulis referendis, ne lectorum patientia fatigaretur — veluti quis, nisi ipse fuerit vel Heautontimorumenos vel ὄνος λύρας, aequo feret animo centies repeti in Nonii codicibus exhiberi *Heautontimorumenon* pro ablativo et pro ὄνος λύρας *honos lyras* seu similia? — de pusillis quibusdam eisque continuo recurrentibus erroribus post cap. I vel III non fere relatum nisi in Indice auctorum.

Quod in auctorum nominibus titulisque librorum memorandis

saepe usi sumus littera initiali capitali, nihil inde concludendum de scriptura codicum, quorum in hac parte magna solet esse inconstantia.

Atque in primo capite ut relicua, ita quidquid ad orthographiam pertineret constantissima persecuti sumus cura, ut tamen monitos velimus doctos, quae de Guelferbitani referantur scripturis, eorum magnam partem nullius nisi editorum Basiliensium niti fide; de qua re supra dictum.

Praepositionum assimilatio in compositis cum rarissime exhibeatur Lugdunensis manu prima, at frequentissime eiusdem secunda itemque Harleiano et Guelferbitano, visum est inde a capite secundo de hoc non referri. Igitur ubicumque iam praepositio invenitur integra, talem certe Lugdunensis manu prima exhiberi scito; ubi assimilata legitur, libris omnibus hanc exhiberi scripturam. Neque quidquam praeterea de hac re propositum nisi pauca eaque obiter.

Praeterea post caput II saepius notare neglectum, si pro 'ae' posita esset 'e' vel invicem, hoc est ubicumque nec de vera scriptura posset dubitari et unius certe ex duobus libris potissimis testimonio firmaretur rectum.

Denique in eis quae graecis litteris essent exarata (ea minusculis a nobis reddi iam supra adnotatum) post caput III Lugdunensis potissimum, tum Harleiani Genevensisque memoria respecta, neglectus fere Bern. 83, cui quidem paene semper cum melioribus convenit. Etiam Bamb. minus curatus.

Ceterum cum ex tabula in cap. superiore proposita appareat litteras *Α*, *Δ*, *Λ* simillima plerumque inter se esse specie, vix ut possint discerni, facilis erit venia nobis parata, siquando in reddendis illis sit turbatum.

Praeterea cum haud raro graecis litteris substitui soleant latinae, ut quaeque figura simillima, veluti n pro *π*, talia non semper relata a nobis.

In Lugdunensis libri Harleianique lectionibus referendis vix umquam fuit cur a Zangemeisteri Siversiique et Onionsii testimoniis citarentur diversa. — In Helveticis Guelferbitanoque et Bambergensi excerpendis quorum fide starent commentarii nostri cap. V declaratum.

Vbi eadem apud Nonium pluries occurrerent, quae de eis notanda viderentur primo fere loco apposita. Ab hoc tamen interdum discessum more, sive fugerat nos aliquid in tanta mole rerum, sive de pluribus erat monendum rebus cavendumque ne

commentarius iustum excederet morem; aliquando et propter causas alias. — Ceterum etiam hic ut ubique brevitatis studio ducti illud maxime curavimus, inutilia ne repeterentur.

Vbi exempla vel ex integris hodieque excerpta essent libris vel ab aliis tradita auctoribus, graviores differentiae textus propositae tantum non omnes (quaedam in Appendice additae), etiam leviores permultae, non tamen universae, nec eadem constantia.

Qua in re hoc notandum, in referendis lectionibus variis ubi auctoris, apud quem etiam habetur exemplum Nonianum, solum apponatur nomen, significari lectionem fere et librorum consensu et ratione firmam certamque; ubi codicum simul iniciatur mentio, saepius indicari dubium esse utrum haec traditio an ea quae apud Nonium inveniatur sit praeferenda.

Denique quod ad titulos, praeter commentarios respiciendus vel maxime Index II.

Ita cum via esset munita criticae factitandae, expeditis quae librorum scriptorum auxilio possent restitui, iam ad relicuas corruptelas applicare coepimus animum. — Ac primum quidem respicienda erant et diiudicanda grammaticorum inde a saec. XV commenta. Quae pars operae et difficillima longe fuit et laboriosissima. Ac nescio an nulla re magis demonstretur propitiis dis an iratis facessas criticam quam recte sive secus aestimatis aliorum coniecturis. Scilicet ad rem summam communemque salutem non magis quam ad quisquilias et venti spolia, in quibus nos versamur, pertinet illud:

non minor est virtus quam quaerere parta tueri;

eoque magis, quo plura in antiquis scriptoribus longo multorum saeculorum usu tritis a grammaticis sunt temptata.

Igitur, quo paucis declarem rationes nostras, ut Ribbeckius et Riesius merito vituperantur, quod divinis saec. XVI et XVII criticorum inventis saepe praetulerunt condiscipulorum familiariumque suorum commenta vanissima, ita ponderandas potius quam numerandas doctorum existimationes nec memoria dignandas nisi eas quae arte et ratione starent omni tempore affirmavimus. De quo pluribus expositum in Phaedri, mox in Ennii prolegomenis; viamque nostram a multis probatam non mediocriter laetatus sum. Receptae tamen sunt in commentarios hosce aliquanto plures coniecturae, quam in Ennianos. Inter quas etiam relatae quaedam speciosae eademque falsae, sed non sine nota. — Atque hactenus optemperandum censui desideriis Iosephi Schebori, collegae doctissimi, qui in actis ministerii institutionis publicae Rossici, quae

m. Augusto anni 1884 prodierunt, candidissimum de Ennianis studiis nostris protulit iudicium. — At omnino abdicare rationes supra memoratas in hac potissimum editione erat aleae plenum et alienum a lectorum commodis. — Etenim cum sit res difficillima multorumque annorum insinuari penitus in libri Noniani velut labyrinthum ac ne sic quidem possit profici quidquam nisi si amplissima litterarum latinarum ad Augusti usque aetatem fueris imbutus peritia, apparet de Nonio iudicandi facultatem nullo tempore contingere posse nisi paucissimis. — His autem ad studia propria factitanda numquam una, vel amplissima si fuerit et copiosissima, satis esse poterit editio. Quaenam igitur erit perversitas duorum triumve in gratiam ac neglectis plurimis, qui Nonium non ipsius causa, sed propter allata scriptorum, quibus operam navant, exempla nec ut doceant, sed ut discant, solent tractare, instruere apparatum mole commentorum, quibus oneretur potius quam ornetur mentesque magis consternentur quam confirmentur? Quod ne calidius dictum putent imperiti, audiatur quid mihi acciderit.

Nempe si in locis obscuris prorsus ac depositis, qui apud Nonium inveniuntur haud pauci, ubi non sufficere viderentur facultates nostrae, ego saeculi XVI ac XVII doctorum inventa rursus revolvebam animo, plerumque quidem evenit, ut iterum perpensis horum curis viam invenirem, qua iretur ad verum. — Contra siquando, ut in rebus desperatis vel tenuissima solent circumspici subsidia, eo descendebam ut ex ingenti coniecturarum farragine, quam videre est apud Ribbeckium in scaenicorum poetarum reliquiis, retractarem amicorum eius ac sociorum commenta, confundi sensim animus noster ac perverti, denique perinde hebescere et torpescere, ac si Roberti Vngeri analecta Horatiana legerem aut in capite meo, quod Goethius ait, rota agitaretur molaris. — Quodsi nobis hoc accidit post tot annorum studia et exercitationes, quo tandem modo affectum iri putabis illos, qui nullo aut perexiguo Nonii usu sunt imbuti, si ego, idem Atti quod Tetti ratus, nobilissimis Iunii, Lipsii, Scaligeri, Passeratii, Merceri, Vossii inventis promiscue addidissem plebeiorum hariolationes doctorum?

Igitur cum neque vellem neque deberem proponere Nonii speciem nisi talem, qualis olim animo meo erat informata, ne coniecturas quidem commemorari fas erat praeter eas, quae congruerent huic et concinerent. Quod cum ita esset, summa opera id a nobis quaesitum, ut multum potius quam multa commentariis continerentur hisce.

Atque ut exemplo demonstretur, quid intersit inter nostras rationes et plerorumque qui hoc saeculo vel Nonii librum vel fragmenta eius opera servata cum apparatu critico ediderunt, adscribam paucula quaedam Pacuvii et Accii qualia apud nos leguntur et qualia apud Ribbeckium addita varietate lectionis. Ea feruntur pgg. 262 et 234 s. l. 'consternari' et 'aptus'. — Itaque nos:

I. constérnare, anime? ex péctore hoc ecvólvito
consílium subitum, rés quod enatást modo,
qui pácto inimicis mórtem et huic vitam ófferas.

II. óbviam ensi it. quem ádvorsum aptus álter in promtu óccupat.

I. anime (animae *cdd.*); *interrogandi notam add. M.* — hoc evolvito *M* (hoc evolvere *Passerat.*); hac (hanc *Gen, B, pr. H*) et volvere (*seq.* con. — volveret *ante ras. Hs.; e ultimum f. ex i factum*) *cdd.* — subitum *et q. seq. usque ad v. 1 om. B.* — subitum, res quod enata est modo *Madvigius Advers. II, 661; M;* subit omnes (omñs *Gen*) quod denata est modo *cdd.* — qui p. *C, Gen.* — offeras *Gen,* H_1*; Vossius;* efferas *rell.*

II. obviam ense *Grotius* (ensi *Quicheratus*); it *Bothius curis secundis* (obviam est, itque advorsum, aptus; alter in promptu occupat); quem *M;* obvia mens idque *C, Gen.* — promptu *Gen.*

At Ribbeckius:

I. constérnare, anime, ex péctore aude evólvere
consílium subito, méns, quod enatúmst modo,
qui pácto inimicis mórtem et huic vitam áfferas.

II. [cum] óbviamst adque ádvorsum aptus, álter in promptu óccupat.

I. consternare animae ex pectore hac et volvere consilium subit omnes quod de nata est modo *libri; quae ut potui emendare conatus sum. — dubito an* mentis quod natumst modo *praeferendum sit.* consternatae animo, expectoratae haec volvere. consilium subiit omnes, quod natum est modo *Lipsius Epist. quaest. III, 21;* consternatae, animum expectoratae volvere consilium subit omnes e re nata modo *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV, 786;* consternare, anima, expectora haec, it volvere consilium subito mens, quod de nata est modo *Schegkius Praem. epist. 8 ap. Grut. IV, 901;* consternate anime, expectora haec et volvere consilium, subito omine quod enatum est modo *Vossius;* consternate anime, ex pectore hoc evolvere consilium subeat (studeas *idem 2*) omne, quod natum est modo *Bothius; malim* subitum. — quo *Schegkius.* — afferas *ed. Mediol.;* efferas *libri.*

Nec vero contentus illis in corollario trag. lat. rel. pg. XLV addidit haec: 'efferas *quod in libris extat dubium est utrum* afferas

an offeras *corrigendum sit'*; et in coroll. comic. CXXII: '*meis ex parte adsumptis v. 284* confirmare, 285 consilium subitum *(ut in adnotatione proposui)*, res quod enata est modo *Madvigius advers. II, 661, illud contra certissimam Nonii fidem, hoc vanum et obscurum'*.

II. cum *om. libri.* — obviam est *Bothius 2*, obvia mens *libri;* obviam ense *Grotius Bibl. crit. nov. IV.* — adque] idque *libri, nisi quod* denique *ms. Barthii;* it *Grotius*, itque *Bothius 2;* obvium ensique *Buechelerus.* — alteri *ms. Barthii.* — occubat *ms. Barthii.*

Idem coroll. trag. lat. rel. pg. LVIII: '*quamvis litteris codicum commendari videatur Buecheleri coniectura, tamen* ensis *non ei, in quem impetus fieret, dandus erat, sed ei qui advorsum occuparet. probarem igitur, si legeretur* óbviumque ensi ádvorsum aptus, *sed haec longius etiam quam nostra recedunt a memoria'*.

Itaque ex editionibus priorum non magis quam ex ceterorum curis Nonianis integra lectionis varietas, sed potissima quaeque decerpta. Porro, ut solemus, maiore etiam in nostra quam in aliorum commenta usi sumus severitate.

In apparatu igitur quae proposita solo, talia fere erant, ut non pro certa emendatione viderentur recipienda, sed digna omnino cognitu neque a probabilitate aliena. Et potioribus quidem addita interdum brevicula quaedam eademque honorifica nota.

Porro hic illic verbo perstrictae coniecturae tales, quae cum parum essent probandae tamen vel fucata specie vel auctorum nomine capere possent animos legentium.

In scriptore frequentissimis trito doctorum curis non potest esse mirum, quod diversa saepe in eandem vitiorum tollendorum inciderunt viam ingenia; id quod maxime evenit intra annos 1550 et 1650, cum tot critici eruditione, ingenio, studio praestantissimi in refingendis latinitatis antiquissimae monumentis versarentur.

In hac igitur parte non semper eadem usi sumus via. — Raro plures eiusdem rei memorati inventores, et quidem potissimum in locis difficilioribus vel ubi minori auctoritati subiungenda esset maior, sed aut primus tempore aut qui claritate studiorum praecelleret ceteros aut qui plurimum operae in scriptore de quo ageretur collocasset.

Praeterea cum non semper nec ubique (nam extra Petropolim dum peregrinamur partem operis impressam typis in Appendice memoravimus) liceret adhibere libros, quibus Gerlachius et Quicheratus aliique novissimi temporis docti usi sunt in coniecturarum auctoribus promendis, hic illic a nobis tradita illorum stant fide.

In qua parte siquando a nobis peccatum, cogitent quaeso lectores, nos certe multum abesse ab ea neglegentia ac levitate, qua in opere aliquanto minore ac faciliore plerique fragmentorum ex Nonio petitorum editores novissimo tempore sunt usi, maxime Ribbeckius Riesiusque, pariterque considerent idem neque ex magno critico fieri parvum neque ex parvo magnum aliquot coniecturarum decuriis perperam sive additis sive demptis.

Emendationum certissimarum levissimarumque auctorum, sive nos essemus sive alii, interdum omissa nomina. — Denique quod aliquando commendatae coniecturae inventore non memorato, ne eadem qua Ribbeckius lapsi esse existimemur vanitate (nam is subtracto inventis nostris, quibus uteretur, nomine quasi ex albo senatorio vel adeo ex generis humani memoria eradere sese posse nos speravit), ita habeas velim, maiorem longe partem illis nostra contineri commenta, ceteris ut plurimum hominum obscurissimorum ignobilissimorumque, quorum vocabula nosse nec utilitatem ullam nec iucunditatem adferre posset legentibus.

Praeterea cum ingenti et nostro commodo et ceterorum vix umquam notatum a nobis, lectiones receptas vel commendatas quinam post primum auctorem sint amplexi. Qua in re maiorum minorumque gentium doctorum nomina promiscue memorando plurimum chartae perdiderant Gerlachius cum Rothio et Quicheratus.

Commentario tali subiungendo, quo enarrarentur omnia, quae apud Nonium sunt memoria digna, cum nec otium suppeteret nobis nec voluntas, ad illustrandum eius librum pauca addita et ea plerumque breviora, non tamen, ut spero, inutilia cognitu. Et maxime quidem persecutus sum illa, quae aut difficiliora viderentur ad intellegendum aut ubi nova possent promi.

Vt ad emendandum, ita ad explicandum Nonii opus plurimum attulere saeculi XVI et XVII ingenia, et quidem Scaliger potissimum ac Turnebus et Mercerus.

Ribbeckii librum de tragicis latinis Petrique ac Iordani de historicis latinis et de Catone commenta iam cap. IV attigimus. Ad Varronis saturas expediendas post Scaligeri et Turnebi scripta aliquanto plus nobis profuere Oehleri curae, quam Vahleni, Riesii, Ribbeckii, Buecheleri, quantumvis hi, vanitate ducti, superiores se existimarent illo. Atque hoc loco etiam memorandus Iohannis Pomialovskii liber diligentissime scriptus de Saturis Menippeis Varronis; qui quidem, quia Russico constat sermone, parum apud occidentales innotuit. Prodiit Petropoli a. 1869.

Quantum ad nostra priorum temporum studia, ne eadem usque essent recoquenda, remissi identidem lectores ad Ennii Luciliique editiones, quibus vix carere puto quemquam, qui Nonii tenetur cura.

Atque eadem brevitatis affectatione evenit, ut Nonii errores summatim perstringerentur et quidem, ubi non esset locus dubitandi, solo *n. N.* compendio. Praeterea, quo chartae parceretur, silentio praeteritos plerosque alibi memoravi.

Iterata a Nonio exempla scriptorum post cap. II, cum prima operis difficultas esset evicta, paene semper adscripta infra; in I et II gravissima quaeque. Relicua poterunt sine negotio ex Indice auctorum suppleri. — Qui etiam consulendus de locis contiguis inter se vel proximis. Nam de his raro monitum in commentariis.

Apud alios grammaticos vel auctores qualescumque ubi eorundem, quos Nonius adfert, extaret memoria locorum, id excepto Gellio non ubique adnotatum, sed ita potissimum, si ad crisin factitandam pertinere videretur. Quod quidem eo facilius laturos confido doctos, cum in septima grammaticorum latinorum a Keilio Hertzioque editorum parte habeatur conspectus omnium omnino exemplorum, quibus usi illi.

Etiam lemmatum eorundem vel similium apud Nonium quae occurrerent memoria iniecta haud raro. Nec tamen neglegendus lemmatum Index.

Porro Gellii loci, quibus utitur Nonius, relati omnes (certe relatos volui); ex relicuorum grammaticorum libris excerpta, quae maxime ad rem facere viderentur.

Testimonia scriptorum, quae in media leguntur pagina, a Victore Pinguiculo, philol. stud. Petropolitano, temperantibus nobis cum magna diligentia sunt concinnata. Leviora quaedam, quibus initio maxime operae turbatum, correcta in Appendice.

Denique additi Indices lemmatum Auctorumque; porro rerum in commentariis tractatarum nec non editionum commentariorumque plurimum tritorum usu. Praeterea in Appendice notata, quaecumque in utraque operis parte vel emendanda videbantur vel supplenda.

Restat, ut illis, qui in edendo Nonii libro suo nos labore suaque opera adiuverunt, gratias agam plenissimas. — Quorum maior pars superioribus memorata capitibus; ex ceteris primo loco ponendus Athanasius Bytschkowus Petropolitanus, vir celeberrimus, cuius humanitate est effectum ut ex

bibliotheca publica Berolinensi transmitterentur Petropolim editiones Nouii illae, quibus primum a cap. IV usi sumus. Dictum de eis pg. 277. Nec silenda L. Hoermanni, bibliothecae praefecti Oenopontinae, ac L. Ieepii, professoris Regimontani, officia. — At quos nominatim non compellavimus, eos velim habere persuasum animo, non minore a nobis recoli pietate ipsorum in nos studia quam relicuorum. Atque ita dignas referri vices posse existimavi omnibus, qui de Nonio nostro bene sunt meriti, ut studerem reddere hanc editionem quantum posset fieri optimam.

Et hercule quamquam Nonii librum non licuit praestare labe immunem omni nec difficultatibus expeditum omnibus — quo enim ego pacto unus potui perficere quod quadringentorum annorum tot critici affectavere frustra? — tamen longe longeque leges emendatiorem quam fuit per saecula superiora XII.

Et ipsius quidem Nonii commenta tractabis quantum libuerit: auctorum quae adfert exempla, me quidem si audies, diurna nocturnaque versabis manu. Ex quo duplex percipietur commodum.

Nam primum intelleges Romanos quamquam scriptorum laude neque potuerunt neque voluerunt aequare Graecos, studio tamen litterarum vix minus fuisse admirabiles quam rebus gestis. Duobus quippe saeculis quae fuerunt inter Livium et Vergilium (quo fere temporis spatio continentur libri allati a Nonio) et ingeniorum ingentem vides profluxisse copiam et litteras latinas a rudibus initiis ad eum cultum productas, quem omnes admiramur, idque non in pace et otio, sed continuo bellis tumultibusque ac discordiis agitata civitate.

Cuius enim populi labores aequarunt eos, quibus vexati sunt Romani a fine belli Punici primi usque ad Augusti tempora? — Ac tamen illi inter tot discrimina rerum motum sub Pyrrhi bellum litterarum, disciplinarum, artium amorem non modo non attenuarunt, sed in dies auxerunt.

Et hoc quidem quantumvis sit admiratione dignum, longe tamen maius illud ac plane divinum et alieno exemplo vacuum, quod eadem aetate turbulentissima sermo latinus ita est castigatus et perpolitus, ut praeter gravitatem insitam ac maiestatem reciperet venustatem, ubertatem, varietatem, denique omnes illas virtutes, quae in eo sunt conspicuae. — Cum hac sollertia qui compararit huius saeculi et superioris populorum vel cultissimorum morem, inveniet plerosque immota vel modice lacessita pace ac propitiis, si per mores nostros liceret, dis attenuasse curam linguae patriae eamque in barbarum degenerare passos.

Nec vero virtus illa praemio suo caruit. Namque ita effectum, ut Romani pariter cum Graecis, quibus magistris usi sunt, et ipsi fierent praeceptores generis humani utque studiorum populi Romani maneret honos, cum pridem sacra, iura, arma naturae lege, quae nihil ac ne Romam quidem siit esse aeternam, concidissent, adeoque per barbarorum invasionem et quae eam secuta sunt maxima longe pars litterarum latinarum perisset.

Humanitatis autem Romanae incrementa sensim adaucta ac magis magisque corroborata, donec laetissime efflorescerent, ex nullo auctore melius licet cognosci quam ex Nonio.

Ea deinde Caesarum aetate per totam Europam diffusa, tum ad barbaras gentes propagata, qui senescente imperio sunt potiti, ita cepit feros victorum animos, ut omnis humani divinique cultus, quo nunc utimur, fundamenta ac principia repetenda sint a Romanis eorumque beneficiis ac meritis etiam is fruatur, qui vix fando audierit de lingua latina. De quo plura dicta in vita Ennii.

Quae cum ita sint, quod aiunt artes liberales non odisse nisi ignarum, idem potest dici de litteris latinis. Ne ipse Momsenus, ferocissimus ille cultus humanitatisque Romanorum contemptor maximeque omnium Ciceronem convitiis et, quae ipsi videantur, facetiis arripere solitus, etiamnunc per Holsatiae suae vastissimas erraret silvas glandibusque et siquid hoc deterius vesceretur, nisi Romani fuissent et Cicero.

Praeterea qui a libro Nonii oculos in nostros deverterit commentarios, insigni afficietur et commodo et voluptate ac mirifice excoletur ingenio, cum in quavis fere pagina videre sit nomina summorum et immortalitatem merito adeptorum saec. XVI et XVII doctorum, neque nostri temporis litteratorum iniciatur memoria, nisi ubi commenta eorum non indigna sunt visa viris illis.

Quodsi iudices periti de Nonio nostro statuerint, quod de Lucilio Ennioque dictum, nonnihil eo videri adiutas litteras latinas nec nos ita multo inferiores antiquis illis criticis, quos omni veneratione colere numquam desinemus, me quidem tot laborum susceptorum numquam paenitebit.

INDICES.

I.

INDEX LEMMATVM.*)

